IOH. DRUSII DE SECTIS IUDAICIS COMMENTARII TRIHAERESIO & MINERVALI NIC...

Iohannes Drusius, Sixtinus Amama, Joseph Juste Scaliger

Digitized by Google

10
3-D
2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
6 I
45

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
25 . 9

Digitized by Google

Digitized by Google

A

Digitized by Google

IOH. DRVSII
DE
SECTIS IVDAICIS
COMMENTARII

Trihæreſio & Minervali Nic. Serarii Ieſuitæ Mogunt. oppoſiti, atque antehac ſeorſim editi.

Acceſſit denuò

IOSEPHI SCALIGERI I.C.F.
Elenchus Trihæreſii ejuſdem.

SIXTINVS AMAMA

Omnia in unum volumen redegit atque ſecundam hanc Editionem variis additamentis locupletiorem accuravit, nec non Græca, quæ Græcè minus gnaros tardare potuiſſent, Latinè vertit.

Ordinem Librorum ſequens pagina dabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARNHEMIÆ,
Apud IOANNEM IANSONIVM.
Typis *Frederici Heynſii* Typograph.
In Acad. Franekeranâ, 1619.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOH. DRVSII

DE

SECTIS IVDAICIS

COMMENTARII

Trihæreſio & Minervali Nic. Serarii Ieſuitæ Mogunt. oppoſiti, atque antehac ſeorſim editi.

Acceſſit denuò

IOSEPHI SCALIGERI I.C.F.
Elenchus Trihæreſii ejuſdem.

SIXTINVS AMAMA

Omnia in unum volumen redegit atque ſecundam hanc Editionem variis additamentis locupletiorem accuravit, nec non Græca, quæ Græcè minus gnaros tardare potuiſſent, Latinè vertit.

Ordinem Librorum ſequens pagina dabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARNHEMIÆ,
Apud IOANNEM IANSONIVM.
Typis *Frederici Heynſii* Typograph.
In Acad. Franekeranâ, 1619.

Digitized by Google

Hoc volumine continentur.

1. Druſij libellus de Haſidæis.
2. Druſij de tribus Sectis Iudæorum libri 4. cum ſpicilegio Trihæreſij Serariani.
3. Scaligeri Elenchus Trihæreſij ejuſdem.
4. Druſij Reſponſio ad Minerval Serarij.
5. Græcorum teſtimoniorum latina verſio, quæ ad finem adjecta eſt
6. Epiſtolam dedicatoriam ſubſequuntur duæ privatæ Epiſtolæ, in quarum priori, quæ ad Exonienſes, agitur de ſcriptionum harum Occaſione & ordine, Poſteriori agitur de Epiſtola quadam ad Bezam ſcripta cujus Serarius Minerv. lib. 2. cap. 10. meminit, Eam Druſij non eſſe contra Roſvveidum oſtenditur, inibique alia quædam tractantur.

Digitized by Google

Reverendo in Chriſto Patri & Domino,

D. ARTHVRO LAKE Doct. Th.

divina Providentia Bathonienſi & VVellenſi

EPISCOPO.

NEC NON

D. GVLIELMO LANGTHONO, SS. Th.

D. ſplendidiſſimi Collegii Magdalenenſis apud Oxon.
Prȩſidi Magnifico & Ser. Majeſt. Regię Sacellano,

Dominis meis æternùm colendis.

QVam varia eximium illud noſtri orbis ornamentum, commune doctorum delicium Ioh. Druſius, *cujus memoria in benedictione, ſcriptorum ſuorum quaſi in Famæ tēplo ſuſpenderit anathemata, nullus adeo in Repub Literaria hoſpes qui ignoret. Hæc n. Angli, Germani, Galli, Itali & Hiſpani conquirunt, legunt & commendant, nullo religionum diſcrimine. Vt n. prætervehar honorifica Elogia quibus ſuperſtitem adhuc viri magni Beza, Piſcator, Rainoldus, Scaliger, Caſaubonus aliique fere quotquot inter Evangelicos familiam duxêre, publice condecorarunt, aut quibus defunctum complures Exteri, principes in nupera Synodo Nationali Theologi privatis epiſtolis exornarunt, Ipſi Inquiſitores Hiſpani in nupero Indice hos ipſos de Sectis libros licet Ieſuitæ oppoſitos ſpeciatim adurisêre. Et Poſſevini de ejus laboribus tomo 2. hoc extat teſtimonium*, Ioh. Druſius author damnatus, At quia ille Ebr. Gr. & Lat. doctus eſt, breviterque ſcribit, ejus libri ſi juxta expurgat. Hiſpanicam expurgentur,

(·.·) 2 cum

Digitized by Google

cum fructu magno legi poſſunt. *Verum cum plerorumque librorum exemplaria jam diu eſſent diſtracta complures docti undequâque me ſollicitarunt ut novam eorum editionem pro virili procurarem. Non defui officio meo. Ab his n. Polemicis in unum volumen redactis Ioh. Ianſonius Bibliopola Arnemienſis (cujus impenſis omnia Druſiana jam a multis annis prodière) meo hortatu iterandarum editionum fecit auſpicia. Quin & hoc accuravi ut locupletior hæc editio ſecunda lucem aſpiceret, dum a Cl. & humaniſſ. viro Habelo Curiandro authoris Genero communicatum nobis eſt Soceri exemplar, ad cujus marginem complura noveram ab ipſo addita & annotata. Succedet σὺν θεῷ ὁ δωδεκαπρόφητος, cujus VIII. priores jam olim ex Plantiniana diverſis temporibus prodière, IV. reliqui etiamnum apud prædictum D. Curiandrum deliteſcunt ἀνέκδοτοι. Quam curam noſtram ſi doctis boniſque probaverimus, opera dabitur ut quæſtionum ejus libri 3. Animadv. lib. 2. Miſc. cent. 2. Obſervat. libri 16 nec non Quæſita per epiſtolam in certum aliquem ordinem redigantur, & quandoquidem circa Phraſiologiam ſacram verſantur omnia, uno volumine ſub Critici ſacri titulo prodeant. Atque hæc jam confecta fuiſſent, ſi magnum illud ſacrorum Fragmentorum opus, quod jam fere biennium Typographum noſtrum exercet, item magnæ Annotationes ad libros Moſis, quæ ſuccedent, æquè commodè alibi excudi poſſent. Iam aliter eſt, dum non ubivis Ebraicorum & Græcorum typorum apparatus, dum correctores quales hoc ſcriptorum genus requirit, non quovis loco ſuppetunt, dum denique authoris manus inſuetis plane illegibilis eſt. Atque hæc quoque ex cauſis una eſt cur hoc opus tam diu fuerit in partitudine. Horis n. ſubſecivis inter majora opera elaboratum eſt.*

Sed, ut ea quæ reſtant in pauca conferam, cum lucubrationes hæ reconditâ & non vulgariâ eruditione referta ſunt & compluribus locis ſcripturæ facem præferant, authoreſque habeant

beant duos omnem laudem famâ meritiſque ſupergreſſos viros, qui una cum Cl. Buxtorfio ſolo jam ſuperſtite (cujus viri pretium neſcit Baſilea) in ſacra hac literaturâ omnium calculis triumviratum hoc noſtro ſæculo geſſerunt, non indignas judicavi queis illuſtria quoque præſcriberentur nomina.

Atqui opus alienum eſt inquient malevoli quorum plus hodie eſt quam Muſcarum cum caletur maximè, ut cum Plauto loquar. Alienum eſt fateor, ſed nunquid ſubinde ſolent Agricolæ, quorum rura ariditudine laborant, aquas a vicino aliquo nonnunquam etiam ſuis longinquo fonte petere & in agros ſuos derivare? Alienum eſt, ſed & ſimul novum, ſi cum prioris Editionis particulis conferatur hoc integrum. Ita alienum eſt, ut & nobis non unius noctis conſtiterit pervigilio.

Veſtra autem Reverende præſul, tuque magnifice D. Præſes præſcribere nomina juſſit præteritorum beneficiorum memoria. Ne ingratiſſimus ſim mortalium dignaque frons hæc cui æternum ingratitudinis ſtigma inuratur, ſi unquam oblivione ſepelivero ea quæ mihi dulce illud Oxonium & in eo veſtra humanitas mihi præſtitit. Atque O fœlicem me ſi præ adoleſcentiâ bona mea ibi noſcere licuiſſet. Adeò ab omni ævo verum illud Plauti fuit,

Tum denique homines noſtra intelligimus bona,
Cum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus

Licet n. (dicam præfiſcinè, dicam vel ipſa invidia aſtante teſtes n. vos, teſtes omnes Oxonienſes habeo & vita & diligentia mea) nec obſcuri nec indecores Patriæ, etiam procul iſtis quæ aliàs fert adoleſcentia, ibi vixerimus, pœnitet tamen temporis non ita exacti ut aurea illa occaſio merebatur, nec n. cogitabamus perpetuo, Druſium, ad cujus exceſſum linquendæ illæ Athenæ erant, mortalem eſſe.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ *Nec prolubium mihi ſemper eſt lamentaria hac recordatione* τὸ δάκρυον

ἐνδον ἐγείρειν. Ad vos itaque redeo viri Reverendi. Vos, ex quo Oxonium appuli, ea me complexi eſtis humanitate & favore, ut ingrato mihi vivendum ſit & moriendum. Vos præſentem foviſtis omni beneficiorum genere, diſcedentem magnificis donis oneraſtis, atque abſentem humaniſſimis literis inviſiſtis. Quin & tu Reverende præſul non multo poſt diſceſſum meum dono miſiſti elaboratum illud doctiſſimi viri N. Fulleri Miſcellaneorum opus, quod apud me magno in pretio eſt tum ob te, qui donaſti, tum ob authorem mihi aliquando domi tuæ notum, tum maximè ob ipſum librum qui nihil expoſitum aut vulgare habet.

Accipite ergo Chirographi vicem hoc opus magnam partem jam ὄρφανον, quod veſtris Reverentijs ex antiqua formula L. M. Q. Dico, dono, & dedico. Accipite erugata fronte vel propter Druſium, qui cum inviolata vobis interceſſit amicitia. Alienum eſt. Sed malui de alieno, quam diutius immunis eſſe in eos qui erga me tam fuère munes; nec n. per Typographi (quem unicum Ebraicis typis inſtructum habemus) alias operas quicquam mearum lucubrationum hactenus licuit in lucem protrudere: nec in occaſionem iſtam vitam mihi auſim polliceri. Ideo & junxi vos in patrocinio bujus Operis tanquã tutelares deos qui olim in me ornando & juvando operas junxiſtis. Equidem ſcio quantum ſingulis veſtrum debeam ſed ſperavi ſic quodammodo placatum iri conſcientiam meam quæ cottidie convitium mihi faciebat officiperdæ, objectabatque cuncta perforato animo hauſiſſe beneficia; ſpero & vos non aliter quam a meo animo hanc συζυγίαν æſtimaturos.

Valete Reverendi viri diuque vivite Deo Regi & Eccleſiæ & meum quoque inter Clientes veſtros caput cenſete. Franck. Friſ. Calend. Auguſti. 1619.

RR. VV. devotiſs.

SIXTINVS AMAMA Profeſſor.

Digitized by Google

Lectori Candido S.

EPiſtolas has, quæ ſequuntur, cum conciperem, non alia mihi mens erat, quam ut privatę eæ eſſent, calamoque tantum exaratas, has collegio Exonienſi, illas Cl. V. D. Siccamæ unà cum exemplari hujus libri tranſmitterem. verum cum nonnulla his contineri animadverterem quæ & te ſcire volebam & intererat & quæ προλεγομένων vice eſſe poſſint, mutavi animum; & ut publicæ eſſent, hîc & quidem in frontiſpicio eas exhibere libuit. Tu candide lector boni conſule.

Reverendo & Clariſſimo viro,

D. IOH. PRIDEAVXIO, SS. *Theol. Doct.*

& in alma Oxonienſi Profeſſori Regio, Collegij Exonienſis Rectori vigilantiſſ. Nec non SVBRECTORI *atque adeo univerſæ eiuſdem Collegij* SOCIETATI, *iucundiſſimis quondam commilitonibus.* S. P. D.

EX quo vos reliqui Reverende Doctor, ornatiſſimi Magiſtri & Socii, varias ad vos exaravi literas, dubius etiamnum num ullæ earum poſt abitum humaniſſimi deque me optime meriti Fred. Dorvillii ad vos pervenerint. Tantum mihi ipſius deceſſu commoditatis deceſſit. Nunc cum tutior certiorq; ſe offerret occaſio & hic liber in Angliam mittendus eſſet volui unâ Epiſtola vos omnes alloqui: Namque eo pacto ſcriptionis operam compendifacere cogunt me occupationum undæ. Quanquam n. his Canicularibus reſpirationi Academicorum res prolatæ ſint, ut Plautus amat loqui, mihi tamen nunquam minus otioſo eſſe licuit quam hoc otio.

Si quæritis quid aut qui agam, valetudine ſic ſatis ad votum fruor hactenus. Eam ſtudiis Ebraicis impendo, eáque quo diutius & diligentius tracto eò magis hoc unum ſcire incipio quàm nihil ſciam. Doceo publice, doceo privatim & pro virili Ebræas literas propago. Druſiana ſcripta inedita edo, edita recudo, quodque forte minus liberale attamen neceſſario mihi incumbit, Typographo Correctoris in iſtis operis operam triennium integrum jam colloco. Subinde & ego amicorum hortatu chartas aliquot commaculo, Annalibus Voluſianis forte & olim, ſi quando prodibunt, ſuccedaneas, aut deferendas ad ſalſamentarios, aut ut Horatius olim

In vicum vendentem thus & odores
Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis.

Ita n. hodie comparatum eſt ut illud ſolum quod *pros ta alphita* eſt, utramque paginam faciat ipſique adeo Theologiæ a pleriſque non alio fine incumbatur, quam ut, quaſi ars quædam mechanica eſſet, gutturi & ventri tantum bene ſit.

Sed bene inſaniam ego ſi digreſſiun-

culi

culâ emendare ſatagam quos tota Anticyra non purgaverit. Itaque ad vos redeo mei Exonienſes paucisque ediſſeram cujus rei potiſſimum gratiâ hac occaſione vos libuerit compellare. Non ita ſubleſta memoria ſum ut non cottidie recolam ea quæ vos mihi præſtitiſtis benevolentiæ officia. Tanti mehercule ea apud me ſunt, ut non inveniam rationes quibus paria facere queam tam multis in me collatis beneficiis. Et quidem hoc tempore quod offeram nihil habeo præter animum qui veſter eſt eritque quamdiu ego. Ejus obſidem & ſponſorem mitto Collegii Veſtri Bibliothecæ hoc exemplar compactum, brevi majoris molis volumen, quod ibidem in mei Druſiique memoriam reponatur tranſmiſſurus.

Cæterùm ut liber hic majori cum intelligentia legi queat, in veſtri gratiam paucula de libellorum horum ordine ſcriptionisque occaſione diſſeram. Vos qui toties me publice docentem patientiſſimè audiviſtis, nunc quoque operam mihi ac vacivas aures date

Ante complures annos Ioh. Druſius quæſtionum ſacrarum libros 3. edidit. Libro 1. cap. 47. in ſilentio omnium quæſivit quinam Haſidæi iſti fuerint quorum mentio 1. Mach. 2. 42 & 7. 13. & 2. Mach 14. 6. ac reſpondit ibi Phariſæos denotari. Atq; hoc Epitheto Phariſæos olim inſignitos fuiſſe probavit ex Gorionide cap. 29. Libri 4. Vbi author ille breviter recolligens ea quæ ante de Iudæorum ſchiſmate diſſeruerat, ſic ait, *Et Saducæi erant in Iſrael pars una: & Haſidei* לבדם (ad verbum ſoli ipſi) *cum populo qui ſequebatur eos, in partem alteram.* Serarius in ſuo ad Machabaicos comment. hunc teſtem retorſit in Druſium contenditque & hic quoque per Haſidæos Eſſenos denotari: quod ut obtineret cum exiſtimationis ſuæ naufragio novè & monſtroſe particulam iſtam Ebraic. exponit *ſejuncti ab iſtis*, Iſtis; non tantum Saducæis (id enim Serarium non juviſſet) ſed & Phariſæis, quorum mentio præceſſerat, atque adeo non duas ut Druſius volebat, ſed tres ſectas memorari, ipſoſq; Haſidæos tertiam illam, Eſſenorum vid. conſtituiſſe. Itaque particula unica occaſionem dedit primo libello qui de Haſidæis inſcriptus eſt, ad quam controverſam particulam utiliter & ea leguntur quæ Scaliger ad calcem c. 4. ſui Elenchi prodidit. Ad ſummam, Quæſtio libelli prioris hæc eſt an per Haſidæos in Machab. & Gorionide prædictis locis memoratos Eſſeni an verò Phariſæi intelligantur. Nec enim hoc vult Druſius, Eſſenos nunquam vocari Haſidæos. Quin ipſe loca ex Ebræis authoribus producit, quibus hoc nomen & Eſſenis tributum oſtendit. Sed ut omnia clarius pateant in paucos Aphoriſmos rem omnem conferam. Sic itaq; habendum.

1. Iudæos poſt exceſſum Prophetarum hac quaſi mercede Religionem Moſaicam coluiſſe, dum de ſuo adderent quippiam, unde ſupererogationes introductæ ſunt ſtudiumque *epimetrou ton nomou* auctarij Legis.

2. Inter hos primas tenuere Haſidæi qui fuerunt nihil aliud quam corpus ſeu *tagma* quoddam ſeu fraternitas Iudæorum qui præter præcepta Legis, ſupererogationes ac voluntarias functiones nullo cogente obibant.

3. Hoc ſtudium quamdiu uſu obſervabatur nulla ſecta fuit in populo. Sed poſtquam ſupererogationis præcepta in Canones & ſcripta redacta ſunt, tunc dubia & altercationes ortæ ſunt.

4. Hinc nata duo apud Iudæos *dogmatiſtoon* genera, nimirum ſtudentium Legi duntaxat & ſtudentium etiam auctario Legis.

5. Ex

Digitized by Google

5. Ex priore genere orti Karraim, ex his Sadducæi. Ex poſteriore Phariſæi.

6. Vt Phariſæi fuerint quaſi propago fraternitatis Haſidæorum, unde non mirum, ſi nomen Haſidæorum .i. piorum retinuerint qui inde nomen ſibi ſumpſerunt, quod à vulgo, tum aliis in rebus tum vel maximè pietatis ſtudio ſeparati eſſent, Atque hoc ne ipſe quidem Serarius negavit.

7. Hi Phariſæi ſupererogationis ſtudium, quod ante voluntarium erat, neceſſarium fecerunt, *ton hekouſiaſmon anagkan epoieſan*.

8. Hinc Eſſeni prodiere, quorum *Politeia* Phariſæorum inſtituto longe accuratior & ſeverior fuit.

9. Vnde non mirum ſi & apud hos nomen Haſidæorum hæſerit, fuerunt n. Haſidim .i pii, ſancti, *kat' exochen*.

10. Ter ergo reſtrictum hoc nomen *autolexei* omnes pios complectens 1. ad Fraternitatis iſtius membra. 2. ad Phariſæos. 3. ad Heſſenos.

Atque hoc argumentum libri de Haſidæis eſt, quamvis illam de fraternitate opinionem ex Zachuto poſtmodum ſe didiciſſe profiteatur Druſius, unde in libris de Sectis eam demum prodidit.

Hoc libello cum ſe miſere flagellatum videret Serarius, integrum tractatum de tribus Sectis Iud. oppoſuit, quem Trihæreſium inſcripſit, non tam ut pro una vocula, in quâ caſtigatus erat, de Druſio ſupplicium ſumeret, quemadmodum titulo perſuadere velle videbatur, quam ut hoc modo damnum exiſtimationi ſuæ illatum repararet, paſſimq; maledicendo dolorem ſuum ulciſceretur.

Hoc Trihæreſium cum Reſponſionem etiam contineret ad Haſidaïcum Druſii, multaque alia ſecum involveret, noluit ſilere Druſius. Parum fructus tamen hinc ſperabat, ſi tantum Serario reſponderet. Omnis enim ejus de Haſidæis inibi diſputatio nihil aliud erat quam piſtilli, quod ajunt, circumvolutio. Itaq; & ipſi viſum eſt de Sectis Iudaicis ex profeſſo quædam commentari, in quibus *parergoos* Haſidaicum ſuum ſatis propugnavit.

Cum autem in hoc Trihæreſio Ieſuitæ Scaliger paſſim ſe quoque Principibus mixtum agnoviſſet Achivis, bilis mota eſt Generoſo Seni. Legit Trihæreſium & cum quamplurima ibi videret maleſana, præcipua ſelegit, eaque in capita aliquot redacta ſub Elenchi titulo Druſio una cum ejus Reſp. tranſmiſit edenda. Libellus hic exiguus quidem ſed nunquam ſatis laudatus (audis Caſauboni de eo elogium) quantum in receſſu habeat haud facile dixerim. Meritò dixeris antiquitatis Iudaicæ theſaurum eſſe. Acerbiuſcula quædam in Serarium & Del-Rio potiſſimùm interſperſa ſunt. Sed componite cum iis aculeos & ſarcaſmos utriuſque Ieſuitæ quos ille paſſim, hic in ſua pro Dion. Areopagitâ Apologia in Scalig. evomuit, componite perſonas, dicetis nimis lenem fuiſſe hunc Heroëm. Quid enim? An ſcopum ſe faceret petulantiæ atque invidiæ telis? Sibi ipſis imputent ſi quid hic acerbiuſculum. Ipſi funem duxére, Scaliger ſecutus eſt, licet paſſu impari, multum n. ſubſtitit intra exemplum. Equidem vehementer hoc Ieſuitarum par admiror, Ipſi in omnes, eos maxime qui fugientia humanitatis ſtudia quaſi novi Statores hoc ſæculo ſtitêrunt, quique de ſacris & profanis authoribus optimè meriti ſunt, arietant, quicquid ſcribunt, dicuntve penetrantibus convitiis rigant. Si quid reponas mox ipſis *drimeia chole ta rhini kathetai*. Neroni hoc ipſo non multum abſimiles, quem Tacitus ait patrãdis ſceleribus promptum, at audiendi quæ faceret inſolentem ac impatientem fuiſſe. Quaſi in hoc ſolo pari locum non ha-

beat illud Eurip. *epei ta me kala legein etolmas, tlathi kai ta maphila*.

Sed ad rem. Duplex hæc Druſii & Scal. ſcriptio ubi prodiiſſet, Tyria maria movit Serarius. Siquidem Trihæreſii ſui hyperaſpiſten edidit, quem inſcripſit Minerval divinis. Hollandiæ & Friſiæ Grammaticis depenſum. Grammaticos contemptim divinos Heroas vocat homo maledicus. Ab ejus enim animo hoc dicterium æſtimo Aliàs ſi rei veritatem & priſcum vocabuli uſum ſpectetis, magni honoris vox eſt. Quantum enim in Grammatico olim fuerit requiſitum, circa quæ & quanta verſati ſint, docebit vos Eraſmus de vita Origenis cujus fragmentum in Præfatione Druſii ad Serarium extat, docebit & Woverius in ſua de Polymathia tractatione. Sed commune hoc excellentiſſimorum virorum videtur fuiſſe fatum, Ipſe Eraſmus Grãmaticus per contemptum a Monachis audiit, Lipſius quoque ſibi ſubinde hoc nomen per contumeliam objectum narrat. Quanti per Deum Heroës ad unum omnes qui audîêre, quam contra *pachudermoi* qui hoc convitium fecere?

Hoc Minerval ne legere quidem dignatus eſt Scaliger, Druſius hortatu amicorum reſpondit, eaque tertia & ultima Druſii ſcriptio fuit. Edidit poſtea Serarius *Rabbinos & Herodem*, ubi Euſebianas Scaligeri animadverſiones ex profeſſo impugnat, qui liber cum ad Druſium minus pertineret, iſque jam ante ſilentium ſibi indixiſſet neglectus ab eo eſt: Scaliger conſtanti ſilentio hominem ultus eſt. Atque hæc ſcriptionum harum & occaſio & ordo eſt. Non abutar amplius patientiâ veſtrâ, ubi hoc addidero, numeros qui in margine occurrunt paginas indicare Editionis primæ quæ in 8. erat. Fecimus hoc quia libelli illi paſſim ab aliis authoribus & in his ipſis libris paginatim citati ſunt.

Iam vale Rev. D. Rector & Profeſſor, valete & vos Ornatiſſimi Magiſtri, meique memoriam cum benevolentiâ colite. Franek. xxx. Iulii 1619.

Dignit. VV. Studioſiſſ.

S. AMAMA.

Folium Sibyllæ.

S. Gregor. lib. 9. Epiſt. 39. *Sunt multi fidelium qui imperito Zelo ſuccenduntur, & ſæpe dum quoſdam quaſi hæreticos perſequuntur, hæreſes faciunt.*

Digitized by Google

Ampliſſ. Clariſſ. viro,

In Iuriſp. Hiſtoriâ, Antiquitatibus Romanis omnique adeo meliori literatura excellentiſſ.

D. D. SIBRANDO SICCAMA,

Reip. Bolſvv. à Secretis, Domino & Amico colendo. S. P.

QVAM privatìm ad te daturus eram, cur non & hîc exhibeo Epiſtolam σεβασμιωτάτη κεφαλῇ? Spero equidem aliam alibi fore occaſionem prædicandi, quantum humanitati tuæ debeant omnes literarum cultores, atque inter eos ego ceu ſuppedaneus quidam in hoc agmine: Sed dum cogito quantilli ævi ſimus nos homunculi & quam prope mors eſſe queat, vel hoc ſaltem meæ ergà te obſervantiæ in vivaci hoc, ut auguror, opere in omnem caſum volui extare monumentum. Præterea & argumentum quod ad te deſero tale eſt, ut omnibus id cupiam eſſe notiſſimum. Sed quodnam id eſt inquies? Controverſia eſt, quæ mihi cum Heriberto Roſweido Ieſuitâ Antverpienſi, An Druſius unquam ſpurcè de Bezæ ad N. T. laboribus ſenſerit. Ille ait & Epiſtolii Fragmentum producit: Ego vero pernego, meamque Negativam ex ſuperfluo (ſola enim Negatio dum ille probârit hic ſufficeret) adeò claram dabo, ut ipſe Roſweidus nimiæ credulitatis culpam agniturus ſit. Miraberis ſcio Cl. Vir, mirabuntur omnes quotquot Druſio vel ἐμαθήτευσαν vel ὡμίλησαν quænam huic quæſtioni dari potuerit occaſio. Norunt enim illi omnes quam præclarè de Beza ejuſque laboribus ſenſerit, quam aſſidue ejus ad N. T. annotationes diſcipulis ſuis commendârit, aſſerueritq;

eſſe ibi materiam, eſſe ibi campum, in quo Th. Græcæ & Ebr. linguæ ſtudioſi decurrant & ſe exerceant. At contemni hæc potuiſſe dices. Fateor. Et contempſiſſem niſi Serarius quem dum hæc eduntur ſolitò diligentius verſo, tam craſſi erroris fontem aperuiſſet Niſi hanc Roſweidi mentem eſſe ſubvererer, ut Ægyptii ex præſcripto Serarii inter ſe committantur; niſi denique officii mei eſſe arbitrarer tam manifeſtas injurias cum infamia aliqua conjunctas à tam benè merito præceptore propulſare. Vtut enim alii vel omnino nullam vel leviuſculam hanc duxerint, ego injuriam duxi maximam, ut nihil jam dicam quam facile ab hac aura maledicentiæ vela impleverit aliquis. Ipſe Roſweidus quam indignatus *Viglium* virum verè magnum & noſtratem à *Meterano* ſiniſtræ de *Ioh. Auſtriaco* Opinionis labe aſpergi? An ergo vitio mihi vortet ſi ego *Druſii* non ſolum publicis, ut *Viglius Roſweido*, ſed & privatis nominibus mihi chari ſiniſtræ de viro meritiſſimo opinionis macula collutulari, incanumque gravidæ ætatis verticem ejuſmodi ſuppoſititiæ Epiſtolæ fuligine decinerari indignè feram? Sed digitum intendam in ipſum fontem unde hunc errorem hauſit Roſweidus.

Serarius Min. lib. 2. cap. 6. in Bezam arietans multa adducit convitia à Novatore quodam minime tamen Lutherano, ut ipſe ait, vibrata, Bezæ videlicet linguam eſſe mortiferam, falſiſſimamq; ejus verſionem Latinam & quæ præterea ibi collecta ſunt. Atque in margine poſita hæc verba, *in oratione* πρὸς τοὺς Γενεβαίους *pag. 63. 66.* &c. Quis ita hoſpes ut neſciat hunc Broughtonum eſſe, cujus nomen non de nihilo & hic & lib. 4. cap. 3. ubi eadem oratio in margine citatur, idemque ſub ſolo Novatoris nomine innuitur, diſſimulat? Quis neſcit Vatinianum hunc contra Bezam geſſiſſe odium atque ex hoc fonte prognatam Græcam illam ad Genevenſes orationem, Moguntiæ ubi ipſe Serarius vixit, editam. Rurſus paulo poſt cap. 13. idem Serarius hæreticorum fluxam, ſi dîs placet, inſtabilitatem coarguens, poſtquam iterum, ut ſupra fecerat Lutheranos perſtrinxiſſet, Bezam denuò aggreditur his verbis, *Et in quadam ad Bezam Epiſtola citatus antea Novator deſultoriam*
Cap. 13. *vertiginoſamque eius notans levitatem,*

Niſi ait, *quis ſepties tuas editiones emat neſciet quid aias vel quid neges. Memini Typographum eruditum Hieronymum Commelinum. Hoc*

mihi

mihi ante decennium dixiſſe quod crebra mutatione conſilij hoc tandem adeptus es, ut plurimi nihili faciant novum Teſt. literâ læſum ac ſenſu flexiloquum. Et olim quidam D. Cantabrigienſis mihi retulit quod Cantabrigiæ complures averſati ſunt religionem (Calvinianam) *ducti per te ad credendum quod Novum Teſtamentum depravatum eſt, ſicut per Edual Livelejum, quod vetus ulceratum.* Hactenus Epiſtolæ fragmentum, quam Brougtoni eſſe ex ſtylo intelliget qui vel pauca ipſius Latina legerit, qui cum prioribus ex cap. 6. depromptis ea contulerit, inimicitias ejus non ſolũ contra Bezam ſed & Livelejum geſtas ſpectarit, & hæc denique ejuſdem ad Senatum Genevenſem ſcripta ponderarit, *Porro* inquit, *ad N. T. dolenter tuli quod Beza ſic figit atque refigit voces Dei & complerit Europam pugnantibus & revocatis Exemplaribus.* Quid? Ipſe Serarius eum innuit dum in margine ad hæc ante citata verba, *Citatus antea Novator* hanc notam adjecit (cap. 13.) qui numerus manifeſtè à Typographo depravatus eſt, ſcribique debet numerus aliquis infra 10. Verſatur enim in cap. 10. atque ait, *Citatus antea Novator*, non potuit ergo cap. 13. quod demum ſequi deberet, ſi 13. capita liber 2. haberet, citatus dici. Sed nec ultra xi. capita liber hic habet, nec de alio libro ſermo eſſe poteſt cum libri nulla adjecta ſit mentio. Scribi autem debet (cap. 6.) ubi ſub Novatoris nomine Brougtonum ejuſque Orationem ad Genev. in ſcenam produxit.

Hæc cum in Serario legiſſet Roſweidus operæpretium duxit in ſuum Anti-Caſaubonum pag. 31. ea transferre. Nec enim negaverit Epiſtolam iſtam ex Serario à ſe deſcriptam. Obſervo idem initium Fragmenti *Niſi*, nec enim ab ea voce incepit Epiſtola, Obſervo eundem finem, *ulceratum*, eandem vocem exegeticam duobus ſemicirculis incluſam *Calvinianam*, quam certo ab authore Epiſtolæ non eſſe inde patet, quod utrobique diverſo charactere eam exhibuerint. Obſervo eadem verba *deſultoria levitas*. Sed magnam affricuit Druſiano nomini infamiam Roſweidus, dum in margine nomen Druſii appinxit, *Ioh. Druſ. Ep. ad Bezam.* Quæſo te, Roſweide, undè conſtat tibi eam Druſii eſſe? An ullibi in ſcriptis ejus extat? At hoc me ſcire decebat qui nulla legi diligentius. An Ms. eſt & à vobis intercepta? Cedo tabulas, ede diem, ede annum, prome antecedanea, prome conſequa, nec enim ſic vel incepit vel deſiit Epiſtola. Sed fateberis, ſpero, te ex Serario habere

deceptumque his verbis *citatus antea Novator*. Cum enim illud Elogium Georgio Duci Saxoniæ applicari non poſſe cerneres ad Druſium, cujus mentio ante facta eſt, tranſiliiſti. Nec ad marginalem notam (*cap.* 13.) animum applicuiſti tuum. Si enim Druſius hic denotabatur, qui eodem capite paulo ante nominatus, quorſum quæſo te Caput, ubi idem Novator citatus erat, in margine notatum fuiſſet? Quorſum Druſii nomen diſſimulaſſet atque huic involucro involviſſet? Brougthoni ergo eſt quod ſtylus, nota margin. & hiſtoria clamant. Novit enim univerſa Anglia, omnis Germania, quàm acris contentionis ſerram (nec enim eſt quod hoc diſſimulemus, nec eſt quod Papiſtæ eo nomine nobis inſultent.

Trojanos intra muros peccatur & extra)

Cum Beza & Livelejo reciprocaverit. Norunt hoc optimè Moguntini Ieſuitæ qui à ſe oleum in hunc ignem contra Legis præſcripta injectum non ibunt inficias. Druſii itaque non eſt, Nota, ſtylus & libri ejus repugnant. Norunt omnes qui ipſum, teſtes ſunt libri ejus quàm & de Livelejo præclarè ſenſerit. Culpam ergo agnoſcat Roſweidus aut alia prodat documenta. Tunc enim & nos hęc publicè revocare non erubeſcemus. Sed deſinam ſemel, nimis enim diu unâ hâc oberratum eſt chordâ. Id reſtat Cl. Vir ut exemplari huic locum aliquem in lectiſſima tua Biblioth. concedas. Editio eſt priore multò auctior. Additamenta ipſius Druſii fere ſunt omnia. Solebat quippe laborioſus ille Senex aſſidue vel legere vel ſcribere. Si quid inter legendum occurreret quod vel materiæ alicui à ſe alicubi tractatæ utiliter addi poſſet, vel melius aut verius quid traderet quam à ſe alicubi traditum meminerat, coràm ſtabant ſingulorum a ſe editorum exemplaria ad quorum non præſectos margines mox addebat ſi quid addendum, aut mutabat ſi quid mutandum videbatur. Nos quoque ſubinde de noſtris marginalibus additamentis aliquid contulimus, Duo tantum e. g proferam, pag. 264. Edit. novæ in Elencho annotavimus locum ex Cl. V Cunæi libris de Rep. Ebr. qui noſtro judicio locum iſtum de manuum impoſitione verius explicuit. Pag. 281. Ibidem locum ex Cl. Viri *Ioh Buxtorfii* Biblioth. Rabb. citavimus ubi alia Adagii iſtius lectio, longe aptiori ſenſu. Atque ejuſmodi complura ſub Appendiculæ titulo hîc edere deſtinatum erat, ſed nimis impendebant Nundinę quam ut tempori excudi potuerint:

rint:

Digitized by Google

rint. Vnum ſolummodò hic ponam. In loco Gorionidis quem Druſius in Haſidaico produxit, mendum notavit Druſius pag. 36. Edit primæ, hujus autem 14. Scriptum ibi *Cuſhim* .i. Æthiopes factionem Saducæorum ſecutos fuiſſe. Druſius & poſtea quoque Scaliger correxêre *Cuthim* .i. Cuthæi Samaritani, quam firmavit Druſius ibidem authoritate Abrahami Davidis F. At Caſaubonus non unius literulæ mutatione ſed additione loco huic Medicinam fecit Exercit. pag. 55. Edit. Londin. Legitque *Recuſchim* .i. divites, atque ea ratione locus plane geminus evadit loco Ioſephi, ubi ait ſolis divitibus ſectam ſuam probaſſe Saducæos: Contra prodidit Ioſeph. à Phariſæis ſtetiſſe plebeculam vel ut apud Gorion. dallath hagnam τὸ λεπτὸν τȣ̃ λαȣ̃.

Atque hæc ſunt Cl. Vir de quibus hoc tempore ſatis anguſto tecum confabulari libuit & licuit. Vale Vir Cl. & annitere ut brevi tuarum lucubrationum aliquid denuò videamus, quas eò auguror fore gratiores, quò pauciores ſeneſcenti hoc ævo inque hâc Patriâ noſtra reperiuntur, qui cum Iuriſprudentia humanioris literaturæ ſtudia feliciter excoluêre. Inter iſtos oppidò paucos non te poſtremum eſſe (nihil enim amplius dicam ne te invidiâ apud Περαυλολόγȣς & δοκησισόφȣς prægravem) & libri & Doctorum Elogia loquuntur. Vale iterum & nos ama qui te maxime.

Dignit. T. devotiſſ.

S. AMAMA.

Errata in Epiſt. dedicat.

Pag. 1. lin. 4. à fine *admiſere.*
Pag. 2. lin penult. *ſint.*
Pag. 3 lin. antep. περιτετύχθαι.

Vacantem hanc paginam expleant hi floſculi Serariani, ex Minerv. ejus lib. 1. cap. 6. excerpti.

N*Omina novatorum à Catholicis laudanda non ſunt. Ratio 2. Salomon,* memoria juſti cum laudibus, nomen impiorum putreſcat. *Novatorum execrationi perpetuaq; execrationi datum eſt nomen. 3. Dei præceptum eſt Deut. 23.* Non offeres mercedem proſtibuli nec pretium canis in domo Dei tui, quia abominatio utrumque eſt apud Deum. *Proſtibula ſcorteaque pelles & canina ora ſunt hæreticorum libri. [quo loco ergo Serarius habet Hiſpanos Inquiſitores, qui tot Druſii aliorumque Novatorum libros in Indice ſuo nupero admiſerunt?] 7 Ebræorum ſententia eſt,* qui honorat cõtemnentem ſe ſimilis eſt aſino. *At qui Catholicos contẽnunt magis quam Novatores? [O quàm ſuavis hîc inter Ieſum & Ieſuitam conteſſeratio eſt, quam hæc cum regulis Chriſtianiſmi appoſitè quadrat ratio?] Nunquamne igitur nominandi Novatores? Imo cum bona aliqua exigit ratio, ut cum errores indicandi & confutandi. 2. Cum inter ſe, ut apud Prophetam, committendi Ægyptij. 3. Cum ſententia alicui ut firmior ſit apud Novatores alios, eorumque, ne illam duntaxat oppugnent acerbius, linguarias cohibeat machinas, quædam veluti Ereiſmata & anterides aſtruenda.*

Si tibi Serari toties totieſque Novator
Druſius eſt, nunquid tu veterator eris?

Digitized by Google

I. DRVSII
DE
HASIDAEIS,
quorum mentio
IN
LIBRIS
MACHABÆORVM
LIBELLVS.

Digitized by Google

Vacantem hanc paginam expleant hi floſculi Serariani, ex Minerv. ejus lib. 1. cap. 6. excerpti.

N*Omina novatorum à Catholicis laudanda non ſunt. Ratio 2. Salomon*, memoria juſti cum laudibus, nomen impiorum putreſcat. *Novatorum execrationi perpetuæq́; execrationi datum eſt nomen. 3. Dei præceptum eſt Deut. 23.* Non offeres mercedem proſtibuli nec pretium canis in domo Dei tui, quia abominatio utrumque eſt apud Deum. *Proſtibula ſcorteæque pelles & canina ora ſunt hæreticorum libri. [quo loco ergo Serarius habet Hiſpanos Inquiſitores, qui tot Druſii aliorumque Novatorum libros in Indice ſuo nupero admiſerunt?] 7 Ebræorum ſententia eſt*, qui honorat cõtemnentem ſe ſimilis eſt aſino. *At qui Catholicos contẽnunt magis quam Novatores? [O quàm ſuavis hîc inter Ieſum & Ieſuitam conteſſeratio eſt, quam hæc cum regulis Chriſtianiſmi appoſitè quadrat ratio?] Nunquamne igitur nominandi Novatores? Imo cum bona aliqua exigit ratio, ut cum errores indicandi & confutandi. 2. Cum inter ſe, ut apud Prophetam, committendi Ægyptij. 3. Cum ſententia alicui ut firmior ſit apud Novatores alios, eorumque, ne illam duntaxat oppugnent acerbius, linguarias cohibeat machinas, quædam veluti Ereiſmata & anterides aſtruenda.*

Si tibi Serari toties totieſque Novator
Druſius eſt, nunquid tu veterator eris?

Digitized by Google

I. DRVSII
DE
HASIDAEIS,
quorum mentio
IN
LIBRIS
MACHABÆORVM
LIBELLVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

I. DRVSII

De HASIDAEIS, quorum mentio in libris Machabæorum.

HASIDÆORUM mentio bis in priore Machabæorum, & ſemel in poſteriore, videlicet 1. Mach. 2, 42. & 7. 13. & 2. Mach 14. verſ. 6. Sciendum autem codices Græcos habere Ἀσιδαῖοι: Latinos vero Aſſidæi, cum duplice S. De his altum ſilentium in notis Vatabli. Ita vulgo vocantur, quæ Robertus Stephanus in hos libros edidit, licet Vatabli non ſint. Alium autorem habent, cujus nomen mihi nunc non occurrit. Nicolaus eo antiquior planè ineptit. Nam Aſſidæos appellatos putat Iudæos, qui aſſiduè vacabant cultui divino. Atqui nomen eſt barbarum, non Latinum. Quocirca meritò ab aliis hæc ſententia exploſa fuit. Obiter obſervo pro συναγωγὴ Ἀσιδαίων quod habent Baſileæ impreſſi 1. Mach. 2 42. in editione Romana legi Ιουδαίων & apud vulgatum interpretem noſtrum, *ſynagoga Iudæorum*. Quamquam in margine notatum ex libris manuſcriptis; *Aſſidæorum*. Quam lectionem germanam eſſe non dubito. Veram autem ſcripturam eſſe puto Haſidæi, cum aſpiratione & unica S. Eam non nemo immutat & ſcribit Aſchidæi: primùm contra omnium codicum fidem: deinde contra hiſtoriam Ebraicam. Nam in ea חסידים vocantur, quod Syri & Chaldæi dicerent חֲסִידָאֵי; unde Ἀσιδαῖοι, ut פרישאי Φαρισαῖοι, מִינָאֵי ϕαρισαῖοι, id eſt hæretici: quos Ebræi vocant פרושים &

מפרנים. Corrumpendæ ſcripturæ fuit etymon quod ei tribuit interpres ille à verbo Chaldaico אשיד diffudit: &, ut error errorem trahit, nomen eſſe ait non ullius gentis, ſed propriè eos denotare qui religionis ergò huc illuc fuerunt diffuſi, ne tyrannide regis ad ſcelus ullum cogerentur. Hæc omnia quam facile dicuntur, tam facile negari poſſunt. Non ſatis aliquid dicere, niſi etiam probes quod dicis. nam fallax etymologia. Hujuſmodi ſomnia hodie admirantur multi; qui ſolidam eruditionem contemnunt. Nec mirum, cum etiam veritas apud eos nullo in pretio ſit. Receptam ſcripturam noſtramq; ſententiam adjuvat locus qui habetur 1. Mach. 7. 16. & 17. *& comprehendit ex eis ſexaginta viros, & occidit eos in una die; ſecundum verbum quod ſcriptum eſt, Carnes ſanctorum tuorum, & ſanguinem ipſorum effuderunt in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret.* In quibus verbis alluſio eſt, videtur certè, ad nomen Haſidæorum. Sane in
Pſal. 79. textu græco eſt σάρκας ὁσίων σου, & in Ebraico apud Davidem *Haſidecha*, cujus ſingularis abſolutus Haſid. Id antiqua declaratione valet *ſanctus*. Quod nomen apud interpretem noſtrum reſpondet duobus græcis ἅγιος & ὅσιος. Ἅγιος Ebraice קדוש dicitur, ut ὅσιος חסיד; de quo nunc ſermo. Ergò חסיד qui pietatem ac religionem colit. Ebræus David à juſto ita diſtinguit, ut חסיד qui plus facit, quàm jubeatur facere: צדיק autem qui juſſa Dei exequitur. hoc ſcribit Pſal. 103. 17. ex Dras. Si vere, tum חסיד melius redditur à nuperis interpretibus *benignus*, quam pius aut ſanctus. In Medras Thellim Pſ. 16. *Dicit Alexander; Omnis qui audit maledictum & ſilet vocatur pius.* alibi eſt, *& ſilet in judicio:* item, *qui intrat, audit & facit:* intrat templum: *audit* verbum Dei: *facit* quod ibi docetur, hoc eſt vivit ex præſcripto ejus. Hoc

Vide Aboth fol. 4. Qui vult eſſe .i. חסיד debet ſtabilire verba patrũ. Quanquam hoc ſit ex macetia juſti. Nam ſanctus ſibi cavet magis & ſubti-

nomen

nomen varie ſumitur. Primum late, ut cùm in genere omnes pios denotat: deinde anguſte, ut cùm peculiariter dicitur de Iſraele Pſal. 148. 14. *omnibus ſanctis ſuis filiis Iſrael*: & de Levitis Pſal. 30 5. Pſallite DOMINO ſancti ejus חסידיו .i. Levitæ, in quorum manu erant inſtrumenta muſica Davidis. Vide Tropos in Levita, & R. David ad Pſal. 4. Pſal. 132. 9 *ſacerdotes tui induentur juſtitia, & ſancti tui canent*. Sancti, id eſt ὅσιοι pii tui. Nam ſancti. i. ἅγιοι, qui Ebraice קדשים; ſacerdotum potiùs epitheton eſt: unde Epiſcopi olim dicebantur ſanctiſſimi. Quod nomen poſtea hæſit in pontifice Romano. In hiſtoria Gorionidis etiam duobus modis accipitur. Vno, cùm opponitur impiis Iſraelitis & hæreticis quales erant Saducæi: altero, cùm denotat, quos Græci & Latini Heſſæos appellitant ſive Heſſenos. Sane Manahenum Haſidæum Flavius Ioſephus Heſſenum vocat Ant. hiſt. lib. 15. cap. 13. & Gorionides fol. 36. col. 2. apertum diſcrimen ponit inter Phariſæos & Haſideos. Sciendum autem Syros Antiochenos dicere חסי ultima reſecta: unde forte græcum ὅσιος. Nam de nomine Heſſæus non dubitabit qui modo Philonem conſuluerit de vita ac moribus Heſſenorum. De his alias. Reſtat ut quæramus quinam fuerint Haſidæi illi quorum mentio in utroque Machabæorum. De hac re ſcripſi aliquid in primo Quæſtionum mearum, quæſt. 47.

Dictos autem eo epitheto antiquitùs Sapientes Iſrael, quos poſterior ætas Phariſæos nominavit, teſtis mihi unus Gorionides in ea hiſtoria quam Ebraicè conſcripſit de rebus Iudæorum. Capite enim nono & vigeſimo libri quarti ſine differentia ponit quos nominat Sapientes Iſrael, Phariſæos & Haſidæos.

Et in additionibus,

Rurſus Gorionides lib. 4. cap. 29. & erant Saducæi in Iſrael

lius obſervat præcepta & facit plus quam æquum eſt. Vide, ſi otium. Qui dat & curat ut alii dent pius eſt חסיד. Avoth fol. 62 Vide comment. Aben. Exod. 20. 6. his qui diligunt me. hi ſunt החסידים pii: & cuſtodiunt præcepta mea. hi ſunt juſti הצדיקים Videtur etiã uſurpari peculiariter de Levitis Gerund. 227. 1. ולוישהוא שבט חסידיו Eſther. 1., in Thargum altero, ſeptẽ חסידי עלמא Levi, Caath, Amram, Moſes & Aharõ & Eldad & Modad & Hur propheta inter eos.

Digitized by Google

pro parte una, & Haſidai, quos ſequebantur populus, pro parte altera. Ecce hic perſpicuè intelligit Phariſæos, ut dubitare de eo nemo debeat. Hîc diſſentientem habeo à me Nicolaum Serrarium Ieſuitam, qui ante victoriam encomium canit. Oſtendam ipſum reprehendere quæ non intelligit. Prius verba ipſius producam, ut habentur pag. 707 editionis Moguntinę, *Iſtam*, inquit, *de Aſſidæorum & Eſſenorum una eademque familia, vel certe admodum conjuncta, ita ut veluti totum & pars ſeſe illi habeant, ſententiam cum iſto ferè modo ſtatuiſſem, commodum aliunde mihi Quæſtionum, vel Erotematiorum potius, Ioh. Druſii libellus affertur. Is enim quia hæreticus illubenter quidem, quia tamen, quam plerique alij, ſtilo minus petulans, minus etiam illibenter mihi lectus. In eo igitur libello ita ſcriptum erat quæſt. 47.*

Ponam hic quæſtionem quæ me aliquandiu torſit. Omnino me explicare non potuiſſem abſque Ioſepho Ebræo fuiſſet. Nam interpretum nemo eam tangit. In ſilentio igitur omnium quæro, quinam dicti fuerint Aſſidæi, quorum mentio 1. Machab. 7. Et tria reſpondet, quorum unum de etymologia iis, quæ jam dicta, ſubſcribit. Ante omnia moneo, inquit, ſcribendum Haſidai cum aſpiratione Hebr. Dictos autem Haſidæos &c.

Sed cur Hebraicam adſpirationem hoc in nomine tantopere flagitet, miror, cum & in hoc & in aliis plurimis Græci Latiniq; omittere ſoleant. Et ipſemet Ebræum *ſcribat ſcribique velit. Deinde ſi aſpiratio adhibenda, cur non ea quam in Quæſtionibus Ebraicis S. Hieronymus Græcâ litterâ* χ. *exprimendam monet; ipſeque Druſius ſub lib. 3. finem agnoſcit, & lib. 1. quæſt. 17 in Malluach amplectitur, ut Chaſidai potiùs quàm Haſidæi nominentur? ego verò varios ſcribendi pronunciandique modos agnoſco, & cuilibet, quem volet, in hoc aliiſq; ſimilibus libenter concedo, ut ſupra in Aſamonais, Haſamonais,*

naïs, Haſmoniis Chaſamonaïs: Machabaïs, Maccabaïs, aliiſque pluribus, etiam Latinis. Quin & Aſæos vel Chaſæos iſtos vocari poſſe arbitror: cùm Syris uſitatum ſit Aſi, Haſi, vel Chaſi, ut in Syriacis Apoſtolorum Actis patet cap. 2. & ad Rom. cap. 3. poſtrema D *littera extrita. Quod verò Druſius Aſidæos eſſe velit, quos poſterior ætas Phariſæos vocavit, nimio plus errat. Nam quem ſibi unum teſtem ait, is contra ipſum clariſſimis verbis, ut ſupra vidimus, teſtatur Gorionides. Quia tamen Baſileenſem tantùm editionem attuli; adjungam nunc Ebraicam alteram Cracovienſem, illo ipſo, quod ab iſto laudatur, cap. 29. lib. 4. ubi cum Phariſæorum Saducæorúmque ſectas jam duas expoſuiſſet,*

והחסידים לבדם עם העם ההולך אחריהם לחלק אחד

Id eſt, & Aſidæi ſejuncti ab iſtis, videlicet jam enumeratis Phariſæis & Saducæis, cum populo, qui eos ſequebatur, ſectam aliam conſtituunt. Quis ſuo unquam teſtimonio reum vehementius apertiúſque, quàm Druſium, ſuus hic teſtis convicit? Quia verò de Aſidæis omnes hactenus ait ſiluiſſe, non jam catholicus à me ante citatus Genebrardus, ſed Sebaſtian. Munſterus contra ipſum loquatur. In editione Baſileenſi Gorionidem ita vertit, fuit & alia Eſſenorum ſecta. Deinde Commentarium de tribus Iudaicorum Philoſophorum ordinibus ſubtexens. Tertium ait ordinem tenebant השיבים *ſeu, uti quidam Ebræorum vocant,* חסידים *Haſidæi, id eſt, pii &c.* Hucuſque Ieſuita ille, cui nunc breviter & modeſtè reſpondebo. Ait

Is enim quia hæreticus:

Vt hæreticus quis ſit, duo requiruntur. Primum, ut erret in fundamentis fidei: deinde, ut errorem ſuum pertinacius tueatur. Tenuis mea ſcientia verſatur tota circa Grammaticam & Hiſtoriam. Dogmata fidei aliis tractanda relinquo. In Hiſtoria nulla hæreſis, multo minus in Gram-

in Grammatica. Tantummodo ex libris meis me novit Serrarius. Quid in iis non orthodoxum? aut ſi quid eſt, quare me non admonet de eo Serrarius? Pertinacia facit hæreticum, non ſimplex error. Nam humanum eſt errare. Humani autem à me nihil alienum ſcio. Monitus non ero pertinax, nec unquam fui. Olim profeſſus ſum, quod nunc iterum repeto, me mea omnia ſubjicere judicio Eccleſiæ. Calumnia ergo eſt quod dicit, *quia hæreticus*. Niſi fortè hęreticus Ieſuitę, qui ſcripſit Haſideos & Phariſeos antiquitùs eoſdem fuiſſe. Sic Theologus quidam mihi olim objecit hæreſin, quod dixiſſem vocem *vocatus* in epiſtola Iudæ, commate primo ſumi, pro efficaciter vocatus, qui eſt idem cum electo. Hoc ille ignoraverat, ac proinde aliis armis ſe tueri non poterat, quàm ut diceret, *hæreſis eſt*. Sed ego verũ dixi. Nam ecce præcedit, *Ieſu Chriſto reſervatis*. Soli aũt electi Ieſu Chriſto reſervantur. In Quęſitis meis habetur *licuiſſe Davidi ducere plures uxores*: & licuit ſanè per conſuetudinẽ De lege dubito. Quid ad hæc calumnia? ecce, inquiunt, defendit polygamiam. Ego de polygamia Iudæorum loquor, illi de Chriſtianorum polygamia interpretantur. O cor Theologum. Quo argumento probabunt quia circumciſio præcepta judæis, etiam Chriſtianis præceptam eſſe qui hoc dicit, falſum dicit: qui illud, verum. Conſuetudo Iudæorum erat ducere plures uxores. An eadem apud Chriſtianos obtinet? Quis hoc ſanę mentis unquam aut dixit aut ſcripſit? quis in libris meis hoc legit? Superſedeo commemorare tragœdiam, quam non nemo excitavit contra me propter nomen Elohim; & tamen idem quod ego, ſentiunt graviſſimi doctiſſimique Theologi Bellarminus Calvinus. Danæus Cajetanus & alii. Quorſum iſta, inquies? nempe ut oſtendam ſi quis aliquid ſcribat aut di-

cat,

Digitized by Google

cat, quod iſti non intelligunt, aut à Magiſtris ſuis non didicerunt, in promptu eſſe nomen *hæreſis*. Hoc ſcuto ſe tuentur, cum aliter ſe defendere non poſſunt. Pergit Serrarius

Sed cur Ebraicam aſpirationem in hoc nomine tantopere flagitet, miror.

Deſine mirari. Nam quia Heth in principio, ideò debet ſcribi cum aſpiratione. Quod me docuit Hieron. in libro nominum ſcribens Heth aſpirationem duplicem eſſe. Eâ carent Latini & Græci: ideò ſimplici utuntur. Alia ratio nominis Ebræus, ubi Ain in capite, quam ſæpius per nudam vocalem exprimebant. Græca littera χ non eſt nuda aſpiratio. Quod autem quædam nomina ab heth incipientia per χ apud Græcos ſcribantur, id eo fit quia elemento illo deſtituuntur, aut quoniam Arabes ſolent Heth Ebræorum cum Chaph permutare. Sic ergò rectè ſcribimus Hermon & Chermon: Hebron & Chebron, quia in antiquis libris hæc ita ſcripta inveniuntur. Chaſidæus nuſquam extat. Græca exemplaria magno conſenſu habent ἀσιδαῖος. Si rectè adjecta à viris doctis aſpiratio in Havila, in Heſebon & in aliis ſexcentis, cur non liceat nobis idem facere in Haſidæus? præſertim cùm conſtet pro arbitrio exſcribentium eam ſæpenumero omiſſam fuiſſe. Sanè ἄβελ ſcribitur in libris omnibus, quos vidi, cúm ſcribendum ſit ἅβελ id eſt, Habel. Aſidæus ergo mendum eſt ſcribarum, Haſidæus veritas ſcripturæ, Chaſidæus commentum Serrarii. In Malluach exprimi aliter aſpiratio Ebræa non poterat. Si tamen ſcripſiſſem Malluc, tueri me poſſem exemplo Noe & ſimilibus. Sed hæc leviora.

Pergamus ad alia:

Quod verò Druſius Aſidæos eſſe velit, quos poſterior ætas Phariſæos vocavit, nimio plus errat.

Aut ego aut tu. Videamus,

Nam quem ſibi unum teſtem ait, is contra ipſum clariſſimis verbis teſtatur Gorionides.

Falleris. Verba Gorionidis, quæ ibi adducis, ut non intellexiſti, ita malè interpretatus es. Ebræa ſunt,

והחסידים לבדם עם העם ההולך אחריהם לחלק אחד

quæ ſic in Latinum convertis, *& Haſidai ſejuncti ab iſtis cum populo, qui eos ſequebatur, ſectam aliam conſtituunt*, deinde ſubnectis, *Quis ſuo unquam teſtimonio reum vehementiùs apertiuſque quam Druſium ſuus hic teſtis convicit?* Teſtis planè pro me eſt, ſed eum non intelligis. Hoc dicit, *& Haſidai ſoli cum populo qui eos ſequebatur, à parte altera.* Erras ſuaviter ne dicam pueriliter in particula לבדם quàm interpretaris, *ſejuncti ab iſtis*: quod potiùs diceretur מלבדם præter eos. Hoc primum: deinde mens Gorionidis te fugit, qui duas tantum ibi ſectas commemorat. Vnam Saducæorum, quorum partes Samaritani ſequebantur, & aliam Haſidæorum ſive Phariſæorum, quos populus ſectabatur. Soli autem hi erant cum populo. Quis ſuo unquam teſtimonio reum vehementius apertiuſque quam Serrarium ſuus hic teſtis convicit? Quod autem opinatus eſt, populum ſecutum eſſe Heſſæos, nimio plus errat. Nam quem ſibi unum teſtem adducit, is contra ipſum clariſſimis verbis teſtatur Gorionides in eodem capite, circa finem, *Manus tenuis plebecula erat cum Phariſæis, quæ adjuvabat eos, præter divites & potentes ejus, qui erant cum rege & Saducais, & adjuvabant eos.* Vtar adhuc alio argumento. Scriptum eſt 1. Machab. 7. 13. *& primi Haſidai erant ex filÿs Iſrael.* Quod de Heſſæis accipi commode non poteſt. Nam

primi erant inter ſectas Phariſæi: quorum maxima erat apud vulgus autoritas, Ioſephus lib. 13. cap. 23. *Phariſæis nonnihil licentiæ permittat. Hos enim pro habito ſibi honore laudaturos eam & commendaturos apud populum. Poſſe enim plurimum apud Iudæos, ſive exoſum aliquem cupiant lædere, ſive amicum juvare. Valdè enim his fidem habere vulgus, etiamſi per invidiam de quopiam male loquantur: nec ſe ob aliam cauſſam incurriſſe totius gentis odium, quam quia hoc genus offenderit.* Hæc ibi. Sunt autem verba Alexandri regis ad matrem jam jam morituri. Rurſum Ioſephus lib. 18. cap. 2. ubi de inſtitutis eorum dixiſſet, *Per hæc placita*, inquit, *magnam ſibi autoritatem paraverunt apud populum, & quicquid ad ſolennes precationes, ac cultum divinum attinet, juxta horum interpretationem ac præſcriptum ſolet fieri.* Auguſtinus de verbis Domini, *Phariſæi Iudæi erant quaſi egregij Iudæorum. Nobiliores enim atque doctiores tunc Phariſæi vocabantur.* Item ſermone xv. de verbis Apoſtoli, *ſecundum legem Phariſæus* ita ſcribit, *Primarii quidem erant & quaſi ad nobilitatem Iudaicam ſegregati, non contemptibili plebi commixti, qui dicebantur Phariſæi. Nam dicitur hoc verbum ſegregationem interpretari, quomodo in Latina lingua egregius, quaſi è grege ſeparatus.* Noviter ἐτυμολογίζει Phariſæus quaſi egregius, quos alibi diximus appellatos à ſanctimonia, quam ſibi præ reliquis arrogabant. Cave rejicias. David Camius in libro ubi vocum ſenſa collegit, quo in loco docet quid ſit אצילים, ait eſſe

הפרושים והנכבדים

qui Phariſei, id eſt, eximii vel ſelecti & honorati ſunt in Iſrael. Hęc omnia ſententiam meam non modo firmant, ſed etiam planè evincunt, ita ut verbum amplius non ſit faciendum. Tantum quæro, ſi Phariſæi eo tempore diceban-

cebantur Haſidæi, quare poſt appellati eo nomine ſunt Heſſæi? notum ut generale nomen aliquando ad certam ſpeciem reſtringatur. Ne longè abeam. Chriſtiani prius vocabantur omnes Nazaræi ſive Nazorei, unde Paulus dicitur Princeps ſectæ Nazoræorum. Id nomen poſteà remanſit in iis qui Chriſtum cum Moſe conjungebant, cæremonias legis in Chriſtianiſmo retinentes, quos & Ebionitas appellabant. Sunt qui memoriæ prodiderunt Sapientes, id eſt, חכמים dictos fuiſſe uſque ad Alexandrum Ianæum, eoque regnante primum cœpiſſe vocari Phariſæos. Quod legere memini in libro quodam Ebraico, qui vulgo Compendium Ioſephi vocatur. De Heſſenis quando originem habuerint, incertum, eorum celebrata virtus in bello Romano. Placita habebant eadem ferè cum Phariſæis, è quibus etiam orti putantur. In libro Iuchaſin reperio אשיבוש, quos & נזירים autor vocat; id eſt, Naziræos. Sequitur in Serrario,

Quia vero de Haſidæis omnes hactenus ait ſiluiſſe; non jam catholicus à me ante citatus Genebrardus, ſed Munſterus contra ipſum loquatur &c.

Quod ſcripſi, *in ſilentio igitur omnium quæro quinam dicti ſint ibi Haſidæi*, capiendum de interpretibus Machabæorum. Nam altum apud eos de hac re ſilentium. Omitto unius atque alterius ineptias, quas judicavi tum indignas memoratu. Munſteri Gorionidem non habeo. Neque moror catholicum Genebrardum, qui Quæſtiones meas olim legit, & ex iis multa compilavit, tacito nomine meo, quod eſt hominis minimè ingenui. Sed is audit vulgo plagiarius. Munſterus autem non obſervavit idem quod ego. Nam ut verum ſit Heſſenos Haſidæos dici, tamen eo in loco, ut etiam in libris Machabæorum, Phariſæi ſignificantur, aut ſi nomen hoc recentius

centiùs, Sapientes Iſrael. Quid multa? ipſe Hyrcanus vocatur ibi à Phariſæis, cum adhuc eorum diſcipulus eſſet, חסיד id eſt, Haſidæus ſive pius. Quo ſignificatu etiam accipitur cum de Phariſæis uſurpatur. Ita mihi videtur. Si aliter eſt, tum ego profectò in magno errore ſum: ſed non ero pertinax, ſi quis meliora docuerit. Nos ad utrumque parati ſumus, vel ut rationem reddamus, ſi quid rectè monuerimus, vel ingenue confiteamur errorem, ſicubi lapſi deprehendimur. Homines ſumus & humani nihil alienum à nobis eſſe ducimus. Hoc igitur animo cùm ego ſcripſerim, non debuiſſet ille adeo in me inſultare: præſertim cùm in ipſius commentariis quam plurima ſint, quæ hominis docti cenſuram ſubire poſſent. Nam quod me hæreticum dicit, hoc illi commune cum imperitiæ magiſtris, qui hæreticum inter & orthodoxum, ſi modo quis ab illorum ſenſu vel minimum diſſentiat, nullum diſcrimen ponunt, Si veritatis amans eſt hæreticus, tum ego profectò fateor me hæreticum eſſe.

In hiſtoria templi ſecũdi Phariſæi vocantur אנשי חסד .i. miſericordes. Nam חסד miſericordia Ieſ. 57.1. ſic vocantur homines pii .i. החסידים qui & amantes Dei Exod. 20.6. In Iuchaſin fol. 14. pa. 2. Tunc Iuda circumcidit Haſidæos החסידים/.i. pios, & purgata fuit domus & adduxerunt ligna, ſed ignẽ ſacrum non invenerunt &c.

Aſylum imperitiæ hæreſis.

LECTORIS.

Monendus es, Lector, me hoc totum caput deſcripſiſſe ex editione Veneta, quæ in 4. folium complicat, impreſſa anno Chriſtiano 1544. In ea duo menda (apparet certè) quæ nos ex conjectura ſuſtulimus. Vnum eſt in verbis illis ולמה זאת תגיד לי. *Nam pro* זאת *ibi legitur* לא quare non indicaſti mihi? *Alterum eſt manifeſta-*

niſeſtarium in ſequentib. Nam ubi nos ſcripſimus כותים, *in ea editione perſpicuè lectum* כושים *contra omnem hiſtoriæ veritatem. Non enim certe AEthiopes Saducæi erant, ſed Chuthæi, qui & Samaritæ ſive Samaritani. Res eſt, non conjectura. Abraham Davidis F. Levita in Cabbala ſua hiſtorica,* Quum veniſſet Alexander Macedo in terram Iſrael, seceſſit ad eum Sanaballat Horonites & primores Chuthæorum, petieruntque ab eo ut liceret Sacerdotibus generis ſuis, & aliis qui duxerant uxores alienigenas, nec dimiſerant eas, ædificare domum ſanctuarii aliud in monte Garizin. Præcepit autem rex ut ſic facerent, & ædificarent domum illam. Tunc diviſus eſt populus Iſrael in duas partes. Vna dimidia pars ſequebatur Simeonem juſtum & Antigonum diſcipulum ejus, ſocietatemque ejus, juxta id quod traditum acceperant ab Ezra. Altera pars dimidia ibat poſt Sanballetum & generos ejus. Qui obtulerunt holocauſta & hoſtias extra domum Domini, & ſtatuerunt ſta-

tuta

tuta judiciaq;, quemadmodum commenti fuerant è corde ſuo. Cęterum in hac æde ſacerdotio functus eſt Manaſſes filius Ioſuę filii Ioſadac. Sadoc autem cum Baithos *(alias Boetho)* ſocio ſuo erant primores. Atque hinc ſanè hęreſis initium ſumpſit. *Vide Chronicon regum templi ſecundi fol. 39. col. 2. & deinceps: item col. 40. in principio, edit. Venet.*

Caput vigeſimum nonum ex Hiſtoria Ebraica Gorionidis.

בימים ההם בשבת המלך הורקנוס בירושלם עיר הקדש בהשקט ובבטחה:	1. IN diebus illis quum ſederet rex Hyrcanus Ieroſolymæ in urbe ſancta quietè ac ſecurè.
ויעש המלך משתה גדול לכל שריו ועבדיו חיל יהודה ובנימן:	2. Fecit rex convivium magnum omnibus principibus ſuis & ſervis ſuis, exercitui Iuda & Benjamin.
וישב המלך על השולחן עם חכמי ישראל והמה הפרושים המפרשים את התורה כי הורקנוס היה תלמיד מתלמידיהם:	3. Sedebat rex in menſa cum ſapientibus in Iſrael (hi ſunt Phariſæi qui enarrant legem) nam Hyrcanus erat diſcipulus ex diſcipulis eorum.

4. Quumq;

Digitized by Google

ויהי כטוב לב המלך הורקנוס ביין ויאמר לחכמים והמה הפרושים אתם ידעתם כי אני תלמידכם וסר למשמעתכם :

4. Quumque exhilaratum eſſet cor regis Hyrcani vino, dixit ſapientibus, hoc eſt Phariſæis, Vos ſcitis me eſſe diſcipulum veſtrum acquieſcentem in iis quæ à vobis audio.

ועתה אם תראו אותי כי אסור מהדרך הטובה הוכיחוני והשיבוני אל הדרך הישרה כי כן באה לעשות ולכם באה להוכית ולי באה לקבל :

5. Nunc ergo ſi videtis me quòd ego receſſerim à via bona, coarguite me & reducite me in viam rectam: nam ſic oportet facere, vos decet arguere me, & me decet accipere traditum à vobis.

ויענו הפרושים אליו ויאמרו לו חלילה לך מהדבר הזה כי עדים אנחנו כיום הזה כי צדיק אתה ובדרך ישרה אתה הולך ומלך נאמן וישר וכהן גדול חסיד ועבד יי אתה ולך נאה הכבוד וההוד :

6. Reſponderunt ei Phariſæi & dixerunt, Abſit verbum hoc: teſtes n. ſumus nos hodie te juſtum eſſe & in via recta ambulare, te, inquam, regem fidelem eſſe & rectum & ſacerdotem magnum, pium & ſervum Domini: ideo te decet gloria & majeſtas.

וישמח הורקנוס על דבריהם ויאמר אליהם אני אשמור את משמרת יי ומשמרתכם כל הימים:

7. Lætatuſque eſt Hyrcanus de verbis eorum & dixit eis, Ego ſervabo præcepta Domini & placita veſtra omnibus diebus.

8. Porro

Digitized by Google

ושם היה יושב אחד מן הפרושים ושמו אלעזר והוא איש שולח מדנים ואיש רע ובליעל ויען ויאמר יחי המלך הורקנוס לעולם:

8. Porro ibi ſedebat unus é Phariſæis cui nomen Eleazar, homo excitans contentiones & vir malus nequamque: qui reſpondit & dixit, Vivat rex Hircanus in ſeculum.

אלעזר בן פועירא Iuchaſin fol. 15. pa. 1. cujus mētio in Kidduſin cap. Qui dicit האומר.

אם אהבת להיות צדיק כאשר דברת ולקבל תוכחת אמת כאשר השמעת לך רד מן כסא הכהונה ורב לך כסא המלכות:

9. Si amas eſſe juſtus, quemadmodum locutus es, & admittere reprehenſionē veram, quemadmodum verbis declaraſti, deſcende é ſolio ſacerdotii, & ſufficiat tibi ſolium regni.

ויאמר המלך אל אלעזר ולמה זאת תגיד לי ויאמר אליו כי בשבי הלכה אמך בימי אנטיוכ׳ אפיפאנוס מלך מקדון והיא היתה חללה ולכן לא נאה לך לבא בקדש הקדשים:

10. Et rex ad Eleazarum, Quare, inquit, hoc indicas mihi? & dixit ei, Quia in captivitatem abiit mater tua in diebus Antiochi Epiphanis regis Macedoniæ, & ipſa erat polluta: ideo non decet te intrare in ſanctum ſanctorum.

במג Vide fol. 42. col. 2. Sacerdos non poterat ducere חללה pollutā. ſunt autem tres חללים. Vide ſi otiū & Levit. 21. 7.

ויקצוף המלך מאוד ויהפך ששונם לאבל ושמחתם לאנחה ולמריבה ואהבתם לאיבה:

11. Iratuſque fuit rex valdè, & verſum eſt gaudium eorum in luctum, & lætitia eorum in gemitum, & in contentionem & amor eorum in hoſtilitatem.

ושם היה יושב איש עשיר שר וגדול והוא מן הצדוקים ושמו יהונתן :

12. Ibi autem ſedebat vir dives princeps & magnus, & ipſe erat e Saducæis, cui nomen Ionathan.

ויאמר למלך הלא אמרתי אליך אל תאמן לדבריהם כי כזבים בפיהם עתה הם אשר צוו אל אלעזר לקלל אותך ולבזותך בעיני העם והשרים ויען ויאמר המלך לפרושים אתם פשעתם בי על הקללה הזאת הנמרצת גם כי שמעתם ושתקתם גם אני אפרוץ גדרותיכם :

13. Is regi dixit, Nonne dixeram tibi ne crederes verbis eorum, quia mendacia ſunt in ore ipſorum. Quin illi ipſi ſunt qui mandarunt Eleazaro ut malediceret tibi, & ut ſperneret te in oculis populi & principum: & dixit rex Phariſæis, vos prævaricati eſtis in me ob maledictionem hanc validam, etiam quia audiviſtis & tacuiſtis, effringam etiam ego macerias veſtras.

ויאמר המלך לפרושים שפטו את הדבר הזה על הקללת אשר קלל אותי אלעזר ויענו ויאמרו יש עליו חבוט ומלקות ורב לך כי הפרושים לא ישפטו מות :

14. Et dixit rex Phariſæis, judicate rem hanc de maledictione qua maledixit mihi Eleazar: & reſponderunt, debet cædi & flagellari: ſatis hoc tibi ſit, quia Phariſæi non judicant judicium mortis.

ויען יהונתן ויאמר הלא אמרתי לך כי מדעתם ומחפצם היתה הקללה הזאת

15. Et reſpondit Ionathan & dixit, nonne dixi tibi quod è ſententia ipſorum & è voluntate ipſorum fuerit

והיה מהיום ההוא והלאה פשע הורקנוס בדברי הפרושים ויתחזק עם הצדוקים ויהי צדוקי :

fuerit maledictio hæc ? & fuit ab eo die & ultra, defecit Hyrcanus à verbis Phariſæorum, & roboratus eſt cum Saducæis, fuitque Saducæus.

ויצו המלך ויעבירו קול במחנה ובכל ארץ ישראל לאמור כל מלמד אשר ילמד את בניו מתורת הפרושים מות יומת :

16. Præcepitque rex & promulgarunt per caſtra & per totam terram Iſrael dicendo, Omnis doctor, qui docet filios ſuos de lege Phariſæorum, moriendo morietur.

ויהרוג הורקנוס מהפרושים ביום ההוא רבים וגם את אלעזר המקל בכבודו שרף באש וגם מדלת העם אשר היתה ידם את הפרושים הרג רבים :

17. Et occidit Hyrcanus è Phariſæis in die illo multos, & etiam Eleazarum, qui maledixerat gloriæ ipſius, combuſſit igne, & etiam ex tenui plebecula, quorum manus erat cum Phariſæis, occidit multos.

ועל כן נתעוררה השנאה עליו ועל בניו וישנאוהו ישראל אותו ואת זרעו מהימים ההם :

18. Propterea excitatum eſt odium in eum & in filios ejus, quo proſecuti ſunt eum Iſraëlitæ & ſemen ejus à diebus illis.

ויאמר יוסף בן גוריון עתה אפתח שער לספר על א־

19. Et dixit Ioſeph filius Gorion, nunc aperiam tibi

 portam

זה דבר במלה המחלוקת והמריבה בימים ההם בעם יוי :

portam narrando ob quam cauſſam inciderit diviſio & contentio in diebus illis in populo Dei.

הנה הפרושים היו אומרים בשמור התורה אשר מסרו אבותינו בידינו מפורשת על פי החכמים אשר פרשו את התורה לקבלה :

20. Ecce Phariſæi dicebant, ſervemus legē, quam tradiderunt patres noſtri in manus noſtras, expoſitam per os ſapientum, qui expoſuerunt legem per cabbalam ſive traditionem.

והנה הצדוקים אומרים לא נאמין ולא נשמע לכל מסורת ולכל פירוש כי אם לתורת משה לבד והכותים היו באותם הימים אחרי הצדוקים ויהיו הצדוקים בישראל לחלק אחד והחסידים לבדם עם העם ההולך אחריהם לחלק אחר׃

21. Et ecce Saducæi dicebant, Ne credamus & ne audiamus ullam traditionem aut ullam expoſitionem niſi legem Moſis ſolam: porro Chuthæi ſequebantur illis diebus Saducæos; erantque in Iſrael Saducæi pars una, & pii illi ſive Haſidæi ſoli cum populo, qui ſequebatur eos, pars altera.

ועל אלה המחלוקות גברו מלחמות ונשפכו דמים רבים בעם יוי כי דלת העם היתה ידם עם הפרושים ויהיו לעזרתם מלבד עשירי

22. Et ob iſtam diſſenſionem prævaluerunt bella, & effuſi ſunt cruores multi in populo Domini: nam tenuis plebecula manum ſociabat cum Phariſæis,

Digitized by Google

וגבוריו כי היו עם המלך והצדוקים ולמלך ולהם היו עוזרים :	ſæis, erantque eis auxilio: præter divites ejus & potentes ejus, qui erant cum Rege & Saducæis, & adjuvabant eos.

Hucuſque Gorionides.

Audiamus nunc ipſum Ioſephum eadem de re, lib. 13. cap. 18.

Ὑρκανῷ δὲ φθόνον, inquit, ἐκίνησεν ἡ εὐπραγία παρὰ τῶν Ἰουδαίων. Μάλιστα δὲ οἱ Φαρισαῖοι κακῶς πρὸς αὐτὸν εἶχον, αἵρεσις ὄντες μία τῶν Ἰουδαίων, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν. Τοσαύτην δὲ ἔχουσι τὴν ἰσχὺν παρὰ τῷ πλήθει, ὡς καὶ κατὰ βασιλέως τι λέγοντες καὶ κατὰ ἀρχιερέως, εὐθὺς πιστεύεσθαι. Μαθητὴς δ᾽ αὐτῶν ἦν καὶ ὑρκανὸς, καὶ σφόδρα ὑπ᾽ αὐτῶν ἠγαπᾶτο. καὶ δὴ καλέσας αὐτοὺς πρὸς ἑστίασιν, καὶ φιλοφρόνως ὑποδεξάμενος, ἐπεὶ σφόδρα ἡδομένους ἑώρα, λέγειν ἤρξατο πρὸς αὐτοὺς, ὡς ἴσασι μὲν αὐτὸν βουλόμενον εἶναι δίκαιον, καὶ πάντα ποιοῦντα ἐξ ὧν ἀρέσειεν ἂν τῷ θεῷ, καὶ αὐτὸ δὲ Φαρισαῖοι φιλοσοφοῦσιν. ἠξίου γε μὴν εἰ βλέπουσιν αὐτὸν ἁμαρτάνοντα καὶ τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας ἐκτρεπόμενον, εἰς αὐτὴν ἐπανορθοῦν. τῶν δὲ μαρτυρησάντων αὐτῷ πᾶσαν ἀρετὴν, ὁ μὲν ἥσθη τοῖς ἐπαινοῦσιν. Εἷς δέ τις τῶν κατακειμένων ἐλεάζαρος ὄνομα, κακοήθης ὢν φύσει καὶ στάσει χαίρων, ἐπεὶ φησὶν ἠξίωσας γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, εἰ θέλεις εἶναι δίκαιος, τὴν ἀρχιερωσύνην ἀπόθου, καὶ μόνον ἀρκείτω σοι τὸ ἄρχειν τοῦ λαοῦ. Τὴν δ᾽ αἰτίαν αὐτοῦ πυθομένου, δι᾽ ἣν ἀποθεῖτο τὴν ἀρχιερωσύνην, ὅτι, φησὶ, ἀκούομεν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων αἰχμάλωτόν σου γεγονέναι τὴν μητέρα βασιλεύοντος ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς. Ψευδὴς δὲ ὁ λόγος ἦν καὶ πρὸς αὐτὸν ὑρκανὸς παρωξύνθη, καὶ πάντες δ᾽ οἱ Φα-

ρισαῖοι σφοδρῶς ἠγανάκτησαν. τῶν δ᾽ ἐκ τῆς σαδδουκαίων αἱρέσεως οἱ τὴν ἐναντίαν τοῖς Φαρισαίοις προαίρεσιν ἔχουσιν, Ιωνάθης τίς ἐν τοῖς μάλιστα φίλος ὢν ὑρκανῷ, τῇ κοινῇ πάντων Φαρισαίων γνώμῃ, ποιήσασθαι τὰς βλασφημίας τὸν Ελεάζαρον ἔλεγε. καὶ τοῦτο ἔσεσθαι φανερὸν αὐτῷ πυθομένῳ παρ᾽ ἐκείνων, τίνος ἄξιος ἐστὶν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις κολάσεως. τοῦ δ᾽ ὑρκανοῦ τοὺς Φαρισαίους ἐρομένου τίνος αὐτὸν ἄξιον ἡγοῦνται τιμωρίας, πεισθήσεσθαι γὰρ οὐ μετὰ τῆς ἐκείνων γνώμης γεγονέναι τὰς βλασφημίας, τιμησαμένων αὐτὸν τῷ μέτρῳ τῆς δίκης, πληγῶν ἔφασαν καὶ δεσμῶν. οὐ γὰρ ἐδόκει λοιδορίας ἕνεκα θανάτῳ ζημιοῦν, ἄλλως τε καὶ φύσει πρὸς τὰς κολάσεις ἐπιεικῶς ἔχουσιν οἱ Φαρισαῖοι. Πρὸς τοῦτο λίαν ἐχαλέπηνε, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν ἐκείνοις ποιήσασθαι τὰς βλασφημίας τὸν ἄνθρωπον ἐνόμισε. Μάλιστα δὲ αὐτὸν ἐπιπαρώξυνεν Ιωνάθης, καὶ διέθηκεν οὕτως ὥστε τῇ σαδδουκαίων ποιεῖσθαι προσθέσθαι μοίρα, τῶν Φαρισαίων ἀποστάντα καὶ τά τε ὑπ᾽ αὐτῶν κατασταθέντα νόμιμα τῷ δήμῳ καταλῦσαι, καὶ τοὺς φυλάττοντας αὐτὰ κολάσαι. Μῖσος οὖν ἐντεῦθεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς υἱοῖς παρὰ τοῦ πλήθους διεγένετο. Περὶ μέντοι τούτων αὖθις ἐροῦμεν. Νῦν δὲ δηλῶσαι βούλομαι ὅτι νόμιμα πολλά τινα παρέδοσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς μωυσέως νόμοις, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ᾽ ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. καὶ περὶ τούτων ζητήσεις αὐτοῖς καὶ διαφορὰς γενέσθαι συνέβαινε μεγάλας, τῶν μὲν σαδδουκαίων, τοὺς εὐπόρους μόνον, πειθόντων, τὸ δὲ δημοτικὸν οὐχ ἑπόμενον αὐτοῖς ἐχόντων, τῶν δὲ Φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐχόντων.

FINIS.

Digitized by Google

Fido Dei ſervo
GVILHELMO BAVDARTIO,
Theologo philologo.

QVum ultima tua mihi redderentur, Baudarti Chariſſime, erat ſub prælo libellus hic meus: cujus exemplar unum ad te mitto. Inter excudendum quædam notavi de Heſſæis, quæ tibi non ingrata fore confido. Perſuadeo etiam mihi homines doctos & candidos, quales ſunt Arminii, Thyſij & ſimiles, pro his meis laboribus aliquam nobis gratiam habituros. Qui aliter ſunt animati, ab iis peto ut quieſcant, & ſinant me verum, quod ipſi aut nolunt aut non poſſunt, eruere: néve fidem ullam habeant hominibus, quos aut ſeditio hinc eiecit, aut expunxit ex albo honeſtiſſimorum iuvenum contumacia. Alios precor quæſoque ut me juvent precibus ſuis apud Deum, quo poſſim ita, ut cœpi, pergere, deq́ Repub. Chriſtiana bene mereri, & inimicis meis, quando aliter non licet etiam invitis prodeſſe. Vale, tibique perſuade te à me amari, & æſtimari. Ex muſeo noſtro 24. Martii. 1603.

APPENDIX,

Quod Heſſæi apud Gorionidem non vocentur Haſſonim.

PErgam bene mereri de Serrario, qui ut multa benè legit (eſt enim certè vir eruditus & plurimæ lectionis) ita aliqua quædam malè concoxit. In iis eſt illud quod ſcribit Heſſæos apud Gorionidem etiam Haſſonim appellari, *quaſi ſecundantes,* inquit, *id eſt, qui ſecundi eſſent*

ab Haſi-

Digitized by Google

ab Haſidæis, vel ſecedentes à communi aliorum vita, & in ſolitudinem ſe conferentes, vel denique deuterotas. Sed Deuterotæ erant Phariſæi: quod planè pro me facit. Iam verò ſi Heſſæi ſecundi ab Haſidæis, ergò diſcrimen erat inter hæc nomina, nec planè iidem Haſſonim ſive Heſſæi cum Haſidæis. Locus quem adducit huic rei probandæ unicus eſt. Is habetur in codice Veneto, fol. 78. col. 2. ſed longè aliter quàm eum Serrarius laudat. Nam pro Haſſonim, in eo eſt abſque ulla litura Haſſarim. Id ſonat principes ſive primores. Quam lectionem germanam eſſe nemo paullò humanior negabit. Sic enim eum locum Latinè convertendum eſſe puto, imò non dubito. *Ideò Rex* (magnum Herodem intelligit) *non adegit eos* (Phariſæos) *ad juramentum. Quin primores Haſidæorum & ſapientes honoravit honore magno, etiam principem Manahemum collegam Samæi. Nam Manahemus, ſi quis alius præterea, vir juſtus & ſapiens erat in diebus illis.* Verba Ebræa ſunt:

לכן לא הביאם המלך בשבועה וגם השרים אשר לחסידים והחכמים כבד כבוד גדול וגם השר מנחם החבר לשמאי כי מנחם אחר זולתו איש צדיק וחכם היה בימים ההם׃

Quæ Serrarius citat ex lib. 5. cap. 23. & ita in Latinum convertit, *& etiam Haſchonim qui* לחסידים *non adduxit Herodes ad juramentum propter Manahem Haſchone, qui* לחסידים *ad Haſidæos ſpectabat, quia ipſe Manahem vir juſtus & ſapiens fuit in diebus illis.* Iudicent nunc qui hæc intelligunt, & ſimul judicio valent.

Quædam de ſcriptura nominis Heſſæus, quorum frequens mentio in hoc libello.

חסי dicebant & חסיא, unde ὅσιος. Ebraice חסיד qui pietatem & religionem colit. Ergo in חסי figura eſt quam

quam apocopen appellant. Dubito etiam an ſcribendum ſit חַסַּי. Nam Syri voces Ebraicas quandoque corripiunt. Sic pro ברוך dicunt בְּרִיךְ benedictus, laudandus. Quod tamen non eſt perpetuum. Nam & קָרִיב in ea lingua eſt propinquus, & יָקִיר ardens: & cum emphaſi קָרִיבָא ὁ συγγενὴς, יָקִירָא ὁ καιόμενος. Vt ut ſit, multa quæ apud Ebræos in Ioth finiunt, ut יְהוּדִי Iudæus, מִצְרִי Ægyptius, Syriace terminantur, ut יְהוּדַי Ἰουδαῖος, מִצְרַי μεσραῖος, id eſt, Ægyptius. Sic פרישי Phariſæus, מִינַי Minæus. Ad quod exemplum putarim antiquos dixiſſe חַסַּי ſive חֲסַי: unde Heſſæus, quod aſpirate ſcribendum ἑσσαῖος, ut quidam Græci codices habent. חסי ἑσσαῖος, ut משיחא μεσσίας, דבורה Debbora. Sic in quibuſdam libris reperies Φαρισσαῖος, cum duplici σσ. Quod autem vulgo aſpiratio neglecta, non eſt mirum, quum id fiat in aliis vocibus quam plurimis, quæ nunc à doctis omnibus aſpirantur. Sic Haſidæus ſcribimus, licet in libris ſit Aſidæus abſque aſpiratione. Contra factum in Abraham, quod ſcribunt ἀβραὰμ Habraam: ſed perperam. Talia menda ſcribis imputanda, non interpretibus. Quale & illud cùm ſcribunt ἡλίας pro ἠλίας. Sic Heſther invenies pro Eſther. Similiter peccatum in ἐσσηνὸς, quod aſpirandum ut ſit ἑσσηνὸς, Heſſenus. Εσσαῖος, Εσσηνὸς: ut Ναζαραῖος, Ναζαρηνός. Prior terminatio Syriaca eſt, poſterior Græca. Quanquam gentilitia in ηνὸς terminata quidam barbara eſſe ait, non ἑλληνικά. Qua de re aliás.

Forte an חַסַּי, ut בַּנַּי Bannai ædificator, οἰκοδόμος.

Quod à pietate nomen acceperint.

Suidas de Heſſæis, Θεωρία, inquit, τὰ πολλὰ διαμένουσιν. ἔνθεν καὶ ἐσσαῖοι καλοῦνται, τοῦτο δηλοῦντος τὸ ὄνομα τουτέστι, θεωρητικοί. Vnde hoc ſumpſerit, neſcio. Vera etymologia à me ſupra notata fuit: quam nunc firmabo autho-

ritate Philonis Iudęi. In libello cui titulum fecit, περὶ τῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι, citante Euſebio, Προπαρασκ. lib. 8. pag. 226. Ἀλλὰ γὰρ ὐδεὶς, inquit, ὔτε τῶν σφόδρα ὠμοθύμων, ὄυτε τῶν πάλαι δολερῶν καὶ ὑπούλων, ἴχυσε τὸν λεχθέντα τῶν ἐσσαίων ἢ ὁσίων ὅμιλον αἰτιάσασθαι. Ecce cùm dixiſſet ἐσσαίων, quaſi ſe ipſum explicans, ſubjicit ὁσίων. Quo haut obſcure innuit verum etymon nominis Eſſęus. Sed apertius & manifeſtius hoc declarat apud eundem Euſebium, pag. 224. λέγονται δὲ τινες παρ' αὐτοῖς ὄνομα Ἐσσαῖοι, πλῆθος ὑπὲρ τετρακισχιλίους, κατ' ἐμὴν δόξαν οὐκ ἀκριβεῖ τύπῳ διαλέκτυ ἑλληνικῆς, παρώνυμοι ὁσιότητος. ἐπειδὴ καὶ τοῖς μάλιστα θεραπευταὶ θεοῦ γεγόνασιν, &c. Rurſum pag. 223 ex Apologia quam pro Iudæis compoſuit Philo, Μυρίους δὲ καὶ τῶν γνωρίμων ὁ ἡμέτερος νομοθέτης ἤλειψεν ἐπὶ κοινωνίαν, οἱ καλοῦνται μὲν Ἐσσαῖοι, παρὰ τὴν ὁσιότητα, μοι δοκῶ, τ̃ προσηγορίας ἀξιωθέντες. Quod ut verum eſſe mihi perſuadeo, ita non poſſum ſilentio pręterire aliud etymon παρὰ τὸ אסא ſano, medeor, curo, θεραπεύω: unde אסיא medicus, θεραπευτής. Quomodo ſane olim nominatos fuiſſe Heſſæos multi prodiderunt. Supra in iis quæ ex Euſebio produximus habetur, θεραπευταὶ τοῦ θεοῦ. Id aliud eſt. Apud Photium autem reperio Ἀνεγνώσθησαν δὲ τῶν παρὰ Ἰυδαίοις φιλοσοφησάντων τήν τε θεωρητικὴν φιλοσοφίαν βίοι. ὧν οἱ μὲν Ἐσσηνοὶ, οἱ δὲ θεραπευταὶ ἐκαλοῦντο. εἰ καὶ μοναστήρια καὶ σεμνεῖα, ὡς αὐταῖς λέξεσι λέγει, (Philo videlicet) ἐπήγνυντο, καὶ τὰ νῦν μοναζόντων τὴν πολιτείαν προϋπέγραφον. Hucuſque Photius. Cęterum locus iſte non vacat ſuſpitione mendi. Nam θεραπευταὶ & Ἐσσηνοὶ ſynonyma ſunt. Sign. enim certe θεραπευτὰς non τῶν νοσημάτων, ſed τῦ θεοῦ, ἤτοι τ̃ ὁσιότητος, id eſt, cultores pietatis ac religionis: quos Galli religioſos appellant.

Quæſitum

Quæſitum cur apud Gorionidem cap. 29. nulla mentio fiat ſectæ Heſſæorum.

SVpereſt difficultas. Nam quæri poteſt quare Gorionides in eo capite, de quo controverſia eſt, nullam fecerit mentionem Heſſæorum. An quia nulli tum adhuc erant Heſſæi? poteſt ita eſſe, tamen certi nihildum de hac re mihi conſtat. Illud liquet ex hiſtoria, initio tantùm duas ſectas fuiſſe. Tertia ex Phariſæis, ut videtur, originem duxit, placitaque cum iis eadem fermè habuit. Sane Manahem Heſſæus, qui ſub Herode magno vixit, diſcipulus fuit Pollionis, quem Ebræi Hellel nominant. Is princeps erat Phariſæorum. Diſcipulum autem habuit prætereà Samæum ſenem, ſocium ſive collegam Manahemi. Hi tres ſimul inter fuerunt Synedrio magno, cùm reum ſe ibi ſiſteret coram judicibus Herodes. Poſt authores fuerunt populo ut eum admitterent reciperentque. Dicebant enim *à Deo hoc eſſe propter iniquitatem populi, & præſtare ut regnaret antequam ſanguis plurimus effunderetur.* Quocirca, cùm in regno jam confirmatus eſſet Herodes, eos in magno honore habuit. Redeamus unde digreſſi ſumus. Duo genera Heſſæorum memorantur. Alii κοινόβιοι erant, alii μονάζοντες ſive μονόβιοι. Quin ex hoc genere aliqui fuerint Ieroſolymæ ante Alexandrum Ianæum dubitare non debemus, nos præſertim, qui ſcimus Iudam Heſſenum, quem Ioſephus prophetam appellat, ibi prædixiſſe cædem Antigoni. Ant. hiſt. lib. 13. c. 13. & de bello Iudaico lib. 1. capit. 3. Concedimus ergo paucos ibi fuiſſe μονάζοντας, ſub Ariſtobulo & Herode magno. Dubito an etiam ſub Herode altero. Dubitandi cauſſa quoniam in novo fœdere, ubi frequens mentio

 Phari-

Phariſçorum & Saduçeorum, altum de Heſſçis ſilentium: ne nomen quidem eorum in illis libris extat. Quid cauſſæ eſſe putabimus? Si alia eſt quàm ea quam dixi, fateor me illam ignorare. Libenter audiam doctiores. Nam κοινόβιοι nulli unquam fuerunt Ieroſolymæ, quod ſciam. Saltem nulla monaſteria ibi habuerunt. De his Plinius lib. 5. cap. 17. & Solinus cap. 44. Philo in libello περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι, de Heſſæis ita ſcribit οὗτοι τὸ μὲν πρῶτον κωμηδὸν οἰκοῦσι τὰς πόλεις ἐκτρεπόμενοι διὰ τὰς τῶν πολιτευομένων χειροήθεις ἀνομίας εἰδότες ἐκ τῶν συνιόντων, ὡς ἀπὸ ἀέρος φθοροποιοῦ νόσον, ἐγγινομένην προσβολὴν ψυχαῖς ἀνίατον. Addam pro corollario. Ioſephus in vita ſua meminit cujuſdam Bani, in cujus contubernio tres annos vixerit, *cum audiviſſet in ſolitudine amictum ſibi parantem ex arboribus, & ſponte provenientibus alimentis utentem, crebriſque nocte ac die lavacris frigidis ad caſtitatem tuendam, &c.* Hunc Banum Serrarius Heſſæum fuiſſe ait. Cæterum author libri Iuchaſin diſerte Phariſæum appellat. Vnde colligas hæc nomina interdum confundi permutarique ſolita. Nam certe ut חסיד, ita פרוש ſanctum denotat; unde פרישות ſanctimonia vitæ, ut cùm dicunt:

Vota ſepes ſunt ſanctimoniæ vitæ.

Ebraice eſt לפרישות .i. Phariſaiſmo. Hoc tamen intereſt, quod פרוש dicatur à ſeparando, חסיד autem à pietate. Memini etiam legere in libro Iuchaſin, niſi fallor, ubi virgo veſtalis Ebraice reddita ſit פרושה, id eſt, Phariſæa vel ſancta. Quod notandum duxi vel propter eos qui de voce חסידים nobis controverſiam movent, ac ſi nihil aliud ſignificaret quam Heſſæos. Hæc igitur expendent qui judicio valent, & harum rerum intelligentiam habent.

In Iuchaſ. fol. 144.

Mater Merlini Angli dicitur fuiſſe פרושה Monacha vel monialis.

De origine

De origine Heſſaorum conjectura.

VErum non videtur quod ſcribit Plinius lib. 5. cap. 17. de Heſſenis: *per ſæculorum millia, incredibile dictu, gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur:* & eum ſublegens Solinus, cap. 44. *per immenſum ſpatium ſæculorum, incredibile dictu eſt, æterna gens eſt, ceſſantibus puerperijs:* verum inquam, hoc non videtur, niſi cum Suida dicamus eos fuiſſe προγόνους Ionadab filii Richab, unde Richabitæ appellationem ſortiuntur: aut cum authore Iuchaſin ſtatuamus Heſſæos eſſe, quos antiquior ætas Naziræos appellat. Nam hi vetuſtiſſimi fuerunt, ut liquet ex libris ritualibus Ebræorum. Sed eos diverſos eſſe non dubito. Heſſæorum autem mentio primum in hiſtoria Ebraica & apud Ioſephum ſub Ariſtobulo, ubi de Iuda Heſſæo, qui prædixit cædem Antigoni. Hiſtoria nota eſt. Si conjecturæ locus eſſet, putarim eos cœpiſſe cum Hircanus ex Phariſæo Saducæus factus, ſectam illam, quam antea ſecutus fuerat, acerrime perſequeretur. Tum enim, ut credibile eſt, multi ex Phariſæis receſſerunt in ſolitudines & loca deſerta, ibique tertiam ſectam Iudæorum condiderunt, & peculiariter Haſidæi nuncupati ſunt, cùm prius omnes in genere Phariſæi ſic vocarentur. Conjecturam hanc meam adjuvat Ioſephus, nullam memoriam uſurpans Heſſenorum in bello quod Iudas & fratres ejus geſſerunt cum Syro-Macedonib. Nam quos lib. 12. cap. 16 ὁσίους vocat τοῦ ἔθνους, non Heſſæos, meo judicio, ſed in genere ſignificat omnes pios, quos in hiſtoria Ebraica חסידים, & in libris Machabęorum Ασιδαίους vocari diximus: quibus opponit τοὺς ἀσεβεῖς, Alcimi partium ſtudioſos. Quod ut

certum mihi, ita reliqua dubitans & ambigens pono. In talibus nihil temere aſſeverandum. Dies & varia lectio nos certiora docebunt. Interim fruantur his veritatis & hiſtoriæ ſtudioſi, & una mecum ad tempus judicium ſuſpendant.

De Particula לבר.

לבר ſolus, a, um, ut תורת משה לבר lex Moſi ſola. Et ſeorſum, Zachar. 12. 2. בית דויד לבר domus David ſeorſum. Frequens eſt cum pronominibus affixis, ut exempli gratia לברו ſolus ille, לברך ſolus tu, לברי ſolus ego. Sic לברם ſoli ipſi, לברכם ſoli vos. Quod ultimum exemplum invenies Ieſ. 5. R. David explicat אתם יחידים אין אחר עמכם, vos ſoli, non eſt alius vobiſcum. Sequente מן ſignificat præter, præterquam, & eſt exceptionis ſive excluſionis particula. Exod. 12. 37. לבר משף præter parvulos. 1. Reg. 5. 16. לבר משרי prӕter principes. Deut. 18 8. לבר ממכריו prӕter venditiones ejus. Interdum eadem præpoſitio prӕcedit Dan. 11. 4. מלבר אלה præter iſtos. Gen. 46. 26. מלבר נשים præter uxores. Deut. 4. מלבדו prӕter eum, id eſt, זולתו excepto illo. Quid opus multis verbis? Res eſt minime controverſa. Vide Abenezram Eſther. 4. 10. qui dictis addit לבר בך נזכיר שמך, tantummodo in te memorabimus nomen tuum.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

I. DRVSII
DE
TRIBVS SECTIS IVDÆORVM,

LIBRI QVATVOR,

Adverſus NIC. *SERRARIVM Ieſuitam.*

Ejuſdem Spicilegium Trihæreſii
NICOLAI SERARII.

Acceſſit IOSEPHI SCALIGERI
Elenchus Trihæreſij.

Secunda Editio, ex ipſius Authoris exemplari auctior.

Digitized by Google

Sereniſsimo Principi

IACOBO

ejus nominis primo,

Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regi, fidei defenſori, &c.

SERENISSIME Domine, quum mortales omnes ex omnib. locis certatim confluant gratulatum M. tuæ, volui & ego (ignoſce ſi pecco) animi mei lætitiam oſtendere, quam concepi ſimulac audivi tuam M. omnium Ordinum conſenſu Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Regem creatum eſſe. Auxit hoc meum gaudium opinio de præclaris virtutibus tuis, inter quas, tanquam heſperus inter ſydera, elucet maximè pietas tua, quam edita ſcripta teſtantur. Pietas dico non ficta & imperita, ſed vera & erudita, quæ zelum habet ſecundum ſcientiam Scripturarum, quas qui ignorat, etiam Deum ignorat.

O ter felix Regnum quod talem habet Principem. Quippe ut Dei nutu regitur, ita ejuſdem favore tutum eſt. Præter hanc alia mihi cauſſa publicè compellandi M. tuam. Nam etſi natus ſum Aldenardæ, quod eſt oppidum Flandriæ, in regione urbis Pamele, quæ una eſt ex quatuor Baroniis illius Comitatus: puer tamen exulantem ob Religionem patrem ſecutus, educatus ſum in Anglia, ubi literas Ebraicas didici, & eaſdem docui Oxoniæ annos quatuor continuos; gradum etiam ibi licet indignus eo, honoris ergo conſecutus. Id forte audivit aut legit in libris meis Nicolaus quidam Serarius Ieſuita, & ſuper hanc baſim extruxit magna ex parte mirificum illud problema ſuum, An Druſius ſit hæreticus? *Quid ſcholæ*, inquit, *aut loca in quibus didiciſti aut docuiſti?* Itane Serari? ergo qui aut Cantabrigiæ ſtuduerunt, aut Oxoniæ docuerunt hæretici ſunt? Audis, Rex magne, quid Lojolita ille ſentiat de duobus oculis novi regni tui; nec dubitare debes quin eadem ſit opinio ejus de

Acade-

Academiis aliorum regnorum tuorum Scotiæ & Hiberniæ, Cum hoc homine lis mihi eſt hiſtorica vel literaria de Haſidæis quorum mentio in libris Machabæorum. Ante annos viginti, aut eo plus, edidi libros Quæſtionum & Reſponſionum tres. In horum primo notaveram apud Compoſitorem hiſtoriæ Ebraicæ, capite 29. eoſdem eſſe; quos ibi memorat, Haſidæos & Phariſæos. Cujus me notationis nondum pœnitet. Certè duarum dumtaxat ſectarum ibi mentio, cùm duæ tantùm ad convivium ab Alexandro rege vocatæ fuiſſent. Quid Scrarius? Non duarum, ſed trium ſectarum mentionem fieri pertinaciter contendit. Vnde & illud ſequitur Haſidæos ibi Heſſæos, ſive Heſſenos eſſe. In hunc errorem eum induxit ignoratio voculæ unius ex illa hiſtoria. Monitus à me publicè de errore ita reſpondit ut ubique prodat inſcitiam ſuam. Nam dum errorem illum tuetur, alios pluſquam centum (auſim dicere ducentos) erravit. nempe Gramaticus

Druſius exagitandus erat. Magna injuria ex beneficio affectus doctor Theologus non potuit aliter ulciſci dolorem ſuum. Mirabile genus ultionis. Vt ſupplicium ſumeret de eo quem odit, cui invidet (nam non odiſſet, niſi invideret) ſe omnibus doctis, ne dicam pueris, deridendum propinavit. Quid? An putavit Novatores omnes fungos eſſe? non ſunt profectò. Quod vel unus evincet Elenchus Trihæreſii, in quo errores illos magna ex parte detexit princeps in re literaria Ioſephus Scaliger Iulii F. vir planè incomparabilis, imò divinus: quem præſens miratur & ſequens quoque mirabitur ætas. Ego quoque plurimos indicavi, titulumque libro feci de tribus Sectis Iudæorum: in quo nonnulla recondita, & vulgo minus nota, quæ doctis ut ſpero, non omnino diſplicebunt. Vtrumque opus, videlicet Reſponſionem meam, & Elenchum Scaligeri ſereniſſimæ M. tuæ, ad genua ejus provolutus, ſupplex offero, peroque ut cum hęc eruditis Britannis tuis legenda

legenda commiſeris, (nam ut ipſe legas, ne peccem in commoda regnorum tuorum, non requiro) ſi probaverint, eorum patrocinium ſuſcipere ne dedigneris adverſus hominem ê Societate, quæ ipſis regibus ac principibus hodie formidabilis eſt. Commendo etiam tuæ M. ſtudium linguarum Orientalium, quæ ad intelligendum ſacras litteras non utiles modò, ſed etiam penitus neceſſariæ ſunt, præſertim Ebraicæ & Chaldaicæ: quibus Patres Concilii Vienneſis adjunxerunt Arabicam, decretumque fecerunt de ſex Profeſſoribus illarum linguarum, quod exſtat in Clementinis, titulo de magiſtris: in quo mentio Academiæ tuæ vetuſtiſſimæ Oxonienſis. Hoc decretum magno malo Eccleſiæ ac veritatis hactenus neglectum, utinam tandē aliquādo in uſum revocaretur. Vale ac vive maxime potentiſſimeq; regum. Deus M. tuam, tuis ac nobis omnibus ſalvam & incolumem ſervet in omne ęvum. Franekerę Friſiorum, anno partę ſalutis 1605. menſe Ianuario.

Carmen

CARMEN
IOH. DRVSII IUNIORIS,
AD SERENISSIMVM
Britanniæ Magnæ, Franciæ & Hiberniæ Regem
IACOBVM
ejus nominis primum, Fidei defenſorem, &c.

Conſtat ſyllaba, Iathed, quatuor ſyllabis, Iathed & ſyllaba.

את כתב. הזה מלך מלכים
קח בסבר פנים מן אנשים.

אוהבי תפארת המלוכה
שלך על ים גדול ונורא.

קח בבעו מנך האמרים
בל-אשר אבי רוכר לחרים.

אל אלהים הרשע מחיב.
הוא יהי רין בינו לאויב.

כי אמת דבר הפך לשקר·
כי דבר נעם הפך למור·

כי באור השמש שם אפלות:
גם מאור היום נתן בלילות·

תן כען דין מישרים בכפרד·
כל-למור דעת יגל בזכרו

אויבי עליון יחדו יבושון
אויבי מלכות אחור ישובון:

Proverb. 20. 8.

Rex ſedens in ſolio judicij, diſſipat oculis ſuis omne malum.

מלך יושב על כסא בדינו
מפך ומזרה כל-רע בעיניו:

I. DRV.

I. Drusius Nicolao Serario ſapere & valere.

En reſponſum à Grammatico Druſio. Cur enim non ita vocem? noluiſti aliter. Tu contumeliam eſſe putas; ego honorem duco. Grammaticus audivit ævo ſuperiore D. Eraſmus-quis, & quantus vir? Grammaticus tibi nunc eſt Ioſephus Scaliger lumen illud & columen litterarum,

— meritò cui doctior orbis
Submiſſis defert faſcibus imperium.

Grammatici quoque ſunt Melanchthon, Beza, Munſterus. Etiamne Mercerus, Bellarminus? nam uterque Grammaticam ſcripſit: hic Ebraicam, ille Chaldaicam. Etiamne Lipſius? hujuſmodi Heroibus accenſeri quis non gaudeat? Ego certe ſolidè gauderem, niſi mihi probè conſcius eſſem. Novi me, novi quam ſit mihi curta ſuppellex, quam non ſim cum illis ulla in parte comparandus. Ceterum Grammaticus hodie vocatur à Sophiſtis qui novit τὰ γράμματα, *hoc eſt, doctrinam litterarum monumentis comprehenſam: qui &* γραμμάτων εἰδὼς *dicitur, ut in hoc Senario;* Ὁ γράμματ' εἰδὼς καὶ περισσὸν νοῦν ἔχει. *Cui concinit alter non minus elegans;* Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. *Hoc eſt, dupliciter oculati ſunt, qui verſati in literis, ſive qui literas didicerunt. Contra de illiteratis dicitur eos cernentes non cernere,*

Ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων

Ito nunc & nega te Grammaticum eſſe. Per me licet ut dicaris Theologus ἀγράμματος, *id eſt, illiteratus. Sunt autem literæ aliæ ſacræ, aliæ profanæ. Porrò qui in ſacris verſatus divinas litteras enarrat, etiam Grammaticus dici poteſt. Divinum Grammaticum appellat non nemo. Nam ut Grammatici veteres poëtas, ita hic noſter explicat ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum. Tales fuerunt olim Hieronymus, Chryſoſtomus, Theo-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

doretus & alii. Audiamus nunc Eraſmum de hac re ſic ſcribentem epiſtola ad Henricum Bovillum, Sed indignum ſe judicant ad iſtas Grammaticorum minutias deſcendere(ſic enim vocare ſolent eos qui bonas didicere litteras, atrox eſſe convicium exiſtimantes Grammatici nomen) quaſi vero laudi vertendum ſit Theologo, ſi Grammaticen neſciat. Non facit Theologum ſola Grammatices cognitio: at multo minus Theologum facit ignorata Grammatica. Certè conducit ad Theologiæ cognitionem hujus diſciplinæ peritia, officit imperitia. Neque negari poteſt Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, quorum authoritate potiſſimum res Theologica nititur, ex hoc Grammaticorum ordine fuiſſe. Quandoquidem id temporis nec Ariſtoteles etiamnum in Theologorum ſcholas erat receptus, & hæc philoſophia, qua nunc in ſcholis utuntur, nondum erat nata; *Et epiſtola de vita Origenis*, Grammatices profeſſio olim ſenile & arduum erat negotium. Nec enim à doctore tantum exſpectabatur declinationum, conjugationum, & conſtructionum ratio: ſed præter ſermonis elegantiam, præter plurimorum autorum lectionem, præter antiquitatis & omnium hiſtoriarum peritiam; requirebatur Poëtices, Rhetorices, Dialectices, Arithmetices & Coſmographiæ Muſiceſque cognitio: minore negotio tres juris doctores abſolveris, quam unum Grammaticum, qualis fuit Ariſtarchus apud Græcos, apud Latinos Servius ac Donatus. *Hactenus ille. Quod reliquum eſt, lib. 1. cap. 18. Trihæreſitai vocas me ad arbitrium eorum, quos mihi deligere libuerit. En tibi igitur judicium Scaligeri, viri (cum venia cumque pace tua dictum hoc ſit) ſummo judicio præditi, linguarumque Orientalium callentiſſimi, &, quod caput eſt, in hiſtoria harum rerum, de quibus inter nos contentio eſt, ita verſati, ut*

parem

parem in Europa neminem habeat. Iudicium dico, non emendicatum (ipſe teſtabitur) ſed ultro & ſponte oblatum: in quo ſi acquieſcis, bene eſt: ſin, audi quid Lipſius veſter ad illum & de illo ſcripſerit,

Iuſtus Lipſius Ioſepho Scaligero Iulij filio.

Quà de me erant literas tuas Plantinus mihi legit & amicas valde & honeſtas. Atque in amore quidem tuo gaudeo: in judicio triumpho, quia (vere & ex animo) ſi quiſquam eſt proborum, cui probari me meaque velim, is tu es inter probiſſimos primus. *Et mox*, Aquila in nubibus, quod Græci dicunt, vere tu es: vides, imo pervides omnia, & quicquid venaris capis.

Idem epiſt. XIII ad Lernutium.

Sed quis Polydamas auſit illum Hectorem? qui diis hominibuſque faventibus tenet profecto & tenebit hoc regnum. Itali eum qui dejiciant? ſilent.

Et ad Berchemium.

Scaligeri ad Auſonium en tibi. O virum! ô filium à patre magno magnum!

Merito cui doctior orbis
Submiſſis defert faſcibus imperium.

Enim vero ille unus eſt quem miramur, quem æmulamur: imo, ne mentiar, cui invidemus. Felicem Galliam hoc ſole: cujus claritas non ad eos ſolum qui nunc ſunt, ſed ad poſteros diffundetur, quamdiu quidem erit in terris nomen litterarum.

Idem in alia quadam epiſtola.

Scaligeri ingenium grande & capax, diffuſum per omnes artes. Mirificus ille vir eſt, & quem Homeri verbis jure appelles δαίφρονα ποικιλομήτην.

Et rurſus ad ipſum Scaligerum.

Nam de me quid dicam? ita maneant aut fiant mihi

quæ optem, ut tu & tua mihi ſemper magna, nec affe-ctum & judicium illud muto. *Et*, Poliorcetica brevi ad te mittam non legenda ſolum, ſed cenſenda. Quæſo facito: te judice placebit pænè ipſum damnari.

Quæ adduxi ut ſcires qualis quantuſque vir ſit Scaliger à quo vinci tibi non erit inglorium. Vt lancem videmus in libra ponderibus impoſitis deprimi, ſic animum perſpicuis cedere neceſſe eſt. Pro clauſula iterum à te peto, ſiquid in libris meis heterodoxum me in tempore, dum adhuc in vivis ſum, admoneas. Quia vero ſcribis te id facere non poſſe niſi libros meos omnes habeas, en tibi catalogum, ut eos quos non habes, ſi velis, compares tibi Francofurti, ubi venales ſunt.

In Batavia ſcripſi

Fragmenta veterum interpretum Græcorum in Pſalmos Davidis.

Commentarium ad voces Ebraicas novi teſtamenti. Vtrumq́ue opus Plantinus excudi Antuerpiæ.

Quæſtionum & reſponſionum libros tres.

Animadverſionum libros duos.

Patius edidit Lugd. Bat.

In Friſia ſcripſi

Notas in Grammaticen Ebraicam Clenardi, quas excudit F. Raphelengius pater, Lugd. Bat. an. 1589.

Obſervationum libros ſedecim.

Miſcellaneorum centurias duas.

Commentarium in hiſtoriam Ruth, cui additus eſt libellus, An Ruben Mandragoras invenerit.

Annotationes in Eſtheram.

Proverbiorum Sacrorum claſſes duas.

Parallela τῆς ἁγίας γραφῆς.

Apoph-

Digitized by Google

Apophthegmata Ebræorum & Arabum.
Alphabetum Ebraicum vetus, &c.
Hos Radæus impreßit partim Antuerp., partim Franequeræ.

De litteris ſervilibus libros duos.

Lectiones in { *Hoſeam, Ioelem, Amos, Ionam, Abdiam, Nahum, Habacuc, Sophoniam.* }

Prodierunt Lugd. Bat. ex officina Plantiniana apud Chriſtophorum Raphelengium.

Proverbia Ben. Siræ nepotis Ieremiæ prophetæ: item Adag. Thalmudica, &c.
Caſtigationes in Tobiam.
Caſtigationes in Ieſum Sirach.
Grammaticam Chaldaicam.
Caſtigationes in librum Haſamonæorum; qui vulgo Prior Machabæorum.
Quæſita per epiſtolam.

Libellum { *de Haſidæis, de nomine Elohim,* περὶ τοῦ τετραγραμ. ὀνόματος. }

De tribus ſectis Iudæorum, libros quatuor.
Hos omnes Radæus vulgavit Franekeræ.

Reſtat ut me excuſem de civilitate qua uſus ſum in te hominem maledicum. Nam hanc non nemo culpabit, ſcio: qui è dignitate mea fuiſſe cenſebit, ſi te malleum Grammaticorum, ſerram Novatorum ita ut commeritus es, accepiſſem. Quod profecto feciſſem ſi non mei rationem majorem habuiſſem. Non quid te, ſed quid me decuit, ſpectavi. Vrbanatim tetigi, alius ruſticatim tanget. Non omnib. eadem conveniunt. Reſponde ſtulto, *inquit Sophus*, ſecundum ſtultitiam

Poſtea hæc edidit. Reſp. ad Minerval Serrarii: Hiſtoriam ſacr. Sulp. Severi cum comment. Opuſcula Grammaticalia Grām. Ebr. Annot. ſeu præteritorum in N. T. libros decē. Librum de Henoch Comment. duplicem ad

ipſius, ne ſibi videatur ſapere. *Id feci. Mox idem ait,* Ne reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ipſius, ne ſimilis ei ſis. *Et hoc quoque feci; Stolidos animi impetus, quos in me Grammaticum evomuiſti plane neglexi, ac ſi nihil illi ad me pertinerent. Quis enim ſapiens movetur maledictis? Quis ſanus recalcitare velit ſi eum aſinus prætereuntem calcibus feriat? Non ego ſane: qui etiam* λοιδορούμενος *nolui* ἀντιλοιδορεῖν. *Nam quis fructus fuiſſet hujus certaminis. Conjicit ſcurra quiſpiam in me lutum. an ego talionem reddam & ſcurrile prælium cum eo præliabor? Non faciam. Satis mihi ſi lutum abſterſero ne quid adhæreat quod veſtes commaculet. Sed finio & ſimul opto tibi ut ſolidiorem doctrinam, ita meliorem mentem & animum vere Chriſtianum, Sic mihi Deus faciat, ſic addat: cui laus & gloria in ſempiternum.*

voces Ebr. N.T. & Annot. partem alteram.

Poſthuma Comment. ad loca difficiliora Moſis, Ioſuæ Iud. & 1. Samuelis. Et jā ſub prælo ſudant Fragmenta Veterum Interpretum Græcorum in totum V. T. ab ipſo magno labore collecta, Verſa & notis illuſtrata. Cætera quæ inedita reliquit videre eſt in Vita Cl. Druſii edita à Cl. V. Habelo Curiandro magni Druſii b. m. genero digniſſimo.

HILARIVS.

Veritas, ſi arguatur falſi, ſe prodit apertiſſime.

Digitized by Google

I. DRVSII DE TRIBVS SECTIS IVDÆORVM,

LIB. I.

CAPVT PRIMVM.

Occaſio hujus ſcripti.

ANNUS eſt aut plus, cùm in lucem emitterem libellum meum de Haſidæis. Occaſionem dederat Nicolaus quidam Serarius, cui eo libentius reſpondi, quòd ſperarem hac ratione me ad inveſtigationem veri hominem, ut tunc exiſtimabam, ingenuum & doctum pellecturum. Sed fefellit me opinio mea. Nam & pertinaciter tuetur errores ſuos, ut mos eſt illius ordinis, & ita reſcribit ut videatur mihi admonitione mea non parum offenſus fuiſſe. Liber ejus, quem Trihæreſium inſcripſit, ad me allatus fuit primùm in ipſo feſto Pentecoſtes. Anteà è catalogo nundinarum Francofurtenſium, titulo indice, tale quid editum eſſe didiceram. Vt legi, diu deliberavi an mihi reſcribendum eſſet. Nam homo phariſaico faſtu tumens videbatur negligendus, & veritati, quæ hîc laborabat, non erat patrocinium denegandum. Tandem placuit hæc ſententia, ut neque nihil reſponderem, neque tamen accuratè reſponderem, cùm bonas horas alibi utiliùs collocare liceat. Viſum quoque fuit ſcribere de tribus ſectis Iudæorum, ne meus hic labor omnino infructuoſus eſſet. Nam ſi tantùm Serario reſpondiſſem, quis fructus? At aliquis ex hac ſcriptione,

Pagina 1. Edit. primæ quæ erat in 8. & ſic porro eas notari curavimus ob cauſas in Præfat. noſtra indicatas.

Pagina 2. Edit. primæ

quam

quam vides. Capite primo ait ſibi reprehenſionem meam non ingratam fuiſſe. Si hoc ita eſt, cur emiſit ſcriptum odij ac livoris in me plenum; ut meritò in eum competat illud Salomonis, *Argue ſtultum & oderit te.* Quòd autem ſubjicit reprehenſionem meam pœnè totam de unico Ioſephi Gorionidis verbulo, deque ſyllabæ unius ſcriptiuncula eſſe, in eo vehementer hallucinatur. Siquidem quæſtio mihi cum illo duplex. Prior eſt de loco Gorionidis, utrum videlicet capite vigeſimo nono tres ſectæ memorentur, an duæ tantùm, hoc eſt, an per Haſidæos ibi ſignificentur Heſſæi an Phariſæi? Poſterior eſt quodnam genus Iudæorum per Haſidæos in libris Machabæorum intelligendum ſit. Hanc quæſtionem ſi putat levem eſſe, mirum hactenus ab interpretibus ignoratam, ab ipſo Serario viro tam gravi non explicatam. De ſcriptura nominis Haſidæus obiter inſerui, cùm abs eo provocatus eſſem, qui nihil referre putat Haſidæus an Aſidæus ſcribatur. Quod perinde eſt, ac ſi quis nihil intereſſe dicat Hæreticus quis ſcribat an Aereticus, hominem an ominem. Sed de hac re poſteà. De titulo Trihæreſium nihil dico, cùm ille mētem ſuam ſatis explicarit. Hoc tantùm, hæreſis vocabulum quod fuit olim μέζον, nunc tantùm in vitio poni. Vnde colligere aliquis poſſet, cùm Phariſæi fuerint hæretici, etiam Serarium hęreticum eſſe, ſucceſſorem Phariſæorum, juxta Catholicum Genebrardum.

Cap. 2.

An ſectæ in Iudæis tres fuerint, & quomodo eæ appellatæ.

Capite tertio ſectas Iudæorum tres eſſe ex Ioſepho & aliis probat Serarius. De quo nulla mihi cum illo contro-

controverſia. Fingit tamen me patronum eſſe numeri binarii. In quo imitatur eos, qui cùm cauſſæ bonitate deſtituuntur, gravant adverſarium calumniis, & affingunt ei ſententiam, de qua nunquam cogitavit. Has ſectas Ioſephus *αἱρέσεις* vocat Ant. hiſtor. lib. 14. cap. 9. & φιλοσοφίας l. 18. c. 2. Hieronymus, *dogmata*: Abraham Zachuth Salmanticenſis כתות cujus ſingularis כת ſecta, cœtus, caterva: item *τάγμα* id eſt, ordo, collegium. Sanè duo collegia Heſſenorum, de conjugio inter ſe diſſidentium, quæ Ioſephus *τάγματα* vocat, dictus Abraham כתות appellat. Locus Hiero. habetur in ſecundo adverſus Iovinianum *Ioſephus*, inquit *in ſecundo Iudaicæ captivitatis hiſtoriæ, & in octavo decimo Antiquitatum* * *libro, & contra Appionem voluminibus tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſæos, Saducæos, Eſſenos.* Cui concinit autor regulæ Monachorum, quæ inter opera Hieronymi, ita ſcribens, *Ioſephus in ſecunda Iudaicæ captivitatis hiſtoria, & in 18. Antiquitatum libro tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſæos, Saducæos, Eſſæos.* Poſſent etiam dici חלקים partes. Nam חלק pars, ſecta, i, *μέρος* Act. 23. 6. & אומות nationes. Certè in Aboth apud commentatores, ubi de Saducæis, *Facti ſunt natio per ſe* אומה לעצמן. *Natio Saducæorum* ut *natio Grammaticorum* &c. Sciendum vero interpretes nuperos viros doctos vocabulum *αἱρέσεως*, cùm in bonam partem accipitur, ſectam interpretari: cùm in malam partem, hæreſin. Contra vetus interpres hæreſin & pro ſecta uſurpat, ut cùm nominat hæreſin Phariſæorum Act. 15. 5. & cum ait, *ſectam quam dicunt hæreſin.* 24. 14. Quo ſignificatu Hiero. accepit Matth. 22. *Duæ hæreſes erant in Iudæis una Phariſæorum, altera Saducæorum.* Ebræi propriè ſectam appellant כת ut diximus, & hæreſin מינות unde מינים hæretici, & ab eo Minæus,

G id eſt

* Eadem habentur in Hieron adverſus Iovinianum lib. 2. cap 9. & contra Appionem duobus volumi-
5
nibus, tria deſcribit dogmata Iudæorum, Pha. Sad. Eſſenos: quorũ noviſſimos miris effert laudibus quod & ab uxoribus, & vino & carnibus ſemper abſtinuerint, & quotidianum jejunium verterint in naturã. Super quorum vita & Philo vir doctiſſimus proprium
6
volumen edidit.

id eſt מיבי. Secta etiam in Actis ἡ ὁδὸς, id eſt Via vocatur & in Iucha. מנהג, id eſt, mos, conſuetudo.

CAP. III.

An plures fuerint quàm tres, ibidemque de Herodianis, quorum memoria uſurpatur in Euangelio.

QVi duas memorat hæreſes, ut Hiero. in loco citato, non negat tres eſſe, & qui tres recenſet, non negat plures eſſe. Quæritur igitur an plures fuerint quàm tres. Nam quartæ meminit Ioſephus *; cujus autor Iudas Galilæus extiterit. Quatuor ergo fuerunt poſt natum Chriſtum. Quidam ſeptem, alii octo, alii undecim, alii denique ſectas numerant viginti octo, ut Philaſtrius in libro de hæreſibus. Reſpondeo è ſectarum numero eximi, etiam ab ipſo Serario, primum omnes idololatras quales erant Baalitæ, Solicolæ, Aſtaritæ, &c. deinde Samaritanos & Herodianos. Quanquam de his ambigi poteſt. Nam ſi Herodem Chriſtum eſſe credebant patribus promiſſum, tum certe hæreſis erat peſſima: ſi vero milites Herodis ita vocabant, nulla cauſa eſt cur inter ſectas referantur. Videndi ſunt Epiphanius, Tertullianus, Hieronymus, Theophylactus & alii. Quibus addo quod commentator vetus in Perſium, Satyr. 5. ad locum,

at cum

Herodis venere dies, unctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ
Portantes violas, rubrumq́, amplexa catinum
Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino:
Labra moves tacitus, recutitáque ſabbatha palles.

his verbis annotavit,

Herodes apud Iudæos regnavit temporibus Auguſti in partibus Syriæ. Herodiani ergo diem natalem Herodis obſervant, ut

etiam

* Etiam Zonaras pag. 189. Quarta ſecta cum Phariſæis cætera conſentit, &c. Qui tamen vocantur hæretici ab Ebræis .i. מינים ut in Pheſictha 89. 4. אלו המינים שעובדים עבודה זרה.

7 Herodiani Herodem regem ſuſcepere pro Chriſto. Hieron. adverſus Luciferianos, ca. 8. Zonaras τοὺς τὰ ἡρώδου φρονοῦντας 108. quos Wolfius interpres Herodianos.

etiam ſabbatha: quo die lucernas accenſas & violis coronatas in feneſtris ponunt. In monumentis doctorum aliquoties mentio Baithuſæorum, qui cùm Saducæis diverſam familiam conſtituebant, non ſectam. Vnam enim certè amborum hæreſis erat. De Haſidæis mox. Tubienos in ſocietatem coiviſſe, ac proinde ad ſodalitia pertinere 8
putat vir magnus, cui non contradico. Reſtant ſcribæ, quos nonnulli inter ſectas recenſent: male. Nam non eſt ſectæ nomen, ſed muneris. Hi alibi *νομικοὶ καὶ νομοδιδάσκαλοι* vocantur, id eſt, legiſperiti & legum doctores. Erant enim, ut apparet, legis interpretes.

appellat. οἱ ἡρώδου ἡττήθησαν: Herodiani victi ſunt 193. de Herodis tetrarchæ militibus.

CAP. 4.

Loca quædam & argumenta Serarij producta & confutata.

Ponam nunc verba Serarii è cap. v.

SI ut ſoli reſponderem Druſio mihi propoſitum eſſet, nihil profectò eſſet cur de retinendo, quem cap. 3. aſſerui, ſectarum Iudaicarum numero laborarem. Quo enim major harum eſſet numerus, eo magis obrueretur Druſius, dum ut [illegible] dicam, earum tantummodo binarium vult. Si me obruet ruina binarium, quid fiet Serario ternario? An ſperat ſe poſſe evadere? Ego certè illi valde metuo. Nam mihi nihil eſt periculi, qui binarium jam ejuravi, cum ipſe apertè tueatur ternarium, à numero 35. de facili opprimendum. *Dum de judaicorum hæreſeon numero agitur, eæ ſolæ ſpectantur, quæ ante Chriſtum Dominum fuerunt: ideoquè* 9
hinc Herodiani omnino ſemovendi ſunt. Quid audio? Herodiani non fuerunt ante Chriſtum? Quo argumento id probas? Nam Chriſti tempore fuiſſe certum eſt, neque conſtat quando cœperint, cùm Chriſtus natus ſit ſub Herode

doretus & alii. Audiamus nunc Eraſmum de hac re ſic ſcribentem epiſtola ad Henricum Bovillum, Sed indignum ſe judicant ad iſtas Grammaticorum minutias deſcendere (ſic enim vocare ſolent eos qui bonas didicere litteras, atrox eſſe convicium exiſtimantes Grammatici nomen) quaſi vero laudi vertendum ſit Theologo, ſi Grammaticen neſciat. Non facit Theologum ſola Grammatices cognitio: at multo minus Theologum facit ignorata Grammatica. Certè conducit ad Theologiæ cognitionem hujus diſciplinæ peritia, officit imperitia. Neque negari poteſt Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, quorum authoritate potiſſimum res Theologica nititur, ex hoc Grammaticorum ordine fuiſſe. Quandoquidem id temporis nec Ariſtoteles etiamnum in Theologorum ſcholas erat receptus, & hæc philoſophia, qua nunc in ſcholis utuntur, nondum erat nata; *Et epiſtola de vita Origenis*, Grammatices profeſſio olim ſenile & arduum erat negotium. Nec enim à doctore tantum exſpectabatur declinationum, conjugationum, & conſtructionum ratio: ſed præter ſermonis elegantiam, præter plurimorum autorum lectionem, præter antiquitatis & omnium hiſtoriarum peritiam; requirebatur Poëtices, Rhetorices, Dialectices, Arithmetices & Coſmographiæ Muſiceſque cognitio: minore negotio tres juris doctores abſolveris, quam unum Grammaticum, qualis fuit Ariſtarchus apud Græcos, apud Latinos Servius ac Donatus. *Hactenus ille. Quod reliquum eſt, lib. 1. cap. 18. Trihæreſii tui vocas me ad arbitrium eorum, quos mihi deligere libuerit: En tibi igitur judicium Scaligeri, viri (cum venia cumque pace tua dictum hoc ſit) ſummo judicio præditi, linguarumq́ Orientalium callentiſſimi, &, quod caput eſt, in hiſtoria harum rerum, de quibus inter nos contentio eſt, ita verſati, ut*

parem

parem in Europa neminem habeat. Iudicium dico, non emendicatum (ipſe teſtabitur) ſed ultro & ſponte oblatum: in quo ſi acquieſcis, bene eſt: ſin, audi quid Lipſius veſter ad illum & de illo ſcripſerit,

Iuſtus Lipſius Ioſepho Scaligero Iulij filio.

Quà de me erant literas tuas Plantinus mihi legit & amicas valde & honeſtas. Atque in amore quidem tuo gaudeo: in judicio triumpho, quia (vere & ex animo) ſi quiſquam eſt proborum, cui probari me meaque velim, is tu es inter probiſſimos primus. *Et mox*, Aquila in nubibus, quod Græci dicunt, vere tu es: vides, imo pervides omnia, & quicquid venaris capis.

Idem epiſt. XIII ad Lernutium.

Sed quis Polydamas auſit illum Hectorem? qui diis hominibuſque faventibus tenet profecto & tenebit hoc regnum. Itali eum qui dejiciant? ſilent.

Et ad Berchemium.

Scaligeri ad Auſonium en tibi. O virum? ô filium à patre magno magnum!

Merito cui doctior orbis
Submiſſis defert faſcibus imperium.

Enim vero ille unus eſt quem miramur, quem æmulamur: imo, ne mentiar, cui invidemus. Felicem Galliam hoc ſole: cujus claritas non ad eos ſolum qui nunc ſunt, ſed ad poſteros diffundetur, quamdiu quidem erit in terris nomen litterarum.

Idem in alia quadam epiſtola.

Scaligeri ingenium grande & capax, diffuſum per omnes artes. Mirificus ille vir eſt, & quem Homeri verbis jure appelles δαίφρονα ποικιλομήτην.

Et rurſus ad ipſum Scaligerum.

Nam de me quid dicam? ita maneant aut fiant mihi

quæ optem, ut tu & tua mihi ſemper magna, nec affectum & judicium illud muto. *Et*, Poliorcetica brevi ad te mittam non legenda ſolum, ſed cenſenda. Quæſo facito: te judice placebit pænè ipſum damnari.

Quæ adduxi ut ſcires qualis quantuſque vir ſit Scaliger à quo vinci tibi non erit inglorium. Vt lancem videmus in libra ponderibus impoſitis deprimi, ſic animum perſpicuis cedere neceſſe eſt. Pro clauſula iterum à te peto, ſiquid in libris meis heterodoxum me in tempore, dum adhuc in vivis ſum, admoneas. Quia vero ſcribis te id facere non poſſe niſi libros meos omnes habeas, en tibi catalogum, ut eos quos non habes, ſi velis, compares tibi Francofurti, ubi venales ſunt.

In Batavia ſcripſi

Fragmenta veterum interpretum Græcorum in Pſalmos Davidis.

Commentarium ad voces Ebraicas novi teſtamenti. Vtrumque opus Plantinus excudit Antuerpiæ.

Quæſtionum & reſponſionum libros tres.

Animadverſionum libros duos.

Patius edidit Lugd. Bat.

In Friſia ſcripſi

Notas in Grammaticen Ebraicam Clenardi, quas excudit F. Raphelengius pater, Lugd. Bat. an. 1589.

Obſervationum libros ſedecim.

Miſcellaneorum centurias duas.

Commentarium in hiſtoriam Ruth, cui additus eſt libellus, An Ruben Mandragoras invenerit.

Annotationes in Eſtheram.

Proverbiorum Sacrorum claſſes duas.

Parallela τ̃ ἁγίας γραφῆς.

Apoph-

Digitized by Google

Apophthegmata Ebræorum & Arabum.
Alphabetum Ebraicum vetus, &c.

Hos Radæus impreſſit partim Antuerp., partim Franequeræ.

De litteris ſervilibus libros duos.

Lectiones in { *Hoſeam, Ioelem, Amos, Ionam, Abdiam, Nahum, Habacuc, Sophoniam.* }

Prodierunt Lugd. Bat. ex officina Plantiniana apud Chriſtophorum Raphelengium.

Proverbia Ben. Siræ nepotis Ieremiæ prophetæ: item Adag. Thalmudica, &c.
Caſtigationes in Tobiam.
Caſtigationes in Ieſum Sirach.
Grammaticam Chaldaicam.
Caſtigationes in librum Haſamonæorum; qui vulgo Prior Machabæorum.
Quæſita per epiſtolam.

Libellum { *de Haſidæis,* *de nomine Elohim,* περὶ τοῦ τετραγραμ. ὀνόματος. }

De tribus ſectis Iudæorum, libros quatuor.
Hos omnes Radæus vulgavit Franekeræ.

Poſtea hæc edidit. Reſp. ad Minerval Serrarii: Hiſtoriam ſacr. Sulp. Severi cum comment. Opuſcula Grammaticalia Grãm. Ebr. Annot. ſeu præteritorum in N. T. libros decẽ. Librum de Henoch Comment. duplicem ad

Reſtat ut me excuſem de civilitate qua uſus ſum in te hominem maledicum. Nam hanc non nemo culpabit, ſcio: qui è dignitate mea fuiſſe cenſebit, ſi te malleum Grammaticorum, ſerram Novatorum ita ut commeritus es, accepiſſem. Quod profecto feciſſem ſi non mei rationem majorem habuiſſem. Non quid te, ſed quid me decuit, ſpectavi. Vrbanatim tetigi, alius ruſticatim tanget. Non omnib. eadem conveniunt. Reſponde ſtulto, *inquit Sophus*, ſecundum ſtultitiam ipſius

ipſius, ne ſibi videatur ſapere. *Id feci. Mox idem ait*, Ne reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ipſius, ne ſimilis ei ſis. *Et hoc quoque feci; Stolidos animi impetus, quos in me Grammaticum evomuiſti plane neglexi, ac ſi nihil illi ad me pertinerent. Quis enim ſapiens movetur maledictis? Quis ſanus recalcitare velit ſi eum aſinus prætereuntem calcibus feriat? Non ego ſane: qui etiam* λοιδορούμενος *nolui* ἀντιλοιδορεῖν. *Nam quis fructus fuiſſet hujus certaminis. Conjicit ſcurra quiſpiam in me lutum. an ego talionem reddam & ſcurrile prælium cum eo præliabor? Non faciam. Satis mihi ſi lutum abſterſero ne quid adhæreat quod veſtes commaculet. Sed finio & ſimul opto tibi ut ſolidiorem doctrinam, ita meliorem mentem & animum vere Chriſtianum, Sic mihi Deus faciat, ſic addat: cui laus & gloria in ſempiternum.*

HILARIUS.

Veritas, ſi arguatur falſi, ſe prodit apertiſſime.

voces Ebr. N.T. & Annot. partem alteram. *Poſthuma* Comment. ad loca difficiliora Moſis, Ioſuæ Iud. & 1. Samuelis. Et jā ſub prælo ſudant: Fragmenta Veterum Interpretum Græcorum in totum V. T. ab ipſo magno labore collecta, Verſa & notis illuſtrata. Cætera quæ inedita reliquit videre eſt in Vita Cl. Druſii edita à Cl. V. Habelo Curiandro magni Druſii b. m. genero digniſſimo.

Digitized by Google

I. DRVSII
DE
TRIBVS SECTIS IVDÆORVM,
LIB. I.
CAPVT PRIMVM.
Occaſio hujus ſcripti.

ANnus eſt aut plus, cùm in lucem emitterem libellum meum de Haſidæis. Occaſionem dederat Nicolaus quidam Serarius, cui eo libentius reſpondi, quòd ſperarem hac ratione me ad inveſtigationem veri hominem, ut tunc exiſtimabam, ingenuum & doctum pellecturum. Sed fefellit me opinio mea. Nam & pertinaciter tuetur errores ſuos, ut mos eſt illius ordinis, & ita reſcribit ut videatur mihi admonitione mea non parum offenſus fuiſſe. Liber ejus, quem Trihæreſium inſcripſit, ad me allatus fuit primùm in ipſo feſto Pentecoſtes. Anteà è catalogo nundinarum Francofurtenſium, titulo indice, tale quid editum eſſe didiceram. Vt legi, diu deliberavi an mihi reſcribendum eſſet. Nam homo phariſaico faſtu tumens videbatur negligendus, & veritati, quæ hîc laborabat, non erat patrocinium denegandum. Tandem placuit hæc ſententia, ut neque nihil reſponderem, neque tamen accuratè reſponderem, cùm bonas horas alibi utiliùs collocare liceat. Viſum quoque fuit ſcribere de tribus ſectis Iudæorum, ne meus hic labor omnino infructuoſus eſſet. Nam ſi tantùm Serario reſpondiſſem, quis fructus? At aliquis ex hac ſcriptione, quam

Pagina 1. Edit. primæ quæ erat in 8. & ſic porro eas notari curavimus ob cauſas in Præfat. noſtra indicatas.

Pagina 2. Edit. primæ

quam vides. Capite primo ait ſibi reprehenſionem meam non ingratam fuiſſe. Si hoc ita eſt, cur emiſit ſcriptum odii ac livoris in me plenum; ut meritò in eum competat illud Salomonis, *Argue ſtultum & oderit te.* Quòd autem ſubjicit reprehenſionem meam pœnè totam de unico Ioſephi Gorionidis verbulo, deque ſyllabæ unius ſcriptiuncula eſſe, in eo vehementer hallucinatur. Siquidem quæſtio mihi cum illo duplex. Prior eſt de loco Gorionidis, utrum videlicet capite vigeſimo nono tres ſectæ memorentur, an duæ tantùm, hoc eſt, an per Haſidæos ibi ſignificentur Heſſæi an Phariſæi? Poſterior eſt quodnam genus Iudæorum per Haſidæos in libris Machabæorum intelligendum ſit. Hanc quæſtionem ſi putat levem eſſe, mirum hactenus ab interpretibus ignoratam, ab ipſo Serario viro tam gravi non explicatam. De ſcriptura nominis Haſidæus obiter inſerui, cùm abs eo provocatus eſſem, qui nihil referre putat Haſidæus an Aſidæus ſcribatur. Quod perinde eſt, ac ſi quis nihil intereſſe dicat Hæreticus quis ſcribat an Aereticus, hominem an ominem. Sed de hac re poſteà. De titulo Trihæreſium nihil dico, cùm ille mẽtem ſuam ſatis explicarit. Hoc tantùm, hæreſis vocabulum quod fuit olim μέσον, nunc tantùm in vitio poni. Vnde colligere aliquis poſſet, cùm Phariſæi fuerint hæretici, etiam Serarium hereticum eſſe, ſucceſſorem Phariſæorum, juxta Catholicum Genebrardum.

CAP. 2.

An ſectæ in Iudæis tres fuerint, & quomodo eæ appellatæ.

CApite tertio ſectas Iudæorum tres eſſe ex Ioſepho & aliis probat Serarius. De quo nulla mihi cum illo contro-

controverſia. Fingit tamen me patronum eſſe numeri binarii. In quo imitatur eos, qui cùm cauſſæ bonitate deſtituuntur, gravant adverſarium calumniis, & affingunt ei ſententiam, de qua nunquam cogitavit. Has ſectas Ioſephus *αἱρέσεις* vocat Ant. hiſtor. lib. 14. cap. 9. & *φιλοσοφίας* l. 18. c. 2. Hieronymus, *dogmata*: Abraham Zachuth Salmanticenſis כתות cujus ſingularis כת ſecta, coetus, caterva: item *τάγμα* id eſt, ordo, collegium. Sane duo collegia Heſſenorum, de conjugio inter ſe diſſidentium, quæ Ioſephus *τάγματα* vocat, dictus Abraham כתות appellat. Locus Hiero. habetur in ſecundo adverſus Iovinianum *Ioſephus*, inquit *in ſecundo Iudaicæ captivitatis hiſtoriæ, & in octavo decimo Antiquitatum* libro, & contra Appionem voluminibus tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſæos, Saducæos, Eſſenos.* Cui concinit autor regulæ Monachorum, quæ inter opera Hieronymi, ita ſcribens, *Ioſephus in ſecunda Iudaicæ captivitatis hiſtoria, & in 18. Antiquitatum libro tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſæos, Saducæos, Eſſæos.* Poſſent etiam dici חלקים partes. Nam חלק pars, ſecta, i, *μέρος* Act. 23. 6. & אומות nationes. Certè in Aboth apud commentatores, ubi de Saducæis, *Facti ſunt natio per ſe* אומה לעצמן. *Natio Saducæorum* ut *natio Grammaticorum* &c. Sciendum vero interpretes nuperos viros doctos vocabulum *αἱρέσεως*, cùm in bonam partem accipitur, ſectam interpretari: cùm in malam partem, hæreſin. Contra vetus interpres hæreſin & pro ſecta uſurpat, ut cùm nominat hæreſin Phariſæorum Act. 15. 5. & cum ait, *ſectam quam dicunt hæreſin.* 24. 14. Quo ſignificatu Hiero. accepit Matth. 22. *Duæ hæreſes erant in Iudæis una Phariſæorum, altera Saducæorum.* Ebræi propriè ſectam appellant כת ut diximus, & hæreſin מינות unde מינים hæretici, & ab eo Minæus,

* Eadem habentur in Hieron. adverſus Iovinianum lib. 2. cap. 9. & contra Apionem duobus volumi- 5 nibus, tria deſcribit dogmata Iudæorum, Pha. Sad. Eſſenos: quorũ noviſſimos miris efferre laudibus quod & ab uxoribus, & vino & carnibus ſemper abſtinuerint, & quotidianũ jejunium verterint in naturã. Super quorum vita & Philo vir doctiſſimus proprium 6 volumen edidit.

etiam ſabbatha: quo die lucernas accenſas & violis coronatas
in feneſtris ponunt. In monumentis doctorum aliquoties
mentio Baithuſæorum, qui cùm Saducæis diverſam
familiam conſtituebant, non ſectam. Vnam enim certè
amborum hæreſis erat. De Haſidæis mox. Tubienos in
ſocietatem coiviſſe, ac proinde ad ſodalitia pertinere 8
putat vir magnus, cui non contradico. Reſtant ſcribæ,
quos nonnulli inter ſectas recenſent: male. Nam non eſt
ſectæ nomen, ſed muneris. Hi alibi *νομικοὶ καὶ νομοδιδά-*
σκαλοι vocantur, id eſt, legiſperiti & legum doctores.
Erant enim, ut apparet, legis interpretes.

appellat. οἱ ἡρώδου ἡττήθησαν: Herodiani victi ſunt 193. de Herodis tetrarchæ militibus.

Cap. 4.

Loca quædam & argumenta Serarij producta & confutata.

Ponam nunc verba Serarii è cap. v.

SI ut ſoli reſponderem Druſio mihi propoſitum eſſet, nihil
profecto eſſet cur de retinendo, quem cap. 3. aſſerui, ſecta-
rum Iudaicarum numero laborarem. Quo enim major harum
eſſet numerus, eo magis obrueretur Druſius, dum ut noſtra
dicam, earum tantummodo binarium vult. Si me obruet
ruina binarium, quid fiet Serario ternario? An ſperat ſe
poſſe evadere? Ego certè illi valde metuo. Nam mihi
nihil eſt periculi, qui binarium jam ejuravi, cum ipſe
apertè tueatur ternarium, à numero 35. de facili oppri-
mendum. *Dum de judaicorum hæreſeon numero agitur, eæ* 9
ſolæ ſpectantur, quæ ante Chriſtum Dominum fuerunt: ideoquè
hinc Herodiani omnino ſemovendi ſunt. Quid audio? Hero-
diani non fuerunt ante Chriſtum? Quo argumento id
probas? Nam Chriſti tempore fuiſſe certum eſt, neque
conſtat quando cœperint, cùm Chriſtus natus ſit ſub

 Herode

Digitized by Google

dici, non tamen inde ſequitur ſemper hoc fieri, cum etiam Hyrcanum regem, quo tempore adhuc Phariſæus erat, vocet Haſid, id eſt, ſanctum aut Haſidæum. 11

2. *Diſertis verbis l. 4 c. 6. in editione Baſil. dum è tribus enumeratis ſectis duæ, quæ Phariſæorum & Saducæorum ſunt, recenſitæ fuiſſent, ſubdit Gorionides* והחסידים חלק אחר *id eſt, Haſidæi pars ſive ſecta alia fuit.* Suſpicor hunc ipſum locum eſſe, de quo inter nos controverſia eſt. Si vera ſuſpicio mea, errat tota via, imo toto cælo Serarius. Quod è ſequentibus clareſcet.

3. *Quæ paulo ante de Haſidæis allata ſunt; ea in Heſſenos optimè conveniunt; cum & vitæ ſanctimonia, & divinarum rerum ſcientia ac meditatione præſtarent, ipſoſque Phariſæos & Saducæos autoritate ſuperarent, quemadmodum loco jam citato explicat Ioſephus copioſiſſimè.*

Quem locum Ioſephi deſignet, neſcio. Hæc omnia mihi ſuſpecta ſunt. Nam apud populum ſumma erat autoritas Phariſæorum, quod alias ex Ioſepho demonſtratum eſt.

4. *Hæc etiam in Chronologia Genebrardo probata ſententia & Scaligero lib. 6. fol. 503. Cum enim Eſſæos* ἀπὸ τῆς ὁσιότητος 12 *nomen ducere dixiſſet, ſubjicit, & quæ alia fuit præter* חסיד *.i.* ὅσιος *ſanctus? Unde manifeſtè Græcum derivatum* חסידותא *id eſt;* ὁσιότης, *ſanctitas. Itaque potius aſpiratè ſcribendum* ἑσσαῖοι, *ut quidam Græci codices habent.*

Hæc non plene probant quod vult Serarius. Nam ut concedamus Heſſæos dictos à ſanctitate, non tamen inde ſequitur Haſidim Heſſæos eſſe. Nam etiam Scaliger hos ab illis diſcriminat. Idem mihi coram confirmavit ſe non dubitare quin Haſidæus nomen ſit confraternitatis.

Digitized by Google

adeo initium Heſſæorum apud Ebræos incertum eſt. Nam qui ex Rechabitis ortos cenſent præter Suidam, aut ex Cinæis præter Serarium neminem alium novi. Quòd temere dicitur, temere negari poteſt.

Cap. 6.

An initio duæ tantum ſectæ fuerint.

SCripſeram liquere ex hiſtoria initio duas tantùm ſectas fuiſſe. Hîc pueriliter admodum exultat, imo inſultat & inequitat mihi Serarius, *Et ſi de me*, inquit, *ſi de lectore antiquitatis veritatiſque cupido mereri benè, ut præ te fers, vis, mi Druſi, age vel unum nomina hiſtoricum, qui hoc affirmet unum aliquem vel Ebræum vel Græcum Latinúmque ſcriptorem, in quo iſtud legi poſſit, nobis ede. Cur* 15
tacuiſti? Cur in minutioribus minuſque neceſſariis rebus tam facundus, in hac, quæ magnæ opinationis tuæ tibicen ac fulcrum eſſe potuit adeo es mutus, elinguis, inteſtabilis? nimirum nullus tibi ſuppeditabat, nullus qui hoc aſſeveraret abs te lectus vel auditus. Et tamen, liquet, ais. Os impudens. Túne auſus hæc ſcribere me vivo? Frons an memoria tibi deeſt, an utraque? ſed uno verbo. Legiſtine quæ ſcripſi pag. 39. libelli mei de Haſidæis? ſi legiſti, cur callide diſſimulas? Et vero legiſti. Ipſe prodis & clamas pag. 141. *Baithos*, inquis, *vel Baithus à Druſio fol. 28 Boëthus vocatus. Quam rectè deſino quære.* Ecce legiſti paginam illam, & malitia tua inſignis eſt, quæ ibidem ſcripta ſunt, non ſcripta eſſe dicere. Sciendum ergo liquere ex hiſtoria Ebraica hæreſin initium ſumpſiſſe ſub Antigono Sochæo, altera ætate poſt Alexandrum (ſi modo Simeon Iuſtus occurrit Alexandro) cum Sadoc & Baithos ſeceſſionem feciſſent ab Eccleſia Ieroſolymitana. Ante ſciſma erat in

centiores eſſe. Quam opinationem nondum mihi exemiſti. Quod vocem ἀρχαίου ſpectat, uſus eſt ea Chriſtus Matth. 5. *Audiſtis dictum eſſe* τοῖς ἀρχαίοις: quod exponunt ὑπὸ τῶν ἀρχαίων *ab antiquis*. Quinam ſunt hi ἀρχαῖοι An Moſes & Prophetæ? non malè ſentiunt, meo judicio, qui appendices Scribarum & & Phariſæorum innui 18
cenſent, qualis eſt hæc, *odio habebis inimicum tuum*. Nam lex hoc nuſquam præcipit. Sequitur in Serario, *Neq; enim cum Druſio ait is* (Hieron. intelligit) *duæ tantùm hæreſes erant in Iudæa.* Vbi Druſius hoc ait? Si hoc non eſt liquidè fumos vendere, cucurbitam pingere, lectorem ludum habere, quid quæſo eſt? Nam ut hoc ſimpliciter & abſolute ita dicerem ne per ſomnium quidem unquam mihi in mentem venit. Mera ergo Serarii calumnia eſt, quem imitari in eo mihi ἀδύνατον, quippe qui artem illam non didicerim, nec diſcere unquam voluerim: in qua quo quis excellit magis, eo magis accedit ad eum, qui nomen accepit, non à ſcorto, non a temeto, ſed à verbo Græco διαβάλλεσθαι.

CAP. 7.

An duas tantùm Iudaicas ſectas Gorionides adſtruat.

EST *hæc* inquit Serarius, *potiſſima de qua mecum litigat Ioh. Druſius controverſia.* Itáne? quid ſi hoc negem? Nam nulla mihi de hac re tecum controverſia. Nec uſquam ſcripſi Gorionidem duas tantùm ſectas, 19
adſtruere. Quid igitur? verba mea ſunt, *mens Gorionidis te fugit, qui duas tantùm ibi ſectas commemorat.* Aliud eſt duas tantùm ſectas commemorare, aliud duas tantùm adſtruere. Nam & in novo fœdere tantùm duæ commemorantur. Hoc primum: deinde non dixi ſimpliciter,

duas tantùm ibi commemorat, videlicet cap. 29. de quo inter nos controvertitur. In Dialectica vitium eſt (ita docuerunt me ſophiſtæ Lovanienſes) ſi quis argumentetur a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Argumentum igitur Serarii, ſi cum verbis meis conferatur, tale eſt: Gorionides duas tantum ſectas memorat, ergo duas tantum adſtruit: ut ſi quis dicat, Euangeliſtæ duas tantum adſtruunt. Si hęc valet conſequentia, tum profectò cecidit cauſſa Serarius cum ſuo ternario, niſi dicamus plus fidei habendum eſſe Ioſepho quàm Euangeliſtis. Pergit Ieſuita, & tuetur verſionem ſuam, *ſejuncti*
20 *ab iſtis*, dicendo idem eſſe cum mea *ſoli ipſi*; quod proprie ſonat לבדם. Quo declarat ſe nondum mentem Gorionidis probe aſſecutum eſſe. Nam vox (*ſoli*) non refertur ad Phariſæos & Saducæos, ut vult Serarius: ſed ad Chuthæos ſive Samaritanos, qui Saducęos ſequebantur. Phariſæi autem ſoli erant cum populo. Iam verò לבדם non ſignificat *ſeorſim ab iſtis*, quod Ebraice potius dicetur מלבדם, vel certe לבד מהם, ut anteà monuimus: ſed *ſoli ipſi*, ut pariter mecum ſciunt qui hanc linguam callent. Fateor quidem לְבַד cum abſolute ponitur, ſeorſim denotare: ſed hoc nihil aut parum juvat Serarium, niſi etiam probet cum pronomine idem deſignare. Intelligentes intelligunt quid velim. Arbitrium eſto penes doctos. Nam vulgus de his judicare non poteſt; Morus ergo ſi hunc moror. Sequens argumentum, quod e Gorionide ſumit, nimis inſulſum eſt, *Gorionides non dicit, Haſidæi hi ſunt Phariſæi, ergo*, &c. Quid ſi alius hoc diceret? ne longe abeam, ecce liber Iuchaſin in prooemio; *Haſi-*
21 *dæi ſunt ſapientes extra omnem controverſiam*. Confer hunc locum cum illo Gorionidis, *Sapientes Iſrael, hi ſunt Phariſæi*, & Serarium, qui equis albis invectus ante triumphabat,

phabat, nunc triumphari dices: Heu vices rerum. Eat nunc, & περὶ τῆς νίκης, diſcat ἐγκώμιον canere. Sequitur pag. 25. *Vel Gorionides duas tantùm Iudæorum ſectas eſſe vult, vel non. Si vult, pugnat cum Ioſepho Flavio: ſi non, tecum.*

Neque cum Flavio Ioſepho pugnat, neque mecum. Nam etiam Flavius in ea hiſtoria duas tantùm ſectas memorat. Tertiæ obiter duntaxat meminit per hæc verba, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τῶν δύο καὶ τῶν Ἐσσηνῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ μου τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀκριβῶς δεδηλώκαμεν. Quocirca nulla cauſa eſt cur propter me hos viros inter ſe committat Serarius. Neque ipſius etiam cauſa rixabuntur, ſcio, aut præliabuntur, qui ſe non intellectos ab eo ingenuè agnoſcunt. Vtinam ſimiliter agnoſceret errorem ſuum in re levicula Serarius.

Cap. 8.

An Gorionides idem ſit cum Flavio Ioſepho.

Ex dictis patet quæſtionem illam, quam Serarius capite nono tractat, prorſus otioſam ac ſuperfluam eſſe. Nam cùm neque ego neque Gorionides binarium numerum adſtruamus, quid aliud agit Serarius, quàm quod illi ſolent qui cum larva ſua luctantur, aut imaginarium ſtadium extruunt, in quo cum alio decurrant? Aliqua tamen in eo notanda. Nam quod ait pag. 28. *Matthiæ filium nihil Ebraicè, omnia Græcè ſcripſiſſe*, perſpicuè falſum eſt. Vide ſi placet, prologum ejus in libr. de bello Iudaico, ubi margo editionis Germanicæ, anni 88. *Ioſephus hiſtoriam hanc in Ebraica lingua anteà conſcripſit*: & exemplar Suffridi Petri, quod penes me, Ἰωσήπου ἱστορία ἑβραϊκή. Quæ notata ad locum. 22

Ἄτοπον οὖν ἡγησάμην περιιδεῖν πλαζομένην ἐπὶ τηλικούτοις

πράγμασι τὴν ἀλήθειαν, καὶ Πάρθους μὲν καὶ Βαβυλωνίους, Ἀράβων τε τοὺς πορρωτάτω, καὶ τὸ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῖν, Ἀδιαβηνούς τε γνῶναι διὰ τῆς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς ὅθεν τε ἤρξατο καὶ δι' ὅσων ἐχώρησε παθῶν ὁ πόλεμος καὶ ὅπως κατέστρεψεν. ἀγνοεῖν δὲ Ἕλληνας ταῦτα καὶ Ῥωμαίων τοὺς μὴ ἐπιστρατευσα-
23 *μένους, ἐντυγχάνοντας ἢ κολακείαις ἢ πλάσμασι.* Quò reſpexit & Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 9. cum ita ſcriberet; *τὴν δ' ἱστορίαν τοῦ καθ' αὐτὸν ῥωμαικοῦ πολέμου ἐν ἑπτὰ λόγοις, ἃ καὶ οὐ μόνον τῇ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίῳ φωνῇ παραδοῦναι αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖ.* Iam vero nihil obſtat quominus idem poſſit dici filius Gorionis, & Matthiæ, ſive quod idem, Matthathię; ut unum ſit familiæ nomen, & alterum patris. Sic R. David appellatur filius Ioſeph, & filius Kimchi ſive Camchi Sic Abraham ὁ σοφὸς dicitur filius Meir, & Abenezra, id eſt, filius Ezræ. Nam Aben, filius. Sanè Flavius Ioſephus in libro Iuchaſin vocatur, *Ioſeph filius Gorion magnus aut longus.* Et tollit omnem dubitationem locus qui eſt fol. 142. pag. 2. *Ioſeph filius Matthathiæ ſacerdos Aben-Gorion, id eſt, filius Gorion.* Ergo, inquiet aliquis, dicis Gorionidem eundem cum Ioſepho eſſe. Non ego hoc dico, ſed Ebræi. Quanquam ſi de nomine quæſtio eſt, nihil periculi ſi dicerem: ſi de libro, alia res eſt. Nam opus eſt, ita mihi videtur, planè ſup-
24 poſititium: quale fortean Ariſteæ de Lxx. interpretibus, & Beroſi, quem Annius Viterbienſis orbi obtruſit. Hujus meæ ſententiæ rationes habeo multas & graves, quas ſuo tempore producam. Sane verus Ioſephus eſſe non poteſt, cùm ecce illum citet fol. 44. col. 4. *Reliqua dictorum ac factorum Ionathæ nonne ſcripta ſunt in libro Ioſephi Gorionis filii ſacerdotis?* Idem fol. 14. col. 1. disertè ait ſe captum fuiſſe à Tito & Veſpaſiano. Vnde nec is eſſe poteſt, qui Ieroſolymæ præfectus Matthiæ filio, Gorio-

Samuel ſolem in Iuchaſin fol. 14. pag. 1. Ego, inquit, legi in Gorionide magno quod ille ſacerdos qui erat in diebus Alexandri vocatus fuerit עידך Iad dua ſacerdos. Vide illic.

Gorionis: Egeſippo, Curionis vel potius Gurionis filius dicitur: nec etiam Nicolaus Damaſcenus, quem in hiſtoria ſua laudat non ſemel Gorionides. Vt ut ſit, autor eſt recentior, neque ulla fides ei apud me, niſi ubi verum dicit, ac tunc etiam Ioſepho Græco præfertur. Vis exemplum? Gorionides narrat Herodem à Iohanne reprehenſum, quod fratris ſui Philippi uxorem retineret. Ioſephus Matthiæ hæc aliter refert. Nos Gorionidi potiùs accedimus, quia hæc ejus narratio conſentit cum hiſtoria Euangelica. Non ergo penitus ſcriptor iſte rejiciendus, præſertim cum ſtilum habeat elegantem, ut vel 25
hoc ſolo nomine legendus ſit adoleſcentibus φιλεβραίοις.

Cap. 9.

Defenſa verſio mea contra reprehenſiones Serarii.

CApite decimo meam oppugnat verſionem totis, ut ajunt, caſtris & tria peccata in ea recenſet. Primum eſt quòd verterim, *pii illi ſive Haſidai:* ſecundum quòd articulum expreſſerim per pronomen demonſtrativum *illi:* tertium quòd חלק אחר redderim *pars altera*, cum reddendum ſit, ipſius judicio, *pars alia.* Ad primum reſpondeo, cum ſynonyma ſint piii ſive ſancti & Haſidim, id eſt Haſidæi, non eſſe ullum peccatum, ut ſi quis dicat, *Dominum exercituum ſive Sabaot.* Nam idem utrumque ſignificat, niſi quòd alterum nomen eſt Latinum & alterum Ebraicum. Sed quare, inquis, non dicit, *Hi ſunt egregii ſive Phariſæi?* Quia Phariſæi, quod eſt nomen ſectæ, nuſquam vocantur egregii: eſt tamen ubi legas, *gerunt ſe pro ſanctis ſive Phariſæis. Similiter,* inquis, *cur num. 12. à Druſio non dicitur, erat è juſtis ſive Sa-* 26
ducæis? Inepte homo. Non te pudet tales quæſtiones

proponere? Si tacuiſſes, inquiebat ille, poëta fuiſſes: ſic tu mihi doctus eras ante librum hunc editum: in quo nimis turpiter prodis imperitiam tuam. Nam צדוקים non ſig. juſtos ut nec צדיקים Saducæos, Nec uſpiam Saducæi, quod ſciam, vocantur juſti, nec inde appellationem habent, ſed à Sadoco hæreſiarcha. De Haſidim alia ratio eſt cum ea vox appellative ſumatur in illo ipſo capite, ubi Hyrcanus vocatur Haſid, id eſt ſanctus vel Haſidæus. Qua de re cum antea te monuerim, miror cur hîc mutus ſis, cum in aliis nugis & titivilitiis, ut ipſe vocas, tam fueris vocalis. Neque novum eſt apud priſcos interpretes hoc modo retineri nomina appellativa Ebraica. Multis id exemplis probare poſſem, ſi opus eſſet. Alia mihi cauſa ita vertendi quia ſcilicet adhuc incertum, ſitne vox communis ibi Haſidim, an propria ſodalitii aut ordinis alicujus, in quo plurimi Pha-
27 riſæi erant. Sic in eodem capite, quo in loco Haſid vocatur, tam poteſt ea vox ibi ſanctum ſignificare, quam Haſidæum, cum fieri poſſit ut rex Phariſæus etiam Haſidæus fuerit, videlicet Phariſæus ſectâ & Haſidæus ordine vel ſocietate. Secundum peccatum tale eſt, ut me, ita me Deus amet, pudeat ipſius Serarii. Quis enim vel leviter tinctus his literis neſcit articulum quandoq; ἀναφορικὸν eſſe? Sed non ſemper eſt. Quid tum poſtea? Satis mihi ſi aliquando eſt. Doceat nunc Serarius, ſi poteſt, licet alibi demonſtrationem efficiat, tamen hîc non efficere. Nam hoc faciendum ei, qui velit alterum reprehendere propterea. Quod ſi alibi a me neglectus hic articulus, in cauſſa eſt quoniam ibi non eſt ἀναφορικός. Neque enim ubique eam vim habet. Iudicet nunc eruditus lector an ego autorem, quem interpretatus ſum, coëgerim ut quod volui diceret, & non quod ille voluit

voluit interpretatus ſim? Supereſt peccatum tertium, in quo nimis prodit inſcitiam ſuam Serarius, eadem ſemper oberrans chorda, & illud pro confeſſo ſumens, quod eſt τὸ κρινόμενον. Nam ſi de duabus ſermo eſt, op- 28
time vertit *pars altera*, cum ea vox uſurpetur etiam de una duarum partium, & אחר tam alterum denotet quam alium. Quæ hîc, quæſo, vafrities? quod ſi Heſſæorum ſectam innuere voluiſſet Gorionides, dixiſſet, meo animo, partem tertiam potius quam partem aliam. Erat ergo pars una Saduceorum, & altera Phariſæorum, quos populus ſectabatur, & qui primi erant inter Iudæos. Ad hæc argumenta cur tacuiſti, Serari? Nam triumphare non potes, niſi probaveris etiam populum ſecutum eſſe Heſſenos primos Iudæorum, quod certe in æternum non facies. Liquet ergo bene me reddidiſſe verba Gorionidis, & male a te reprehenſum, qui prave vafreque, ne dicam imperite, ad tuam ipſius opinationem verba illa detorſiſti.

CAP. 10.

Quod duobus modis uſurpetur vox Haſidim apud Gorionis filium.

DVobus modis uſurpatur vocabulum Haſidim apud Gorionidem, late, anguſte. Late ſumitur cum
alibi, tum fol. 11. col. 1. Vbi narrat Manaſſen ſacer- 29
dotem fratrem Ladduæ uxorem alienigenam, quam duxerat, expellere noluiſſe. *Et ideo*, inquit, *ejecerunt eum ſacerdotes* החסידים *ſancti* ſive *pij* והתמימים *& integri, ne ſacerdotio fungeretur Ieroſolimæ.* Eodem ſignificatu utitur R. Iacob filius Haym, præfatione in Biblia Veneta, Danielem Bombergam appellans virum מחסידי הנוצרים.

הנוצרים ex piis Chriſtianis. Nec aliter uſupatur id vocabuli in libro articulorum fidei, quem R. Ioſeph Albo compoſuit. Folio enim 27 ait, *Qui pii ſunt in nationib. mundi, habent partem in ſeculo venturo.* Anguſtè ſumitur fol. 49. col. 2. ubi Iudam Heſſæum, de quo Ioſephus cap. jud. lib. 1. cap 3 ἐσσαῖος ἦν γένος, ait fuiſſe ex præcipuis qui erant inter Haſidæos: & fol. 78. col. 2. memorat principes Haſidæorum, in queis Manahemus collega Sammæi ſenis, quem Ioſephus Heſſæum appellat. Hæc duo loca me dubitare faciunt ſitne ſectæ ibi nomen an ſodalitii vel ordinis. Pro ſecta faciunt etymon
30 & communis opinio: in qua & ego hactenus fui (nam non temerè ab ea recedendnm.) Contra ſectam & pro ſodalitio vel ordine facit, quòd Phariſæi paſſim in libro Iuchas in Haſidæi vocentur. Quod certè non fieret ſi ſectæ nomen eſſet. Fol. 35. col 3. *Miſit Iudam filium in omnes urbes Iudaæ clam: qui diceret, Quis inter vos timens* DOMINI, *& quis* DOMINI, *ad me veniat: & congregati ſunt ad illum* עדת החסידים *cœtus Haſidæorum manu valida & venerunt cum eo ad Matthathiam patrem ejus:* Rurſum fol. 36. col. 1. *Egreſſus eſt Matthathias è munitionibus ſuis, & filii ejus cum eo, & ſynagoga ex Haſidæis magna nimis* His opponit ibidem הפריצים id eſt, trangreſſores, quos Sym. Pſal. 17. τοὺς παραβάτας vocat, & החטאים .i. peccatores, τοὺς ἁμαρτωλούς. Sic in libro Iuchaſin fol. 14. col. 2. *Tunc venit Iudas et circumcidit Haſidim .i.* Haſidæos. Quibus in locis latè an ſtrictè ſumatur nomen Haſidim, adhuc me ignorare profiteor.

Chron. T. S. de Matthathia Haſamonæo 37.1. Reſtituit cultum & præcepit ut circumciderent oēs natos in diebus Philippi, qui non fuerant circumciſi propter decretum ejus.

CAP. II.

Plurimos Phariſæos in libro Iuchaſin Haſidæos dici.

Haſidæo-

H*Aſidæorum ſodalitium*, inquit Serarius, *aliud eſt à duobus aliis, non alterum.* Id partim amplectimur, partim rejicimus. Amplectimur ſodalitium Haſidæorum, rejicimus ſodalitia Saducæorum & Phariſæorum. Nam inter ſodalitium & ſectam magna diverſitas eſt. Poſſunt enim ejuſdem ſodalitii eſſe vel ordinis, qui tamen diverſas ſectas ſequantur Verbi gratia, Phariſæi ex ordine vel ſodalitio erant Haſidæorum, erant & Heſſæi. De Phariſæis, quia hoc novum in auribus Serarii, nunc probare aggrediar. In prologo libri Iuchaſin ait Abraham filius Samuel Salmanticenſis, *Veritus etiam ſum dicere liber Haſidæorum propter ſapientes Haſidæos, qui memorantur hoc nomine, Ioſe filius Ioezer* (*aliàs Ioazari*) *&* R. *Ioſe ſacerdos, &* R. *Iuda filius Baba, &* R. *Iuda filius Ilai* אלעאר, *qui promotus fuit ab eo, & David rex & Ezra & Hellel & Baba filius Buta* (hic erat diſcipulus Sammæi ſenis Phariſæi) *&* R. *Aquiba, & Samuel parvus, & Simeon Haſidæus, cujus mentio in Thalmud, & ſimiles.* Ecce inter Haſidæos numerat Hellelem & Aquibam: quorum ille à Ioſepho vocatur Pollio, & princeps erat Phariſæorum ſub principatu Herodis magni, centum videlicet annis ante deſtructum templum ſecundum: alter nominatim ab Hieronymo inter Phariſæos recenſetur, ut dubitare de eo nemo poſſit aut debeat. Nihil etiam dubium quin Ioſe filius Ioezer Phariſæus fuerit, cùm ab Antigono traditiones acceperit Phariſaicas, ut habetur fol. 6. pag. 2. producta ætate uſque ad Iannai regem, ut ibidem ſcriptum eſt. De aliis, Ezra & Davide exceptis, idem eſto judicium. R. Ioſe ſacerdos Haſidæus appellatur, & fol. 62. ut etiam R. Iuda filius Baba, & R. Iuda Ilai. Rurſum fol. 14. pag. 2. *Eleazar ſenex* הישיש *Haſidæus* החסיד: & fol. 26. R. *Iſmael ſacerdos magnus ſapiens &*

31 Sunt ex Haſidim qui poſsūt edere ſigna & prodigia in mundo ut Honi המעגל & Rabbenu Phinees filius Iair & R. Hanina filius Dotha (forte Doſa דוסא) & alii prǽterea, licet non pervenerint ad gradum prophetiæ omnino. Albo Serm. 3. cap 10.

32 Contra fuerunt prophetæ qui nulla ediderūt miracula ut Ieremias Zacharias, Haggæus, Malachias.

Haſidæus: & Matthias filius Samuelis, qui præ erat ſortibus in domo ſanctuarii erat unus ex quindecim Haſidæis, qui præfecti erant ſanctuario, & neſcimus an fuerit ſacerdos. Nam etiam Mardochæus, qui vocatur Phetahaja erat unus ex illis,
33 *qui præerat calamis ſive cannis. Similiter Haſidæus R. Nehania, qui fodiebat foveas & puteos aſcendentibus ad feſta ſolennia, Regalim dicta, ex illis erat.* Hæc habentur fol. 64. pag. 1. Nicanor quoque vocatur איש מן החסידים vir Haſidæus, vel, ſi mavis, ex Haſidæis, pag. 2. ubi & illud, *Haſidæi ſunt ſapientes.* Sic in libro articulorum (fundamentorum alii) fidei, qui Ebraicè עקרים appellantur, *ſancti ſunt ſapientes quia ſapientia nos adducit in manus ſanctitatis.* Sancti, id eſt, חסידים & ſanctitas חסידות ὁσιότης. Alibi eſt *Haſidæi ſunt ſapientes extra omnem controverſiam.* Ebraice בודאי quod in confeſſo eſt proprie. Sed fol. 106. legimus, *Samuel Sinana non erat ſapiens magnus, ſed erat Haſidæus magnus.* Rurſum fol. 69. pag. 2. *Abba ſacerdos Haſidæus, qui cuſtodiebat opes viduarum inter numos ſuos* Cabbala Haſidæi non eſt alia quàm ea quam Abraham Davidis filius compoſuit. Ergo & is vocatur החסיד ὁσιος aut Haſidæus. Idem nomen abſolute uſurpatur de
34 Iuda filio Ilai, & de Iuda filio Baba. Vide Iuchaſin fol. 41. pag. 2. R. Salomo interpretatur חסידים dicens ſignificare eos qui prompti ſunt ad obeunda juſſa Dei, id eſt, זריזים למצות Vide commentarium in Aboth. fol. 4. pag. 1. In Iuchaſin fol. 105. pag. 2. Rab Hona & Rab Heſda ex Haſidæis Babyloniæ, & ex Haſidæis Iſrael. Rurſum fol. 2. *Non vocatur haſid, niſi qui non peccavit cunctis diebus ſuis* מעקרו *à radice ſua*, ſive à *fundamento ſuo.* Nam עקר fundamentum, id eſt, יסוד. Ita R. David explicat. Et, *Dignitas ſancti eſt ſupra timentem cæli .i. Dei.* Et, *Ezras erat ſanctus valde & mitis ſive manſuetus.* R.

Ioſeph Albon libro Articulorum fidei, החסידים ſunt ſapiëtes qui credunt. Nam ſapientia ducit in manus חסידות ſanctitatis fol. 52. pa. 1.

R. Abraham חסיד הפרוש ſanctus ſeparatus ex lugentibus Ieroſolymã.

Benjamin Itinerario pag. 46. in verſ. Ariæ.

Salomo,

Salomo, *populus terræ non vocatur haſid, ſed timens peccati vel timens cæli, id eſt religioſus:* Et, *Plus eſt pium eſſe quàm religioſum.* pium id eſt haſid. Fol. 13. *Hellelſi ſanctus, ſive manſuetus aut mitis, diſcipulus erat ipſius Ezræ.* Et alibi, *Iuda filius Ilai, cùm ei daretur lac caprinum, quod agrè ſuſpiria duceret è corde ſuo* (nam pulmo læſus erat) *habebat capram ligatam ad ſpondam lecti: in quo peccavit ſecundum opinionem ſociorum ejus, qui non alunt beſtiam ſubtilem. Erat autem haſid, & de illo accipi debet, ut & de Iuda ben Baba, cũ legimus* מעשה בחסיד אחד *factum ſancti cujuſdam. Nunquam certè in vita ſua peccavit, niſi in hac re ſola.* His adde quod habetur fol. 65. *populus terræ*, id eſt vulgus promiſcuum *non eſt haſid,* id eſt ſanctus ſive pius. Cujus dicti hæc ſententia eſſe videtur, inter Haſidæos aut eos qui peculiariter ſancti nominantur nullos eſſe ex plebe infima, quæ per populum terræ ſignificatur. Nec illud omittendum, *Lex profecta à Moſe domino prophetarum. Inde pervenit à ſapiente & ſancto (haſid) ad ſapientem & ſanctum uſque ad lumen mundi qui eſt Rabbenu Haccados.* Ioſeph Albo in libro ICCARIM .i. articulorum aut fundamentorum fidei *Sancti licet non ſint prophetæ, tamen mutant naturam precibus ſuis, aut mutatur ea propter ipſos, quia ecce Hananias, Miſael & Aſarias projecti fuerunt in ignem, & non ſunt aduſti. Sic R. Hanina filius Doſæ & R. Phinees filius Iair innovarunt in mundo res mutando naturam ejus & conſuetudinem.* Ex his duo erui poſſunt. Primùm illud quod initio dixi, plurimos Phariſæos ſimul etiam Haſidæos fuiſſe: deinde epitheton Haſid tribui certis ſapientibus, ſive ii ſocietate inter ſe devincti fuerint, ſive non. Nam nihil mihi hac de re conſtat. Nuſquam enim adhuc legi, quod meminerim, חברת חסידים, id eſt ſocietas Haſidæorum. Iam verò cùm principes habuerint,

35 Populus terræ nõ dat operam legi, ut Haſid. Nam non ſolo pane vivit homo, ſed eo quod exit ex ore Dei. Pius autẽ non eſt niſi qui ſibi benefacit. Sibi autem benefacit qui ſtudet legi Manahem fol. 69. col 4. Vide Reſpon. ad Minerval ca. 14 Quid חסידות proprie רחהק 133

36 1. & 2. Vide ſodes. Timor peccati adducit nos ad pietatem לידי חסידות

Digitized by Google

videtur fuiſſe inter eos aliqua ſocietas. Quocirca ἐπέχω. Satius eſt ſuſpendere judicium, quàm temerè aliquid affirmare.

Cap. 12.

Quædam de ritibus ac diſciplina Haſidæorum.

HAſidæus Chaldaice diceretur, חסידי; itidem ut Phariſæus in ea lingua פרישי dicitur. Sed Ebræi dicunt חסיד Haſid & פרוש Pharus: unde Haſidim Haſidæi, ut פרושים Phariſæi. Haſidæi novem horas tribuebant orationi, cùm alii tres tantùm ei darent. In Iuchaſin fol. 62. *De R. Ioſe filio Meſullam dixerunt quòd eſſet congregatio*
37 *ſancta, fuitque ante tempus Ribbi. Vocatur autem congregatio ſancta, ut quidam volunt, quia laborabant in lege hieme, æſtate, & cùm opus facerent; ut alii cenſent, quia tribuebant diem in tres partes: quarum unam dabant precationi, alteram legi, tertiam operi: ſed ſancti priores (aliàs, Haſidæi) novem horas tribuebant precationi.* Quotide hoſtiam pro delicto immolabant præterquam poſtridie diei בכורים. Hæc hoſtia dicebatur אשם חסידים delictum Haſidæorum. In eodem libro. fol. 19. pag. 2. in extremo, *Baba filius Buta Haſidæus erat, & ſponte obtulit hoſtiam pro delicto, quam offerre tenebantur quotidie uno die excepto, qui poſt diem* כפורים *expiationum: & hæc hoſtia vocatur delictum Haſidæorum.* Cogitatione hominem peccare credebant. R. David Ieſ. 58. 13. *Dixerunt, verbum quod quis loquitur vetitum eſt, cogitatio autem licita: nihilominus Haſidæi cuſtodiebant ſe etiam à cogitatione. Voluntas eorum non erat abſque voluntate cœli. id eſt Dei, juxta factum Haſidæi illius, de quo narratio extat in tractatu de Sabbatho.* Decem res
38 illis peculiares erant. 1. Non attollere oculos ultra de-

cem

cem cubitos. 2. Non incedere retecto capite 3. Stabilire tres refectiones. 4. Diſponere cor ſuum ad precationem. 5. Non reſpicere ad latera, vult dicere, alterutrum latus. 6. Circuire ne moleſtiâ cœtum afficerent. 7. Non edere in conviviis potentum. 8. Si quem ad iram provocaverant, ſtatim eum placare. 9. Vocem dulcem habere & deſcendere vel dimittere ſe ad interpretationem legis. 10. aſſueſcere iis filis quæ ציצית vocantur, & philacteriis, quæ Thephillin dicunt. Erant autem laminæ vel membranulæ, quæ fronti aut brachiis alligabantur. Fol. 104. pag. 1. lectum, *Rab non erigebat oculos ſuos ultra 4. cubitos*, nempe ex diſciplina ſanctorum Haſidæorum. Fol. 94. pag. 2. משנת חסידים videtur eſſe deuteroſis Haſidæorum, quæ eſt ſecunda lex, quam Miſna vocant. Sic in libro Aboth Cracoviæ impreſſo citatur fol. 64. pag. 2. & alibi ספר חסידים qui eſt liber piorum vel Haſidæorum: quem nondum videre mihi contigit. Iucha. fol. 47. pag. 2. *Haſidæi priores caſtigabantur ante mortem colico morbo 10. aut 20. diebus, quò ſic abſterſis omnibus puri mundique ingrederentur alteram vitam.* Addam pro corollario. Apud Gorionidem fol. 34. col. 2. *omnes ſapientes & Haſidæi, qui inter eos erant, fugiebant ex urbe.* Ioſephus hîc habet, *Pontifices & Phariſæorum nobiliſſimi.* Capt. Iud. lib. 2. cap. 17. 39

ADDENDA.

Qui vult eſſe pius חסיד ſtabilit præceptum נזיקים ne lædat neq; ipſe neq; pecunia ipſius hominem. In comment. ſuper Aboth, fol. 24. pag. 2. Haſidæi antiqui dicebant, Remitte & condona iis qui vexant me: Liber Muſar 28. 2. Primi Haſidæi differebant preces ſuas ad horam unam ut interea præpararent cor ſuum ad Deum

benedictum, ſicut dicitur Beati qui ſedent in domo tua, adhuc laudant te Selah. In comment. ſuper lib. Aboth fol. 24. pag. 2. Haſidæi primi dicebant. Remitte & condona omnibus qui vexant nos. Haſidæi primi ordinarunt ut his noctibus homines ſurgerent ad precandum Deum uſque ad lucem diei. Intelligunt autem noctes à primo menſis Elul uſq; ad diem expiationum. Sepher Muſar 62. 1. Primi Haſidæi tempore coitus educebant muſcas & culices cæteraque animalia. Ibid. 78. 1. cap. 6. Vide precedentia Primi Haſidæi commiſcebant cogitationes ſuas cum ſuperioribus & trahebant lucem celſam ad inferiora 80. 2. & 81. 1. Primi pii exercebant ſe in rebus ſabbathi per ſe: alius lingua fundebat ad ſabbathum: alius coquebat carnem, alius ſaliebat eum &c. Liber Muſar 90. 1. Vide ſequentia. Haſidæi viri operis ſectantur præcepta & ſtabiliunt ea, & ſi non poſſunt ſapere in loco ubi habitant, eunt ex illo loco ad alium locum liber Muſar 120 1. Haſidæi primi ſolliciti erant ut indicarent unumquemque לכף זכות lance æquitatis, etiam ſi viderent eum facientem aliquid in quo videretur peccare 129. 1. Haſidæus quidam cum in forum (לפוריא aut vehiculum) aſcenderet, dicere ſolitus eſt. Remitte & condona omnibus qui me vexant. מכות 8. 4. Gerund. Gen. 25. 16. Dicit R. Iuda filius Ilai. Haſidæi priores caſtigabantur morbo colico &c. R. Iuda dicit, omnis de quo dicitur expiravit גויעה obiit ex morbo colico. In lib. רוקח 30. 2. Haſidæi priores tardabant ad horam unam quo præpararent cor ſuum ad Deum. Vide & 51. 13. ſeparabant ſe à ſeptuaginta portis è portis liciti eo quod timerent portam unam è portis vetiti: רוקח 64. 1. æſtimabant res prout ſpirituales erant, non corporales 67. 1. In menſa de lege ſermo erat,

& da-

& dabant ex ea pauperibus. Ibid. Haſidæi priores judicabant omnem hominem lance ęquitatum &c. 94. 1. החסידים הראשונים precantur & non redeunt חִנָּם inanes. Manahem 122. 1. Haſidæi primi ordinabant הצבורית cum venirent ad petendum aliquid à Deo, donec attigiſſet tempus beneplaciti. Manah. 215. 4.

Finis libri primi.

I. DRVSII
DE
TRIBVS SECTIS
IVDÆORVM,
LIB. II.
Qui de Phariſæis.

CAPVT PRIMUM.
De ſcriptura nominis Phariſæus.

PHariſæus Græce Φαρισαῖος καὶ Φαρισεύς. Vtrumque 40
legitur apud Suidam. Sed Φαρισεὺς in raro uſu: Φαρισαῖος nuſquam non occurrit. Forma hæc nominis Syriaca eſt; non Ebraica. Nam Ebræi dicunt פרוש, & in numero multitudinis פרושים: unde eſſet priſca conſuetudine legendi Pharuſæi. Antiqui enim ſceva nudum ſæpe per (a) exprimebant. Sic ex Syriaco פרישי factum Φαρισαῖος, unde Phariſæus. Inveni etiam apud Iuſtinum & alios Φαρισσαῖος, cum duplici σ in medio, quod non adeo placet. Scire licet nomina, quæ in novo fœdere, ferme Chaldaica vel Syriaca eſſe, quale Meſſias, quod

efferunt

Digitized by Google

efferunt משיחא? Nam ex Ebræo משיח eſſet potius Maſias, unica s, & cum (a) in principio. משיחא Meſſias, ut דבורה Debbora. Quo referri debet Habbacuc, quod nunc ſcribunt חבקוק, id eſt Habbaccuc.

Cap. 2.

De nominis ejusdem etymo.

41 Phariſæi à Iudæis diviſi propter quaſdam obſervationes ſuperfluas nomē quoque à diſſidio ſuſceperunt. Hieron. ad Luciferian. cap. 8.

Etymon nominis alii aliunde petunt, ac ſunt in univerſum hac de re ſententiæ quatuor. Prima eſt veterum nonnullorum qui Phariſæos diviſos interpretantur, videlicet à voce Phares quæ diviſionem ſignificat. Epiphanius *Φαρισαῖοι διὰ τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων. Φάρες γὰρ κατὰ τὴν ἑβραΐδα ἑρμηνεύεται ἀφορισμός.* His conſentanea dicunt Origenes Matth. 23. Damaſcenus de hæreſibus. Ambroſius lib. 3. in Lucam. Verba Origenis Latina ſunt, *Interpretantur Phariſæi ſecundum nomen Phares diviſi, qui ſeipſos a ceteris diviſerunt. Phares enim dicitur Ebraica lingua diviſio.* Neſcio an eodem reſpexerit Theophylactus cùm interpretatur *ἀποκεκομμένος* Matth. 3. pag. 13. edit. Rom. *ἐδόκουν γὰρ*, inquit, *ἐν τῷ βίῳ καὶ τῇ γνώσει ἀποκεκόφθαι καὶ ὑπερέχειν τῶν ἄλλων.* Et Suidas ita ſcribens, *Φάρες γὰρ κατὰ τὴν ἑβραΐδα γλῶτταν, ἀφορισμὸς ἑρμηνεύεται ἢ διακοπή.* Hos refellit ſcriptura Ebraica. Nam Phares ultimam habet s, Sade, cum Pharus & Pharis, unde Phariſæi, per s, Sin in ultima ſcribatur.

42 Hoc etymon uiſum meretur non refutationem.

Secunda eſt eorum qui a פרש deducunt, quando habet ſignificationem explicandi vel explanandi, ac dictos ita volunt, quòd eorum vita omnium oculis eſſet conſpicua & quaſi explicata, ut qui laudes appeterent hominum & nihil non facerent ut viderentur ab iis. Conſule Franciſcum Forerium Ieſ. 1. pag. 17. & Ioh.

Forſte-

Forſterum in Dictionario Ebraico: à quo Forerius hanc ſententiam didiciſſe videtur, quæ hodie paucos approbatores habet, nec mihi ſe ullo modo probat. Tertia nomen ab eodem verbo deducit, quatenus ſig. exponere ſive interpretari aliquid. Cui firmandæ locus Gorionidis à me olim laudatus, *Hi ſunt Phariſæi qui legem populo enarrant*: & Ioſeph. lib. 1. capt. Iud. cap. 4. ubi ait Phariſæos præter alios peritiùs legem exponere. Nec obſtat forma participii paſſivi, cùm hujuſmodi participia, quando nominaſcunt, interdum actionem denotent. Vide ſodes Obſerv. meas lib. 1. cap. 2. Poſſet etiam ſcribi * פרוש ad inſtar * קטול occiſor, interfector, אנוס oppreſſor, פרוק redemptor: Contra adferri poteſt quod expoſitor ſive interpres uſitatè dicitur מפרש in conjugatione ſecunda quam vocant Piel: tum etiam illud non omnes Phariſæos fuiſſe legis interpretes. Nam id munus volunt Scribarum proprium fuiſſe, qui tantùm pars erant Phariſæorum, hoc eſt μέρος τῶν Φαρισαίων. ut habetur Act. 23. 8. Vt ut ſit, rectius ſentiunt, meo judicio, qui à ſeparando ita dictos cenſent. Quo fortè reſpexit Apoſtolus Rom. 1. 1. cùm ait ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον. Nam antè fuerat ἀφωρισμένος εἰς τὸν νόμον, ſegregatus ad ſtudium legis, hoc eſt Phariſæus. Sed de hac re alii aliter.

* Pharoſch, Katol. 43

Cap. 3.

Cur a ſeparando dicti.

Licet ſeparati eſſent ad ſtudium legis, & Deo peculiariter conſecrati & quaſi devoti, quæ res Chaldaicè אפרשותא dicitur, tamen inde dumtaxat nomen non acceperunt. Nam quia ſeparati ab aliis, ſive ut eſt apud

Digitized by Google

Hiero. Matth. 22. diviſi erant à populo; ideò potiùs appellati ſunt Phariſæi. Separati autem erant, aut ſaltem
44 videri volebant, ab aliis, primum vitæ munditiâ. Autor Lexici Thalmudici, quod Aruch vocatur, פרוש הוא שפורש עצמו מכל טומאה ומן מאכל טמא ועם הארץ אינו מדקדק במאכל: .i. *Phariſæus dicitur qui ſe ſeparat ab omni immunditia, & a cibo polluto, & populo terræ, qui de cibo non ſubtiliter diſcernit.* Deinde dignitate ac ſanctitate. Ioſeph Albo in libro articulorum fidei, quem utendum accepi à Cl. Fran. Gomaro Theologo, cap. 28. *Homines diviſi ab aliis dignitate ac ſanctitate vocantur Phariſæi.* Vbi nos poſuimus *ſanctitate*, potes vertere, *pietate*: & nota in Ebræo eſſe חסידות ὁσιότης, unde Haſidæi. Tertiò ſeparati erant ad vitæ genus puriſſimum & accuratiſſimum, & ad mandata legis. Suidas, φαρισαῖοι οἱ ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι. παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων, εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστατον, καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα. Quartò diviſi erant ab aliis habitu. Nam habebant peculiares veſtes quibus à vulgo diſtinguebantur, ut hodie monachi noſtri. Nicolaus Brabantinus, Matt. 9. *Sciendum quòd Phariſæi in populo Iudæorum reputabantur religioſi, unde etiam habitu & aliis quodammodo diſtincti erant, ut videbitur inferius.* R. David Soph. 1. ad verba illa, *qui induunt veſtem peregrinam.* in hunc modum ſcribit, *ſunt qui exponant de hominibus qui oſtendunt ſeipſos ſanctos & pios* (Ebraicè פרושים וחסידים) *& induunt veſtes peregrinas, quæ non ſunt ſimiles veſtibus reliqui populi, quò agnoſcantur veſtibus ſuis quòd ſint ſancti & pii: interim viæ ipſorum malæ ſunt.* Quidam addunt, *& à vita ſive moribus hujus ſeculi.* Elias in vocabulario ſuo, quem Theſbitem inſcripſit, *adjectum eſt* פרוש, *cujus pluralis* פרושים *Phariſæi, ſic dicti quòd ſeparati eſſent a viis hujus ſeculi.* Novè autem

[Vnde illud, בגדי עם הארץ
45 מדרס לפרושים veſtes populi terræ calcãtur à ſanctis: meminit Gerund. in Levit. 201.1 In libro Muſar, cap. 13 de hypocritis. Adhæc induunt veſtes ut veſtes Phariſæorũ quo ſic ho-

autem Auguſtinus, *Primarii quidam erant & q. ad nobilitatem Iudaicam ſegregati, qui dicebantur Phariſæi.* Vide libellum meum de Haſidæis. Hem, pœnè exciderat. Non ſolùm peculiares veſtes habebant ſed etiam vulgi veſtitum abominabantur. Vnde illlud בגדי עם הארץ מדרס לפרושים *veſtes populi terræ conculcatio ſunt Phariſæorum.* Vide Iuchaſin fol. 22. pag. 2. & Gerund. Levit. 19. 2.

mines majorem fiduciã ponant in illis &c. fol. 108. pag. 1.

46

CAP. 4.

An Phariſæi dici poſſint Pharitſin.

PApiſta quidam, hoc eſt ſocius Serarii, unus ex veteratorib. Eraſmomaſtyx, qui noſtra memoria corrupit (correxit volebam dicere) Hieronymum, Matth. 22. pro eo quod in textu Phariſæi, in margine poſuit פריצים. Quæro an bene? Et ſciendum Phariſæos פרושין rectè dici, non פריצים quod ferè ſemper in vitio ponitur, ut Pſal. 16, ubi Hiero. *latronis* Sym. σφαγέως. Similiter Ierem 7. 11. מערת פריצים idem Hiero. *ſpelunca latronum*, & ante illum LXX. σπήλαιον ληστῶν: quomodo locus iſte citatur Matth. 21. Gorionides quoque Ezeciam illum quem Herodes occidit, appellat שר פריצים fol. 63. col. 2. & Ioſephus eandem hiſtoriam referens ἀρχιληστὴν, id eſt principem latronum Orig. Iuda lib. 14 cap. 17. Apud eundem פריצים & חסידים opponuntur fol. 35. col 3. & 36. col. 1. Rurſum פריץ Ezech. 18, Hieron. *latronem*. Sed Aquilæ ſecunda editio, *peccatorem*: Sym. *tranſgreſſorem*, id eſt σφαγέα: LXX. & Theodotio, *peſtilentem*, id eſt, λοιμόν. Non ergo magis poſſunt dici Phariſæi, Pharitſin, quàm Heſſeni à Serario Haſſonim vocantur, quæ vox novarum rerum cupidos denotat. Tales certè non erant Heſſæi, ut ſuo loco videbimus.

Phariſæi ridebãtur à populo terræ. Vide reſpon. ad Minerval Serarii pag. 85 & comment. ſuper Aboth 29. 2. Dicit R. aquiba. Quũ eſſem populus terræ, dicebã, Quis det mihi diſcipulum ſapientis, mor-
47
derem eum ut aſinus qui oſſa frangit magis quam canis.

Digitized by Google

Cap. 5.

De vario uſu nominis פרוש.

47 פרוש non tantùm ſignificat Phariſæum, ut dictum eſt; ſed etiam in genere quemvis ſanctum aut purum, Itaque legimus in Iohaſin fol. 139. pag. 2. de Heſſenis, *Docent eos baptizare ut aſſueſcant eſſe ſancti aut puri.* Heſychius φαρισαῖος, ἀφωρισμένος, μεμερισμένος, καθαρός; ſeparatus, diviſus, purus. Rurſum autor Iohaſin ſive Iuhaſin fol. 140. de iiſdem, *inveniuntur inter eos qui futura prædicunt & hoc propter* פרישותם *puritatem eorum* וקדישותם *& ſanctitatem eorum.* Sumitur etiam pro monacho aut heremita. Qui ſic melius vocantur quam כומרים, quod

48 autor Iuchaſin pro ſacerdote uſurpat, ut cùm Auguſtinum vocat הכומר הגדול ſacerdotem magnum, innuens eum epiſcopum fuiſſe. Hinc פרושה monacha vel monialis fol. 144. de matre Merlini Angli, quem ait multos libros ſcripſiſſe. Verba ſunt, *In diebus Leonis erat ſapiens magnus Merlinus in Anglia, quem dicunt fuiſſe filium* * *dæmonis, ſed mater ejus erat filia regis monacha. Is compoſuit multos libros.* Ebraice פרושה Phariſæa, ut ſi dicas *ſanctimonialis.* Nam פרושה ſancta & פרישות ſanctitas, ſanctimonia vitæ. Notum illud Aquibæ נדרים סיג לפרישות vota ſepes ſunt ſanctæ vitæ. Fol. 136. Rhea Sylvia Veſtæ ſacerdos eadem de cauſſa dicitur פרושה, quæ ſe Marte gravidam confitebatur. *Anno 38. Oziæ,* inquit autor libri Abraham Zachuth, *Amulius expulit fratrem ſuum maximum natu, & occidit filium fratris ſui, & filiam ejus fecit Veſtæ ſacerdotem, quæ ſcortata peperit Remum & Romulum.* פרושה ergo virgo veſtalis

* Incubi, Cambdenus de Maridu-no Walliæ opido, In hac natus eſt Merlin⁹ incubi F. qui vaticinia imo mera Oreſtis ſomnia Britannis effinxit. Vnde in hac inſula vates celeberrimus audit pag. 499.

Cap. 6.

CAP. 6.

An Phariſæi ſucceſſerint in locum Nazaræorum. 49

NAzaræos vocant Latini, quos Ebræi נזירים Nazirim, Græci propius ad ſcripturam ναζιραίυς appellant. Hi appellati quoque à ſeparando. Sane נָזַר Niphal eam ſignificationem habet cùm alibi, tum Hoſ. 9. 10. Inde נֵזֶר quod Sym. reddit Exod. 29. 6. ἀφόρισμα: alius τὸ ἅγιον. Quinta quoque habet ἀφόρισμα Pſal. 132. 18. & Aquila Levit. 21. 12: ubi Symmachus ἄθικτον. Theodotio ναζέρ. Sed in loco Davidis LXX. τὸ ἁγίασμα & Sym. ὁ ἁγιασμός. R. Salomo אין נזירה בכל מקום אלא פרישה. Quorum verborum hic ſenſus eſt, verbum נזר ubique ſignificationem habet ſeparandi, idem videlicet denotans quod פרש. Ergo נזיר ſeparatus, Naziræus, ſanctus. Elias Theſbite, *Phariſæi dicti quòd ſeparati eſſent à moribus hujus ſeculi, quales olim erant Naziræi. Cæterum omne Nazir Chaldaicè redditur נזירה & non פרוש*. Quod poſtremum verum non eſt. Nam Gen. 49. 16. pro Nazir eſt Phariſa in Oncelo. Sic enim certe locum interpretatur לגברא פרישא דאחוהי *ſuper virum qui ſeparatus eſt à fratribus ſuis* Nazaræi enim voto ſeparati erant ab aliis ad tempus. Licet etiam vertere *qui ſanctus erat inter fratres ſuos*. Siquidem נזירים ſancti, ἅγιοι: quos Senes transferunt in ἡγιασμένυς id eſt, ſanctificatos. Quæ dixi occaſionem præbuerunt nonnullis opinandi, quod etiam in litteras retulerunt, Phariſæos veteribus Nazaræis ſucceſſiſſe. Forerius diſerte, *Hoc pro comperto habeo, teſte etiam* * *R. Salomone, quòd Phariſæi in locum Nazaræorum ſucceſſerunt.* Hîc duo conſideranda ſunt, doctrina & ritus. Si doctrinam ſpectes, defendi poteſt. Nam eadem erat Nazaræorum &

Vide Gerund. Levit. 101. 1. ubi Nazir vocatur קדוש quod idem eſſe ait cum פרוש. 50

* Vide in addendis.

 Prophe-

Prophetarum doctrina. Nec alia Phariſæorum, niſi quod appendices quaſdam legi addiderunt. Si verò ritus conſideres, nullo modo dici poſſunt ſucceſſiſſe Naziręis, cùm horum ritus diverſi eſſent à ritibus Phariſæorum, qui neque comam tondebant, neque à ſicera & vino abſtinebant: niſi qui ſeſe ex voto ad tempus, quod ipſi ſponte
51 ſibi præſcripſerant, à communi uſu vivendi ſeparabant. Hoc votum Apoſtolus Paulus, qui ſecta Phariſæus erat, cum aliis quatuor ſolviſſe legitur, Act. 21. 24.

CAP. 7.

Quando primùm cœperint Phariſæi.

HIc duo in quæſtionem veniunt ſecta & nomen. Quin ſecta vetuſtiſſima fuerit nullus dubito. Nam à tempore Antigoni Sochæi ſecta fuiſſe videtur, cum Saducæi à ſapientibus aliam ſectam in Eccleſia conſtituiſſent, hæreſinque introduxiſſent. Quanquam Burgenſis epiſcopus additi in caput quintum Zachariæ prophetæ, *Secta Phariſaica*, inquit, *oriri cœpit poſt tempora Machabæorum.* De nomine alia res eſt. Nam ut demus ſub principatu Ionathę fuiſſe tres ſectas, non tamen ex eo ſequitur ſapientes tunc vocatos fuiſſe Phariſæos. Forte an enim per prolepſin ita eos appellat Ioſephus. Nihil affirmo. Chronicon templi ſecundi, fol. 40. col. 1. edit. Venetæ, *Temporibus Alexandri Iannæi ſapientes vocabantur*
52 *Phariſæi*. Dicit vocabantur, non cœperunt vocari. Hinc ergo eruimus nomen hoc non adeò recens eſſe. Si quis antiquius eſſe ſtatuat, nolim cum eo contentionis funem ducere propterea. Quæ in libello de Haſidæis hac de re ſcripſi, non repeto. Lector illic inveniet verba mea, vel apud Serarium. Iudicium Forerii extat in commentariis

ipſius

ipſius Ieſ. 1. *Nomen autem Phariſæorum neotericum erat & Syriacum*. Quod Syriacum ſit, anteà probatum eſt. Neotericum eſſe negat Serarius. Ergo ei res cum Boterio, non mecum, qui nullam certam de his habeo ſententiam. Si quid ſcripſi, ex aliorum ſenſu ſcripſi. Id mihi non debet fraudi eſſe cui hîc hæret aqua.

Cap. 8.

De duplici ortu Phariſæorum.

Ridiculum eſt quod Serarius ſcribit de duplici ortu Phariſæorum, priore ac poſteriore. *Prior*, inquit, *eſt à viris Synagogæ magnæ quoad primum ſectæ initium: poſterior à Sammai & Hellel, quoad majorem progreſſum*. De priore primum. Si ſecta initium habuit à viris illis, & Heſſæi extiterunt a multis retro ſeculis, igitur initio duæ tantum ſectæ fuerunt. Sed non urgeo hoc argumentum. Si ſecta cœpit à Synagoga magna, ergo Simeon Iuſtus, 53
qui ei ſucceſſit, Phariſæus fuit. Ego non auſim hoc affirmare, nec tam antiquum ortum dare ſectæ. Porrò traditiones ſuas referunt non ſolum ad viros ſynagogæ illius, ſed etiam ad Prophetas, ipſumque adeo Moſen. Moſes, inquiunt, accepit è Sinai: ab eo Ioſue, deinde Senes, tum prophetæ: ab iſtis viri ſynagogæ magnæ, ab his Simeon Iuſtus, deinde Antigonus, quo tempore exorta eſt primum hæreſis in populo Dei. De poſteriore quod ait nititur autoritate ſola Hieronymi, cujus locum mox excutiemus. Nam continet multa, quæ mihi quidem valde ſuſpecta ſunt. Primum enim Sammai & Hellel non ſectam, ſed duas familias conſtituerunt, quas vocant *domum Hellel & domum Sammai*: quarum ibi Hieron. mentionem facit. Deinde Scribæ ſine ulla dubitatione vetuſtiores ſunt. Poſtremo, R. Aquiba non ſuſ-

cepit

54 cepit ſcholam Hellelis, ſed Rabban Simeon filius Hellel, & Rabban Iohanan filius Zachai. Vixit enim certe Aquiba ſub Adriano, & in bello Chozibæ periit, ut facile potuerit eſſe Aquilæ proſelyti magiſter, qui ſub eodem floruit. Hoc quia Serarius negat, probandum eſt. Quanquam nullum hac de re dubium in hiſtoria Ebraica. Pudet pigetque in re manifeſta tempus terere. Dabimus hoc Serario, quando me in hanc arenam protraxit. Etiam de inimico bene merendum eſt. Igitur Abraham Davidis F. Levita in Cabbala ſua hiſtorica, *R. Aquiba erat caput Academiæ poſt Rabban Gamliel, ætate altera poſt excidium.* Et poſt, *Adrianus aſcendit in terram Iſraël, & cæpit Bitther nono menſis Ab, anno 73. à deſtructo templo. Is affecit Iſraelem plaga magna, qualis non viſa neq; audita fuit in diebus Nabuzardan, neque in diebus Titi.* Et mox, *Occiſus fuit R. Eleazar filius Samor: anteá pectinarunt carnem ipſius R. Aquibæ pectinibus ferreis. Omnia hæc evenerunt eis in bello Adriani propter indignationem ipſius Ben-*
55 *Choziba.* Abraham Zachuth Iuchaſin fol. 34. *Aquiba filius Ioſeph proſelytus juſtitiæ, maximus ſapientum vixit annos 120. uxorem duxit ædis tempore & vixit uſque dum ſubacta fuit Bitther, an. 52. poſt exidium ædis, aut 73. juxta AEtates mundi* (liber eſt ejus nominis) *Moſes autem AEgyptius ait eum fuiſſe armigerum Ben-Choziba.* Et aliquam multo poſt; *Rabban Simeon filius Gamaliel occiſus fuit in die deſtructionis templi. & R. Aquiba fermè 60. annis poſt eum fuit.* Ecce vixit poſt excidium templi, & ſub Adriano. Res eſt non conjectura. Viderit ergo Serarius, qui conjicit eum fuiſſe ex 80. diſcipulis Hillelis. Ne quid celem, vixit Hillelis & Sammæi tempore, aut paullò ante, Acabias quidam filius Mahellelis, cujus mentio in Iohaſ. fol. 30. pag. 1 & alibi.

Digitized by Google

CAP. 9.

Serarii hallucinatio. Rab Aquiba. Epiphanius correctus.

A*Quibas*, inquit Serarius, *ante Christi ter ſalutatem ortum fuit, ut illo loco ſignificat D. Hieronymus, & S. Epiphanius hæreſi 16. & 33.* Homo acutus non intellexit aut potiùs malè intellexit Hieronymum. Verba Hieron. ſunt, *duas familias interpretantur Sammai & Hillel: ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi, quorum ſuſcepit ſcholam Aquibas.* Ecce nihil minus ſignificat Hiero. quam quod eum ſignificare vult Serarius. Siquidem Chriſtus natus fuit anno Herodis 33. quo tempore adhuc Hillel vivebat. Eorum diſcipuli fuerunt Scribæ & Phariſæi, quorum ſuſcepit ſcholam Aquibas. Hoc defendi poſſet, niſi ſequentia turbarent. Ego hîc non excuſo Hieronymum. Fucum ei fecit, quiſquis hoc perſuaſit. Sæpe ita deceptus fuit à præceptore ſuo Iudæo. Sic ei perſuaſit Boſphorum dici בספרד Abd. 20. quod proprie ſonat *in Sepharad.* Nam ב eſt litera ſervilis. Epiphanii verba ex hæreſi decima quinta nihil etiam tale ſignificant. Sunt autem hæc, δευτέρα δὲ εἰς τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Ἀκιβᾶν οὕτω καλούμενον ἢ Βαρκιβᾶν. Hic latet ὕπουλον ulcus. Nam legendum ῥαβακιβᾶν, vel certe ῥαββὶ Ἀκιβᾶν, ut legitur hæreſ. 33. δευτέρα ἡ τοῦ καλουμένη ῥαββιακιβά. Citat præterea locum ex hæreſ. 42. quem non concoquo. τοῦ δὲ ἀκιβᾶ καὶ πρὸ τῶν Βαβυλωνικῶν αἰχμαλωσιῶν γεγένηται. Nam ſi vera hæc, tum alius fuit Aquibas autor ſecundæ Deuteroſis: alius, inquam, ab eo quem Hieron. memorat, qui Aquilæ proſelyti præceptor fuit. Hinc diſces Serarium non ſemper optima fide citare patres.

56

57

Digitized by Google

CAP. 10.

De Hellel & Sammai.

Dicunt Doctores, ſemper ſit homo manſuetus ut Hellel & non iracundus ut Sammai, lib. Muſar cap. 14. ubi plura de his viris R. Oſaias fili⁹. Sammai Iuch. 84. 2. Vide פ״מג 205. 2. 58.

HEllel ſive Hillel, id eſt חלל, quod nomen extat Iud. 12. 13. In manuſcripto Hieronymi eſt *Hellei*, & in Gloſſa ordinaria *Helles*. Hellel, Helles: ut Ioſeph Ioſes. Mihi non dubium quin Hiero. ſcripſerit Hellel. Sic enim antiqui legebant. הלל Hellel ut עמנואל Emmanuel. Idem perperam interpretatur profanum. Nam profanus חול dicitur per H. heth. hellel potius laudem denotat. Sic כוס חלל ποτήριον ὑμνήσεως. הלל laus, ut דבר ſermo. Sig. etiam laudavit. Hunc Ioſephus Pollionem appellat, Vixit annos 120. Oriundus fuit è Babylonia: unde hellel Babylonius appellatur. Anno ætatis 40. venit in Iudæam ubi annis 40. continuis legi operam dedit, & totidem rexit Iſraelem. Cœpit præſidere centum annis ante templi excidium. Erat autem נשיא id eſt princeps, cùm Sammai eſſet אב בית דין pater domus judicii. Cùm primùm animum ad legem applicaret erat ſumme pauper, fratre Sobna, qui in re lauta erat, eum juvare detrectante. Qui propterea nullam cum eo partem accepit. Patrem habuit ex tribu Benjamin, matrem ex tribu Iuda, è ſemine Davidis, quæ genus ducebat ex Sephatia filio Abital. Diſcipuli memorantur octoginta, quorum maximus Ionathan filius Vzielis, minimus R. Iohanan filius Zachæi ſacerdos. Qui etiam ei ſucceſſit, ut Simeon filius, & Gamaliel ſenex qui occiſus fuit in ipſo excidio. Sammai id eſt, שמי quod ſcribunt abſque punctis שמאי, qui & Samæus & apud Ioſephum Sameas ſenex. Nomen eſt Iudaicum, quod invenies 1. Paralip. 2. 45. Significatio ignota,

Digitized by Google

ignota, quam in talibus fruſtra ſæpe quærimus. Quis enim rationem reddat omnium nominum propriorum? οὐκ ἔγωγε. Qui οὐράνιον, id eſt, cœleſtem interpretantur, 59
ignorarunt veram ejus ſcripturam: qui diſſipatorem, id eſt διασκεδαστὴν, neſciverunt nomina talia ducere originem a quieſcentibus Lamed. Verbi gratia רמי impoſtor non eſt à רמם, ſed à רמה: זכי Zachęus non à זכך. ſed à זכה purus fuit, ut קנאי Cannæus à קנא zelavit. Sic שמאי non poteſt eſſe à שמם quod proprie diſſipare denotat. Intelligens intelligit mentem meam. Male igitur Hieronymus, *Sammai & Hellel, non multo prius quam Dominus naſceretur orti ſunt in Iudæa: quorum prior diſſipator interpretatur, ſequens prophanus; eo quòd per traditiones* δευτερώσεις *ſuas legis præcepta diſſiparint atque maculaverint*, Sunt hæc folia farfari, & Nævii bufubata. Nam cum Dominus naſceretur, Hellel agebat annum circiter 110 Deinde ortus eſt non in Iudæa, ſed Babylonia. Hellel iſte natura manſuetus erat & humilis, ut Sammai קפדן .i. iracundus & irritabilis: unde conijcio initium contentionis fuiſſe a Sammai. Quales magiſtri, tales erant eorum diſcipuli. Sane diſcipuli domus Sammai occidebant diſcipulos domus Hellel, & ſtabant contra eos pro anima ſua. Quod relatum in Iuchaſin fol. 19. pag. 2. Non 60
ergo bona & ſancta erat contentio, nec etiam in nomine DOMINI fiebat, niſi forte verum illud, *In nomine Domini fit omne malum*. Contendebant autem de tribus potiſſimum capitib. aut, ut alii, octodecim. Capite primo in tractu de Sabbatho, *non diſſenſerunt niſi de tribus rebus*, Sed alibi, *Octodecim res, de quibus contentio fuit inter domum Sammai & domum, Hellel, ne Elias quidem abolere poſſet*. Sammai, ut hoc reliquis adjiciam, prædixit Herodem regnaturum. Vide Gorionidem.

שדי tamen quidam à שדד deducunt. Vide Abēmelech Gen 17. in principio, qui ait Iod in שדי eſſe pro littera geminata: & ſecundum R. Ioſeph Kimchi eſt nomē Thoar quod plene ſcriberetur שדדי Sameas diſcipulus Pollionis id eſt Hellel. Zona. 167.

Cap. II.

Terphon. Hiero. emendatus.

SEquitur in Hiero. Ieſ. 8. *poſt Aquibam Meir: cui ſucceßit Iohannan filius Zachai, & poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphon, & rurſum Ioſeph Galilaus, & uſque ad captivitatem Hieruſalem Ioſue.* Meir ab Ebræis vocatur R. Meir ר׳ מאיר/ Male igitur Mechir in manuſcripto, & A-
61 chir vel Machir in Gloſſ. Ordinaria. Succeſſit Aquibæ, Cabbaliſta, ut quidam volunt, 33. Iohannan filius Zachai eſt is, qui Ebræis dicitur יוחנן בן זכי: unde ſcribi poſſet Iohanan, unica N. In manu ſcripto eſt Iohannas, & in Ordinaria Iohanna. Hic ſub Veſpaſiano floruit, unde perſpici poteſt error Hieronymi; qui eum Aquibæ poſtponit. Abraham Zachuth, *Rabban Iohanan Cabbaliſta fuit 30. & R. Ioſue 31. R. Aquiba 32. & R. Meir 33. & Rabbenu Haccados 34.* Zachai eſt Zachæus quod nomen extat in Euangelio. Eliezer forte R. Eliezer filius Azariæ, cujus mentio in Iohaſin fol. 22. pag. 1. Sed quis Delphon? In manuſcripto, *Thelphon.* puto legendum Terphon, qui & Tarphon, & Τρυφῶν. Si modo is eſt Terphon quicum Iuſtinus diſputationem habuit. Certe tempora non repugnant. Sacerdos erat dives, qui
Pheſiſtha amabat R. Aquibam ſicut animam ſuam, & a quo etiam
44. 1. valde amabatur, Vnde dicebat

הפורש ממך כפורש מחייו

Qui ſe ſeparat à te ac ſi ſepararet ſe à vita ſua. In dubio
62 eſt fueritne præceptor Aquibæ, an ſocius ejus. Rab Aſer ait ſocium fuiſſe, licet in Siphre vocetur magiſter ſive præceptor ejus. Ioſue, id eſt, ר׳ יהושע/ Vtrum is de quo in Iohaſin fol. 37? *In Deuteroſi, tractatu Suta. R. Ioſua vo-*

cavit Aquibam diſcipulum R. Iohanam filii Zachai licet eſſet diſcipulus diſcipuli ejus. An is qui contentiones exercuit cum Gamaliele Iabnita? cujus meminit commentarius in Aboth fol. 16. & Iohaſin fol. 21. Mihi videtur fuiſſe Cabbaliſta trigeſimus primus, unde perperam Aquibas ei anteponitur. Sed in loco illo Hieronym. ὐδὲν ὑγιές.

Cap. 12.

Quæſitum obiter de tribu Phariſæorum.

OMitti poſſet hæc quæſtio, niſi eſſent qui Phariſæos pro magna parte ex tribu Simeon fuiſſe ſcriberent. Nam pars eorum erant ſcribæ, quos ad tribum Simeonis refert R. Salomo, inquiens Gen. 49. 3. *Non ſunt pauperes ſcribæ & docentes pueros niſi ex tribu Simeonis.* Cui aſſenſum præbet Ionathan Chaldæus paraphraſtes. ita ſcribens, *dividam tribum Simeonis ut ſint ſcribæ docentes in* 65
ſynagoga Iacobæorum. Nicolaus hanc R. Salomonis opinionem expreſſit per hæc verba, *Sed addunt Ebræi de diſperſione Simeonis dicentes, non eſt pauper ſcriptor nec pædagogus niſi de Simeon. Hoc eſt dicere quod illi de tribu Simeon diſcurrebant per ſortes ad quærendum victum* (ita légend. non virum) *ſcribendo vel pueros docendo, ſicut clerici pauperes faciunt apud Chriſtianos.* Notabis quòd ait; *pauperes ſcribæ.* Nam ita loquendo non negat quin alii non pauperes ex alia tribu fuerint. Sanè quidem ex tribu Iuda ſcribas etiam fuiſſe autor idem Ionathan Gen. 49. 10. ubi eos ספרין appellat, quum uſitatè ספרין dicantur. Verba ſunt, *Neque ſcribæ docentes legem, de filiis filiorum ejus uſque dum venerit rex Meſſias.* Mihi nulla dubitatio quin ex omni tribu fuerint ſcribæ, ut etiam Phariſæi. Nam

Hellel Phariſæus patrem habuit ex tribu Benjamin, matrem ex tribu Iuda. Plurimi quoque inter Phariſæos ſacerdotes erant, ut Terphon, Ioſephus & alii. Ea cauſa
64 mihi cur accedam Chryſoſtomo adſeveranti per omnes tribus in duodecim partes diſſeminatos fuiſſe Phariſæos.

Cap. 13.

Νομικοί. Scribæ, Sapientes. Lectionarii. Deuterotæ. Thalmudiſtæ.

Νομικὸς appellat vetus interpres legiſperitos. Hos Epiphanius diſtinguit à Scribis, quos γραμματεῖς & νομοδιδασκάλους vocat. Syrus confundit, dum, νομικὸν ספרא reddit. Eſt tamen ubi pro eo ponat ידע בנמוסא quod Latinè legiſperitum ſonat. Vide Matth. 22. 35. Vtrumque juvat locus qui eſt Luc 11. 45. Nam cùm Chriſtus dixiſſet Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, reſpondens quidam τῶν νομικῶν dixit ei, *Magiſter, quum hæc dicis, etiam nos afficis injuria* Q. d. Non ſolum ſcribas & Phariſæos, ſed etiam nos νομικοὺς, id eſt, legiſperitos. Ergo diverſi aliquantum νομικοὶ à ſcribis. Quod firmat amplius ὁ σωτὴρ, cum ait Καὶ τοῖς νομικοῖς οὐαὶ: *Væ vobis quoque legiſperitis.* In libro Aboth. cap. 6. *Dicit R. Ioſe filius Caſma quadam vice cum deambularem occurrit mihi homo quidam,*
65 *cui, quum me ſalutaſſet, ſalutem viciſſim reddidi. Tum ille, Magiſter, unde oriundus es? reſpondi, ex urbe magna ſapientum & ſcribarum.* Videtur Ieroſolymam innuere. Habeo domi commentarium in eum librum, qui ex decem Rabbinis collectus eſt, in queis R. Eliezer filius Nathan, & Moſes filius Maimon, & Don Iſahac Abarbenel. In eo ſapientes vocantur בעלי משנה .i. Deuterotæ, & בעלי תלמוד id eſt Thalmudiſtę, Scribæ autem בעלי מקרא quaſi

quaſi lectionarios dicas aut ſcripturarios vel textuarios. Nam מקרא textus Scripturæ. Ergo Scribæ textum enarrabant, cùm ſapientes, id eſt, Phariſæi verſarentur circa δευτερώσεις & traditiones majorum, quibus plus tribuebant quàm par erat. Non eſt prætereundum, quod Epiphanius in hæreſi τῶν γραμματέων ſcribit, οἵτινες ἦσαν, inquit, δευτερωταὶ τοῦ νόμου, ὡς γραμματικὴν τινὰ ἐπιστήμην ὑφηγούμενοι, τὰ ἄλλα πράττοντες τῶν ἰουδαίων.

Cap. 14.

Phariſæorum Dogmata.

FAto tribuunt omnia. Ioſephus Orig. lib. 18. cap. 2. προσάπτεσθαί τε εἱμαρμένῃ τὰ πάντα ἀξιοῦντες, quod reddi- 66
tum ab interprete Gelenio, *fato quæcunque geruntur tribuunt.* Fato & Deo. Rurſum Ioſephus capt. Iud. lib. 2. cap. 12. εἱμαρμένῃ τε καὶ θεῷ προσάπτουσι πάντα, id eſt interprete Rufino, *fato & Deo univerſa deputant.* Aliqua, non omnia. Idem Orig. lib. 13. cap. 9. Οἱ μὲν οὖν Φαρισαῖοι τινὰ καὶ οὐ πάντα εἱμαρμένης εἶναι λέγουσιν, id eſt, quædam non omnia fato tribuunt. Ecce à ſeipſo diſſidet. * Fatum autem appellat quod Ebræis מזל dicitur id eſt, planeta vel aſtrum, quod ſic agit ut tamen non cogat. Abraham Zachuth de Phariſæis *Credunt Deum noſſe ſive curare omnes res, & aſtrum juvare.* Iuvare ait, non cogere: recte ſanè. Nam ſi cogeret quis locus libero arbitrio? Tamen dicunt הכל תלוי במזל, omnia pendent a fato. Quod Chaldaice lectum Cohel. 9. 2. in Thargum בלא במזליא תליא omnia pendent ab aſtris: quo ſig. omnia ſub imperio aſtrorum eſſe. Dicunt etiam nullam herbam eſſe in terra, quæ non habeat proprium מזל in cælo. Dictio מזל etiam fortunam denotat, ut cum dicunt מזל טוב id eſt, ἀγαθὴ

* In tractatu de Sabbatho אין מזל לישראל Iſrael non regitur à fato. Nam juſtitia & preces & meritum immutant aſtrũ in bonum Albo, Serm. 4. c. 4. circa finem. Non eſt ulla herba inferi⁹, quæ non habeat planetam ſuperius Mana 148. 1.

Digitized by Google

ἀγαθὴ τύχη, ſive, ut cum Seneca loquar, benignius aſtrum & fortunæ influentis donum. Quippe מזל propriè influxio, παρὰ τὸ נזל fluxit videlicet. Id fortè movit Ioſephum ut hanc ſectam Stoicæ vicinam eſſe ſcriberet. Qua de re dicam alias, ſi Deus volet.

De libero arbitrio.

Zonaras de Phariſæis 189. Fatum eſſe docent, hoc tamen hominibus tribuentes ut illius impulſus vincere poſſint, ſi ſerio renitantur. rurſum 155. cum fatum affirment tamē quædam in noſtra eſſe pote- 68 ſtate ac fortuito advenire, nec omnia fieri neceſſario ſtatuunt.

FAto ita tribuunt vel omnia vel aliqua, ut nihilominus homini non adimant liberum arbitrium, ſi ad bonum ſive ad malum. Ioſephus Orig. Iuda. lib. 18. cap. 2. Οὔτε τοῦ ἀνθρωπείου τὸ βουλόμενον τῆς ἐπ' αὐτῆς ὁρμῆς ἀφαιροῦνται. δοκῆσαι τῷ Θεῷ κρᾶσιν γενέσθαι καὶ τῷ ἐκείνης βουλευτηρίῳ, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῷ θελήσαντι προσχωρεῖν κατὰ ἀρετῆς ἢ κακίας. Idem Haloſ. lib. 2. cap. 12. καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια καὶ μὴ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις κεῖσθαι. Vide quoque Orig. lib. 13. cap. 9. Abraham Zachuth. *Credunt planetam juvare, nihilominus relinquitur liberum arbitrium in manu hominis.* Id vocat הבחירה electionem. Dicitur & הרשות poteſtas, licentia, ut in illo dicto Aquibæ Phariſæi, quod refertur in Aboth cap. 3. הכל צפוי והרשות נתונה. Ad quem locum ſcholia Ebraica, *Licet homini facere id quod vult:* & mox, *Poteſtas ſive facultas eſt in manu hominis: ſi vult, peccat; et ſi non vult, cohibetur, ſicut ſcriptum eſt, ecce poſui coram te vitam & mortem, bonum & malum.* Hoc arbitrium à Deo juvari ſcribit R. David Pſal. 119. 170. per hæc verba, *Deus liberat hominem à peccato. Nam licet dederit ei liberum arbitrium, ſi tamen rectus eſt, adjuvat eum in via bona.* Quo pertinet Apophthegma illud, *Qui venit ut ſe mundet adjuvant eum.* Ioſeph Albo ſcribit quoſdam negare liberum arbitrium in homine, & in ea ſententia eſſe partim aſtrologorum. Hoc ſcribit in libro fundamentorum ſive articulorum,

culorum, quos Iccarim appellat, ſermone primo, capite nono. Vide, ſi vacas: nam agit ibi ex profeſſo de hominis arbitrio.

De anima.

CONſitentur animam immortalem eſſe, ac proinde non interire una cum corpore, quemadmodum Sadducæi dicebant. Ioſephus Orig. lib. 18 cap. 2. Abraham Zachuth in libro Iohaſin fol. 139. Lucas Euangeliſta 69 Act. 23. 8. ſi modo πνεῦμα hîc eſt anima. Nam alii, neſcio an melius, angelum & ſpiritum pro eodem accipiunt, niſi quòd ſpiritus vocabulum latiùs patet. Cui firmando quòd ſequitur, Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα. Sed hoc Theophylactus ita enarrat, ut dicat τὰ ἀμφότερα etiam de tribus uſurpari. Conſule Th. Bezam in Annotat. ad hunc locum. Sequitur in Theophylacto, ΟΥ δεῖ γὰρ ἐκ τῆς ἔξωθεν ἀκριβολέκτου κυριότητος κρίνειν τὰς τῶν ἀγραμμάτων καὶ ἁλιέων συγγραφάς. ἐκ τούτων γὰρ καὶ αἱρέσεις γεννῶνται. Quæ produxi propter vulgus litteratorum. Nam ignorant Apoſtolos & Euangeliſtas peculiarem dialectũ habuiſſe, quam Helleniſticam vocamus: qua uſi ſunt poſt interpretes LXX. Aquila, Theodotio, Symmachus: item autores librorum Apocryphorum, omneſq; adeo Iudæi, qui Græco ſermone aliquid conſcribebant. Excipio Philonem, Ioſephum & alios paucos. Fruſtra ergo vocat Apoſtolos ἀγραμμάτους, id eſt, litterarum rudes & indoctos. 70 Nam callebant optimè litteras divinas, edocti eas ab ipſo Chriſto, qui triennium aut amplius cum eis verſatus fuerat. Tali præceptore quis triennii ſpatio non maximos progreſſus faciat in literis? Sed quod ait, ἐκ τούτων γὰρ καὶ αἱρέσεις γεννῶνται, nimis quàm verùm eſt. Nam plerumq; fermè omnis hæreſis ex ignoratione illius linguæ, quàm dixi. Nunc ad propoſitum. Confi-

Zonaras 189. ἀθανασίαν τε ταῖς ψυχαῖς ἀπονέμουσι, καὶ δικαιώσεις ὑποχθονίους τῶν βεβιωμένων δοξάζουσι: animos immortales & ſub terra vitæ actæ rationes reddendas eſſe cenſent.

M tentur

tentur etiam judicia animarum ſub terris, fieri tum præmia cuique contingere ex virtutis aut malitiæ merito: & has perpetuis damnari carceribus, illis facilem eſſe ad vitam reditum. Verba ſunt interpretis nuperi apud Ioſephum, quæ habentur in loco quem modo citavimus. Abraham Zachuth, *Animæ bonæ oblectant ſeſe de operibus ſuis, & malæ deſcendunt & non aſcendunt.* Poſtrema verba Ioſephi, quæ Græce leguntur ταῖς δὲ ῥᾳςώνην τȣ̃ ἀναϐιοῦν, innuunt animarum piarum μετάβασιν ſive migrationem de uno corpore in aliud, quam Græci μετεμψύχωσιν appellant. Clarè hanc aſſtruit Ioſephus Haloſ. lib. 2. cap.
71 7. alias, 12. *Animam omnem quidem incorruptam eſſe, tranſire autem in alia corpora ſolas bonorum: improborum verò interminabili ſupplicio cruciari.* Quod dogma olim inter Iudæos viguiſſe duobus locis ex Euangelio probari poteſt. Vnus eſt Matth. 16. 14. alter Iohan. 9. 2.

De Angelis.

CRedunt angelos eſſe tam malos, quos dæmonas dicimus, quam bonos, qui Deo & piis miniſtrant. Illos appellant שרים Sedim: hos autem מלאכי השרת angelos miniſterii. Vide Act. 13 8. Saadias quidam ex illis doctoribus quos Gaonim nominant, opinatur humanam naturam angelica digniorem eſſe: in quo ipſum falli ac decipi puto. Nam inter homines honoratiſſimi & excellentiſſimi ſunt ipſi prophetæ, qui tamen angelos adorant, ut Ioſue, Zacharias, Daniel & alii. Ex his Ioſue non ſolum procidit ante angelum, ſed etiam ſe vocat ſervum ejus. Adhæc legimus Pſal 8. *minuiſti*, ſive ut alii, *deficere feciſti eum paullò minus ab angelis.* Quanquam in Hieron. *à Deo.*

Quod ſe afflixerunt propter legem.

Liber mandatorum fol. 11. col. 4. Quum diem ſuum obiiſſet R. Eliezer, percutiebat ſe R. Aquila, donec ſanguis effluerct in terram. Propter legem & propter præcepta faciebat hoc. Hæc ibi. Non ſolum jejunabant frequenter, ſed etiam ſepiſos verberabant miſere, adeo ut ſanguis effluerct, quod hodiæque faciunt nonnulli partem aliquam pietatis in eo collocantes.

De juſtitia coram Deo.

QVum nemo juſtus ſit apud Deum, tamen dicunt eum, qui pleraque mandata obſervarit, licet in nonnullis tranſgrediatur, nihilominus juſtum eſſe apud Deum. Quibus oppones dictum illud, *Non juſtificabitur apud Deum ulla caro*: & illud, *maledictus qui non manſe it in omnibus quæ ſcripta ſunt in lege:* item quod Iac ·bi 2. 10. *Quiſquis totam legem ſervaverit, offenderit autem in uno, omnibus tenetur*, ſive ut vetus editio habet, *factus eſt omnium reus.* Ad hunc locum Burgenſis Addit. 1. *Notandum* inquit, *quod B. Iacobus hoc docet contra falſam doctrinam Phariſæorum, qui legem divinam falſo interpretantes communiter tenent, quod ille qui plura mandata communiter ſervat, & tamen in paucis tranſgreditur, nihilominus eſt juſtus apud Deum.* 72

De reſurrectione.

COnfitentur etiam reſurrectionem corporum, quam nos reſurrectionem carnis dicimus, carnem pro corpore ſumentes. Abraham Zachuth, *poſtea reſurgent in reſurrectione.* dubito an ad malas animas, quarum ibi 73

mentio, extendi poſſit. Dubitandi cauſſa, quoniam in Ebræo תחיה quæ vox propriè ſignificat *ἀναβίωσιν* reviviſcentiam, reditum ſive reſurrectionem ad vitam. Vnde filii reſurrectionis vocantur Luc. 20. 36. id eſt, *υἱοὶ ἀναστάσεως*: quod Ebraicè diceretur בני תחיה. Quo pertinet & illud, *Reſurrectio non eſt niſi juſtorum*, id eſt תחיה non תקומה, quæ omnium eſt. Sed confundi ſcias. Sunt autem de reſurrectione mortuorum tres opiniones. Vna eſt eorum qui credunt omnes reſurrecturos ſive boni ſive mali ſint. Altera eorum qui de juſtis tantum hoc aſſerunt. Qua de re videndus R. David Pſal. 104. 30. Idem Pſal. 1. ad locum, *ideo non reſurgent &c.* ita ſcribit. *Iuſti poſt mortem ſuam reſurgent, ſed improbis non erit reſurrectio: verum morietur anima ipſorum una cum corpore ipſorum.* Hic eſt תקומה in fonte. Tertia tenet juſtos omnes & partem improborum reſurrecturos. Libellus eſt qui inſcribitur *Fides Iudæorum*. In eo ſcriptum habetur diſertè ידמה שאין תחית המתים אלא לכל הצדיקים ולקצת הרשעים *videtur quod reſurrecturi non ſint niſi omnes juſti & quidam improbi*, In comm. ſuper librum Aboth .i. patrum, fol. 53. *multi ex iis qui in pulvere dormiunt excitabuntur, non tamen omnes. Ideo dicit de mortuis quod reſurrecturi ſint. Nam ſtatim in hora mortis decretum fit de ipſo utrum rediturus ſit & victurus in futurum.*

Hęc opinio Phariſæorū erat Pauli ævo, liquet ex Act. 24. 25. cæterum ἀνάστασις νεκρῶν Syrè dicitur קימתא דמיתא Act 24. 21. & alibi קימתא דמן בית 74 מיתא Gall. reſurrection d'entre les morts. Nam בית inter.

Cap. 15.

Phariſæorum traditiones.

TRaditiones ſuas vocant תורה בעל פה; id eſt, legem oretenus traditam & *νόμον ἄγραφον*, id eſt, legem non ſcriptam, quam æquant legi ſcriptæ, utramque à Moſe in Sinai traditam fabulantes. Vocant etiam *παραδόσεις*

τῶν πρεσ-

Digitized by Google

τῶν πρεσβυτέρων, & קבלת חכמים doctrinam acceptam à ſapientibus & δευτερώσεις. Eſt autem δευτέρωσις, quæ Ebraice משנה dicitur: unde בעלי משנה qui & תנאים deuterotæ, & verbum quo ſæpe utuntur cùm dicunt תנו חכמים או רבנן ἐδευτέρωσαν οἱ σοφοὶ, ἤτοι οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν. Epiphanius, αἱ τῶν πρεσβυτέρων παραδόσεις, δευτερώσεις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λέγονται: ſeniorum traditiones dicuntur a Iudæis deuteroſes. Dè his contendebant cum Phariſæis Saducęi 75
nullam omnino legem præter ſcriptam recipientes. Ioſephus Orig. lib. 13. cap. 18: νῦν δὲ δηλῶσαι βούλομαι ὅτι νόμιμα πολλά τινα παρέδωσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωσέως νόμοις, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτο τὸ Σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ' ἐκ παραδόσεως μὴ τηρεῖν. Gorionides cap. 29. *Ecce Phariſæi dicebant ſervemus legem, quam tradiderunt patres noſtri in manus noſtras expoſitam per os ſapientum, qui expoſuerunt eam per traditionem. Et ecce Saducæi dicebant, ne credamus neque audiamus ullam traditionem aut ullam expoſitionem præter legem Moſi ſolam.* Harum traditionum meminit Hieronymus non ſemel, ut in comment. Ieſa. 59. *Contemnentes legem Dei, & ſequentes traditiones hominum, quas illi* δευτερώσεις *vocant.* Et Ezec. 36. *juxta Iudaicas fabulas, quas illi* δευτερώσεις *appellant.* Et epiſtola quæ ad Damaſum, *ne videremur aliquid prætcriiſſe eorum quas Iudæi vocant* δευτερώσεις, *& in quibus univerſam ſcientiam ponunt.* Et Matth. 22. *Phariſæi* 76
traditionum & obſervationum quas illi δευτερώσεις *vocant, juſtitiam præferebant.* Anſelmus, cùm hunc locum deſcriberet, pro δευτερώσεις repoſuit Deuteronomion. Ita inſcribitur quintus librorum Moſis, quoniam in eo repetitur lex coram iis qui priorem in Sina monte non audiverant. Rurſum Hiero. epiſt. ad Algaſiam quæſt. x.

Videntur igitur obſervationes Iudaicæ apud imperitos & vilem plebeculam imaginem habere rationis humanæque ſapientiæ: unde & doctores eorum σοφοὶ, *hoc eſt ſapientes, vocantur. Et ſiquando certis diebus traditiones ſuas exponunt diſcipulis ſuis, ſolent dicere* οἱ σοφοὶ δευτερῶσιν, *id eſt, ſapientes docent traditiones.*

De Sabbatho.

ORigenes περὶ ἀρχῶν lib. 4. cap. 2. *Traditiones protulerunt de Sabbatho, dicentes unum cuique locum ſuum reputari intra duo millia ulnarum. Alii vero, ex quibus eſt Doſitheus Samaritanus, notant quidem hujuſmodi expoſitiones,*
77 *ipſi autem ridiculoſius aliquid ſtatuunt, quod unuſquiſque quo habitu, quo loco, qua poſitione in die Sabbathi fuerit inventus, ita uſque ad veſperam debeat permanere, id eſt, vel ſedens, ut ſedeat tota die; vel ſi jacens, ut tota die jaceat. Sed & quod ait, non levare onus die Sabbathi, impoſſibile mihi videtur. Ex his enim ad fabulas infinitas Iudæorum doctores devoluti ſunt, dicentes non reputari onus, ſi calceamenta quis habeat ſine clavis: onus vero eſſe ſi caligas quis cum clavis habuerit. Et ſiquidem ſupra unum humerum aliquid portaverit, onus judicant: ſi vero ſupra utrumque, negabunt eſſe onus.* Hic aliqua obſervanda. Primum caligas dicit calceamenta ſive calceos, ut vetus interpres Gen. 14. 27. *uſque ad corrigiam caligæ*, id eſt נעל: & Act. 12. 8. *calcea te caligas tuas*, τὰ σανδάλιά σου. Deinde Doſitheum nominat Samaritanum, qui alius eſt ab illo cujus mentio in Epiphanio: quem Genebrardus perperam cum Baithos confundit. Tertio ulnas vocat, quas alii cubitos. Bis mille cubiti conficiebant iter Sabbathi, de quo alias. Hiero. pedes
78 appellat, licet inter pedes & cubitum vel ulnam magnum diſcrimen ſit. Hieronymi locus habetur in epiſtola ad Algaſiam, ubi de Phariſæis agit, quem non pigrabor

exſcri-

exſcribere, *quia juſſum eſt ut diebus Sabbathorum ſedeat unuſquiſque in domo ſua, & non egrediatur, neque ambulet de loco ubi habitat, ſi quando eos juxta litteram cœperimus arctare, ut non jaceant, non ambulent, non ſtent: ſed tantum ſedeant, ſi velint præcepta ſervare, ſolent dicere, Rab Aquiba & Simeon & Hellel magiſtri noſtri tradiderunt nobis ut bis mille pedes ambulemus in Sabbatho, & cætera iſtiuſmodi doctrinas hominum præferentes doctrinæ Dei. Non quod dicamus ſedendum ſemper eſſe in Sabbatho, & de loco in quo quis fuerit occupatus non recedendum: ſed quod id, quod impoſſibile legis eſt, in quo infirmatur per carnem, ſpirituali obſervatione complendum ſit.* Ob violatum Sabbathum, ut ipſi putabant, reprehenditur Chriſtus Matth. 12. 2. Luc. 6 7. Iohan. 9. 16. & 10. Etiam milites eo die quieſcebant & à pugna abſtinebant, ut videre eſt apud Ioſephum. Quod tamen poſtea mutatum. Vide 1. Machab. 1. 41. Et quidem au- 79
tore Matthathia Haſamonæo. Orig. lib. 12. cap. 8. *At ille docuit eos pugnandum etiam Sabbathis.* Gorionides cap. 20. fol. 36. col. 1. *Matthathias docuit Iſraelem pugnare in ſabbatho.*

Addenda.

Sabbathum violant etiam ob infantem recens natum quum mulier partui vicina in maximo periculo verſatur. Tum fœminam ſapientem vocant & umbelicum ejus ſecant &c. ex סמג fol. 20. col. 3. Rab. ששנא filius R. Samuel filii Adimi erat & cum circumcideretur erat ſabbathum &c. Iuch 105. 2. Diſcipuli ſapientum non exuunt calceos ſuos niſi in veſpera ſabbathi quia ſtudent totas noctes dierum profanorum & dormiunt parum in veſtimentis ſuis. Sephe Miſvoth fol. 14. col. 4. Moſis verba ſunt Exod. 16. 2. 9. Non egredietur homo è loco ſuo. Ea hæretici ad litteram accipiunt quos refellit autor Libri Miſvoth ex prophetis fol. 27. col. 2.

De

De Ieiunio.

IEjunant frequenter Matth. 9, 14. Luc. 5. 33. bis in ſeptimana Luc. 18 12. *jejuno bis ſabbatho*, id eſt, hebdomade. Id exponit Theophylactus per hæc verba, ἐνήστευον οἱ Φαρισαῖοι δευτέραν καὶ πέμπτην & eo antiquior Epiphanius, ἐνήστευον δὶς τοῦ σαββάτου, δευτέραν καὶ πέμπτην. Hoc eſt die ſecundo, qui eſt nobis dies Lunæ, & quinto, qui eſt dies Iovis. Sed cur iis diebus jejunant, & non aliis? Volumen Iejunii, *Decreverunt doctores noſtri felicis memoriæ jejunandum eſſe diebus ſecundo & quinto propter tria, videlicet ob deſtructum templum, ob legem conflagratam, & ob probrum divini nominis.* Vide ſis Quæſita mea. epiſt. 35. Mercerus annotat jejunare Iudæos etiam die quarto, quod is dies ſit maledictus, in quo infantes ſynanche corripiantur, quam אסכרה vocant. Quod imitati Chriſtiani, jejunant quidem die quarto, ſed veram ejus jejunii cauſam ignorant.

His diebus etiam lex legebatur Pheſic fol. 41. col. 4. בבא קמא 102. 4. Cauſſa jejunii & lectionis redditur בבא in eodem libro 108. 2. Nam Moſes inquiunt conſcendit montem die quinto & deſcendit die ſecundo.

Hoc ex Medras Ezras primus ſtatuit ut legerent decem verſus tres viri, cum prius ſinguli ſingulum verſum legerent. Sepher בבא 108. 2.

De lotione manuum.

NOn edunt niſi manus laverint, quod faciunt πυγμῇ Marc. 7. 3. Id variè interpretantur. Vulgata & Eraſmus *crebro*, id eſt, πυκνῶς. Alius, *ad cubitum uſque.* Alius *ſedulo ac diligenter*, ducta metaphora à pugilum pugna, quæ πυγμὴ dicitur. Lex. Græcolat. vetus, πυγμή, *dimicacio, pugna*, & Lat. Græcum, *pugna*, μαχὴ, πυγμή. Beza, *niſi pugno laverint. Digna ſane interpretatio*, inquit Serarius, *quæ pugnis tundatur.* Quàm vellem ipſum nunc eſſe Genevæ, & hanc illi interpretationem pugnis contunderet. Mirarer ſi hoc ei impune abiret. Sed ad rem. Exod. 21. 18. באגרף Lxx. πυγμῇ. Hiero *pugno.* Ieſ. 58. 4. Lxx. πυγμαῖς. Hiero. ut ſupra. Eſt autem אגרף manus in digitos contracta: unde בעלי אגרף qui pugnis valent.

Sunt

Sunt qui glebam terræ interpretentur. Mos lavandi ante cibum à majoribus eſt, quos הזקנים id eſt πρεσβυτέρους appellant. Vnde Matth. 15. 2. *Quare diſcipuli tui transgrediuntur traditionem ſeniorum? Non enim lavant manus ſuas quum edunt panem.* Seniores dicunt, ut exempli gratia, Hellelem & Sammai: quorum uterque peculiariter זקן, .i. ſenex vocatur, & qui ex eorum familia dicuntur ſenes domus Hellel & Samai. Alio ſenſu uſurpatur hæc vox in illo, *Ioſue tradidit ſenibus*, ſive quod idem, *ſenioribus*. Nam hîc ſig. præſides Iudææ, quos vulgo judices appellant: de quibus in libro Aboth Cracoviæ impreſſo cum commentario decem Rabbinorum, in queis Don Iſahac Aberbenel, & Abdias Bartinora. 81

Vel certe judices Sanhedrin, quos Senatores non malè voces: qui una cum præſidibus, Rempub. adminiſtrabant. Senes etiam dicuntur ſapientes, licet ætate juvenes ſint. Vide Tropos in Senex.

De lotione à foro.

A Foro venientes lavabant non manus tantùm, ſed etiam totum reliquum corpus, quòd in foro peccatores & immundi verſarentur, quorum contactu polllui facilè poterant. Id faciebant antequam cibum ſumerent, tenentes traditionem ſeniorum. Marc. 7. 4. ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. Notatum in quodam vetuſtiſſimo exemplari additum eſſe ὅταν ἔλθωσι, *quum venerint*, à foro ſcilicet. Nam ibi cum vario genere hominum illis res erat, ſæpe etiam cum gentibus quæ Iudæis pollutæ & immundæ cenſebantur. Totius autem corporis ablutionem colligunt ex Græco verbo βαπτίζεσθαι, quod ibi uſurpat Euangeliſta. Vide ſis Theodorum, è quo Serarius hauſit locum Plutarchi, βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν, id eſt, immerge te tingendi cauſſa. De Bano Phariſæo Heremita ſcribit Ioſephus ſolitum fuiſſe ψυχρῷ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λούεσθαι πρὸς ἁγνείαν. Hinc ἡμεροβαπτισταὶ dicti, qui ſe quotidie lavabant, de quibus alias. 82

De lotione poculorum, &c.

OBſervant etiam diligenter lotiones poculorum, ſive, ut vetus interpres habet, calicum & ſextariorum ſive urceorum. item æramentorum & lectorum Marc. 7.4. Ab hac lavandi conſuetudine vocantur à Iuſtino βαπτισαὶ in dialogo πρὸς Τρύφωνα, quem Tarphon ſive Terphon eſſe putarim, qui Iuſtino coævus fuit. Nam
83 vixit ſub Adriano & Antonino Pio. De hoc dictum ſupra. Vide, ſi vis & ſi vacas. Apud Suidam ξεσῶν καὶ πινάκων καὶ ποτηρίων καθαρισμοί. Lex. vet. πίναξ, catinus. Lectos autem intellige non tam cubiculares quam diſcubitorios, quos & triclinares appellant, quod eos in tricliniis haberent, in quibus recumbentes cibum ſumebant. An cubiculares etiam laverint, quos nocturnæ quietis cauſſa habebant, diſquirendum puto.

P. 95. Sapientes puri ſunt tollunt maculas è veſtibus ſuis & lavãt eas, licet ab una tantum parte maculatæ fuerint. Bun בורך .i. populus terræ non lavant veſtes ſuas donec tranſierit macula in partem alteram. Iuch. 81.1.

Quod cibum non capiant cum peccatoribus, nec ab iis tangi velint.

CVm publicanis cibum non capiunt, ut nec cum peccatoribus, qui ſunt homines improbi: a quibus ne tangi quidem volunt, cùm eorum tactu ſe pollui credant. Ex quo illud Matth. 9.11. *Quare cum publicanis & peccatoribus edit magiſter veſter?* & Luc. 7. 39. *Hic ſi eſſet propheta, noſſet qua & qualis ſit ea mulier, quæ tangit eum: nam peccatrix eſt.* Eandem opinionem habebant de vulgo, à quo etiam tangi nolebant. In Iuchaſin ſive Iohaſin, *Phariſæi non permittebant ſe tangi à populis terræ.* De his
84 propheta Ieſ. 65. 5. *Qui dicunt, Recede à me ne approquinques mihi, quia immundus es.* Ebraice eſt, *quia ſanctior te ſum.* Nam ſe ſanctos eſſe putabant, peccatores autem immundos: ideò tangi ab illis nolebant. אל תגש בי poteſt verti *ne attingas me.* Mos Sammaritarum, cum occurrunt Iudæo

aut

aut Chriſtiano aut Mahumetano ut dicant, *ne tangas me:* 85
vel, *ne attingito me.* Siquidem eos omnes qui diverſam religionem profitentur pro pollutis habent. Quod notavit Epiphanius per hæc verba, ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλα τινὰ ἀνοίας ἔθη παλαιά. οὔρῳ κλυζόμενοι ἐπὰν ἀπὸ ξένης ἔλθωσι, μεμιαμμένοι δῆθεν. ὕδατι σὺν ἱματίοις βαπτιζόμεναι ἐπὰν ἅψωνται ἑτέρου τῶν ἀλλοεθνῶν. μιασμὸν γὰρ ἡγοῦνται τὸ τινὸς ἅψασθαι, ἤτοι θιγεῖν ἄλλου τινὸς ἀνθρώπου ἀπ' ἄλλου δόγματος. Et aliquam multo poſt de Doſitheis agens, ὡσαύτως, inquit, μὲν περιτομήν τε καὶ σάββατον, καὶ τὸ μὴ θιγγάνειν τινὸς διὰ τὸ βδελύττεσθαι πάντα ἄνθρωπον, ὁμοίως ἔχουσι. Scaliger de emend. temporum lib. VII. *Ex iiſdem Samaritis habitari inſulam quandam in ſinu rubro notat Geographus Arabs, ſcriptor eximius, in quinta parte climatis ſecundi. Poſt eam inſula Samaritarum, quam incolunt quidam Iudæi Samaritæ. Argumento eſt, quòd unuſquiſque eorum dicat, quoties aliquis applicat ſe ad eos, Ne attingas. Et hoc quidem ſermone cognoſcitur, quòd ipſi ſint ex iis Iudæis, qui cognominantur Samaritæ, complices vituli in ſeculo Moſis, ſuper quem ſit pax. Proverbialis eſt locutio in Alcorano, nullius colloquio fruaris. Ex quo intelligitur verè Samaritas eſſe qui illam inſulam incolunt, ut qui advenas colloquio ſui arceant, quòd omnes profanos exiſtiment. Quæ arrogans ſuperſtitio etiam hodie in Samaritis remanſit, ut relatum ab iis, qui eos convenerunt.* Hactenus Scaliger.

De Precatione.

NON ſolùm continenter precantur, id eſt, συνεχῶς, Epiphanius pag. 20 ſed etiam longis utuntur precibus in ſpeciem, Matth. 23. 14. Stando precantur in conventibus & angulis platearum (id alius dixit, in angiportis platearum) ut appareant hominibus. 6. 5. Deprecationes faciunt Luc. 5. 33. Vetus conſuetudo ter in die 86

 preca-

precabatur. Pſal. 55. 18. *Veſpere, mane ac meridie meditor ac perſtrepo.* Quas horas definiunt, tertiam, ſextam & nonam. Tertia reſpondet nonæ ante meridiem. Sexta eſt noſtra duodecima. Nona verò tertia poſt meridiem. Tum veſpertinæ preces concipiebantur. Secuta eſt congregatio ſancta, quæ קהלה קדושה dicebatur. Ea partiebatur diem in tres tertias: quarum una precibus deputabatur: altera legi: tertia operi. Ecce quatuor horæ precum. Haſidæi ſanctiores erant reliquis, novem horas ei rei deputabant. Qua de re diximus alibi. Docent precandum eſſe ſubmiſſa voce, Hannæ matris Samuelis exemplo. Vnde in Berachoth, *Qui extollit vocem ſuam in precatione eſt pſeudopropheta, & qui audire facit vocē ſuam in precatione eſt homo parvæ fidei:* & lingua nota. In Thalmud Ieroſolomytano, tractatu Sota, *Quum R. Levi Cæſaream veniſſet, audivit aliquos recitantes* שמע *audi* (*precatio eſt quæ incipit, Audi Iſrael,* DOMINUS *Deus tuus, &c.*) *Græcè.*
87 *Volebat itaque interdicere. Quod cùm audiviſſet R. Ioſes, iratus dixit, Quicunque eam Syriacè recitare neſcit, ne recitet, ſed recitet eâ linguâ quam intelligit. Hoc pacto ſuo muneri ſatisfacit.* Verba Ebræa extant apud Angelum Caninium de lucis N. T. pag. 13. Ex veteri diſciplina eſt quod precantes templum reſpexerint. Idem faciebant adorantes: unde Pſalmographus, *Adorabo ad templum ſanctitatis tuæ.* R. David, *Omnis qui adorat Deum ponit templum & locum ſacroſanctum ante ſe, & eo verſus adorat Deum.* Nicolaus Pſal. 75. Iudæi etiam extra Ieroſolymam exiſtentes verſa facie Ieruſalem verſus adorabant, ut habetur 2. Paralip. 6. 34. Cur Ieruſalem verſus? haut dubiè propter templum quod in ea.

De Do-

De Decimis.

DEcimabant omnia ſua, etiam minima quæque, ut ſunt menta, cyminum, ruta & anethum. Luc. 18. 12. ait Phariſæus quidam ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι, id eſt, *decimo quæcunque poſſideo*: vel ut vetus interpres, *decimas do omnium quæ poſſideo*. Matth. 23. 23. ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον: decimatis mentham & rutam & omne olus. Etiam primitias ſolvebant, Epiphanius de Phariſæis, ἀπεδεκάτουν δὲ τὴν δεκάτωσιν, τὰς ἀπαρχὰς ἐδίδουν, τριακοντάδας τε καὶ πεντεκοντάδας, τὰς δὲ θυσίας ἀσφελέστα καὶ τὰς εὐχὰς ἀπετίννυον. De decimis extat dictum Aquibæ, *decima ſepimentum divitiarum*. Quod ſumptum fortè ex Proverb. 3. 10. & 11. Dicunt etiam עשר בשביל שתתעשר *decima ut dives fias*. Vide Aboth, fol. 35. pag. 3. Ceterum decimare, quod Ebraicè עשר dicitur, ſignificat etiam decimas exigere, ut Ebræo. 7. 5. unde לוים מעשרים Levitæ decimas exigentes aut accipientes. Nehem. 10. 37. Decimarum aliæ primæ dicebantur, aliæ ſecundæ, aliæ tertiæ. De his tribus decimis vide Ioſephum Orig. lib. 4. cap. 18. Primæ & ſecundæ, quæ מעשר הראשון והשני dicuntur, mentio & in Iucha. fol. 60. pag. 2. Decimæ decimarum, quas Levitæ dabant ſacerdotibus, nempe ex ſuis decimis, quas acceperant a populo. Dicam de his aliàs, ſi vita longior obtinget.

Etiam vicia decimabantur & offerebantur quia eorum uſus facies 88 tempore סמג 195. 4. Olera decimabant ex traditione majorum. ibid.

Iethro proſelytus factus eſt במילה per circumciſionem 89

De Proſelytis.

MAtth. 23. 15. *circuitis mare & aridam ut faciatis unum proſelytum*. Græcè eſt ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον. Nomen proſelyti ſumitur late ac ſtricte. Late ut cum pro advena ponitur, qui Chaldaice גיורא etiam dicitur Exod. 22. 2. Vnde verbum προσηλυτεύω advena ſum in edit. Aquilæ Pontici Pſal. 5. 5. & 12. 5. & ab eo nomen προσηλύτευσις, com-

& וטבילה baptiſmum והצאת דמים במשפט. Gerund. Exod. 18. fol. 111. pag. 1.

commoratio, peregrinatio in eadem edit. Gen. 47. 9. Stricté ſumitur quando denotat eum qui ex gentibus in fidem & conſortium populi veteris, accepta circumciſione, tranſivit. Hunc Ebræi appellant גר & interpretes Chaldaici גיורא, unde γίωρα & γέιωρα, quod male γίορα ſcribitur in Theodoreto ad Exod. Quæſt. 24 γίοραν γὰρ τὸν προσήλυτον ἐκάλεσεν. Euſebius diſtinguere videtur Hiſt. Eccleſ. lib. 1. fol. 7. ἢ προσηλύτους τούς τε καλουμένους γειώρας τοὺς ἐπιμίκτους. A גר verbum eſt apud Ebræos התגייר, quod ſig. proſelytum fieri. Fiebat autem proſelytus tribus rebus, circumciſione, baptiſmo & placatione per oblationem, quam vocant הרצאת קרבן. Videndus R. Levi Exod. 24. In Munſtero habetur, *per ſanguinem oblationis.* Circumciſio ſignum erat fœderis, in quod recipiebantur. Baptiſmus requirebatur ad munditiem, cùm gentes omnes pro immundis haberent. Placabatur deinde Deus per oblationem, quæ fiebat cùm templum adhuc ſtaret. Nunc quia exciſum eſt, nihil opus oblatione. Neſcio an adhuc baptiſmus adhibeatur. Nam dicunt, *Proſelytus non eſt proſelytus niſi circumciſus fuerit: debet autem circumcidi tribus præſentibus.* Si fœmina erat non circumcidebatur, tantùm baptizabatur, & offerebat holocauſtum beſtiæ aut duos turtures, aut par columbarum. Serarius ex Aegyptio Moſe annotat hodie requiri baptiſma & circumciſionem: in fœminis vero tantum baptiſma.

90 In סמג eſt הרצאת דמ׳ב של קרבן. Vide fol. 40. col. 2. Si fœmina fuerit, טבילה וקרבן. Offerebant autem holocauſtum בהמה aut duos turtures aut duos pullos columbinos. Vide locum. Nam dign⁹ eſt qui legatur, expendatur.

De Phylacteriis.

Matth. 23. 5, πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν: *dilatant Phylacteria ſua*. Vox eſt mere Græca: non, ut quidam volunt, compoſita ex duabus linguis. Sonat autem ut ſi Latine dicas ſervatoria ſive conſervatoria. Nam per ea conſervabatur memoria legis. Eadem vox ſig. amuleta quæ nonnulli amolita vocant, ab amoliendo videli-

Vide Ilmed. fol 26. col. 3

91 Vbi Thephilim tam brachii quã

videlicet. Lex. Latino Græcum vetus, *Amoletum, φυλακτήριον.* & Græco-Lat. *φυλακτήριον, ſervatorium, amolimentum, amuletum, prævia.* Quid hîc prævia? An legendum brevia? Nam breve in quo aliquid ſcriptum, *ut breve nominum, aut breve militantium.* Puto rectum eſſe, prœbia, quæ ſunt amuleta à prohibendo: Varro lib. 6. de lingua latina. *In Stigmatia, Præbia à præbendo, ut ſit tutum: quod ſint remedia in collo pueris.* Ita libri vulgati: ſed ſcribendum conjectante Scaligero, *Præbia, à prohibendo, ut etiam in Feſto, Præbia Verrius vocari ait quòd mala prohibeant.* Vide locum. hæc obiter. Iam ad φυλακτήρια, quæ Ebraice טטפות dicuntur, de cujus etymo variæ ſunt Grammaticorum opiniones, & pleræque ineptæ, qualis eſt Manahemi Ebræi à loquendo deducentis, quod eſt הטיף & proprie ſtillare ſig. Moſes Gerundenſis ait pluraliter dici Totaphoth quòd plures domos continerent. R. David præfatione in librum radicum, *Quatuor domos Thephillin, id eſt, Phylacteriorum vocarunt Totaphoth. Nam* טט *in lingua Ægyptia duo, &* פת *in lingua Africana etiam duo.* R Salomo Exod. 13. 16. *Totaphoth ſunt* תפלין*, ſic dicta quòd habeant quatuor domos. Siquidem* טט *In Ægypto duo, &* פת *in Africa totidem.* Vtrobique legitur כתפי pro Ægypto, quod potius ſcribendum eſſet inverſis litteris כפתי Chyphti. pro quo in ipſis radicibus voce טטף ſcriptum גדפי per Gimel & Daleth. Scribit autem Thevetus, teſte Ortelio, Ægyptum ab indigenis vocari Chibth. Mihi non dubium quin ſit corruptum ex voce Græca Αἴγυπτος. Quod noto propter Fagium, qui videtur mihi legiſſe כספי quæ eſt Caſpia gens, *Tot*, inquit, *R. Salomo in Caſpia duo ſignificare contendit*, Non in Caſpia, ô vir bone, ſed in Ægyto. Redeamus unde digreſſi ſumus. Abenezra Totaphoth ait eſſe כמו זכרון

capitis ponātur habes in libro Muſar 32. 1. Vide ſodes. Nam locus eſt inſignis. Qui ponit מתפלין dicit, Ego pono תפלין ad ſtabiliēdum præceptum creatoris mei. Pluraq; de his in רחחק 39. 1.

92

זכרון *ὡσεὶ μνημόσυνον*. Si recte, tum טטפת erit quaſi *μνημόσυνον*. Sane pro לטטפת in alio loco eſt לזכרון: unde Abe-
93 nezræ interpretamentum. Autor lexici Thalmudici, quod Aruch inſcribitur, *vocantur Totaphoth, quia poſita erant ſupra frontem in loco Hattotaphoth*. Ecce aliud etymon. Sed quis locus ille capitis qui Totaphoth dicitur? in Thargum 2. Reg. 1.10. טוטפתא aliud denotare videtur. Nam ibi in Ebræo אצעדה, quod armillam reddunt. R. Abaham autor Totaphoth pertigiſſe ab una aure ad aliam. Gerundenſis interpretatur dicens ſignificare id quod in capite ponitur, hoc eſt *φυλακτήριον* capitis. Nam erat aliud *φυλακτήριον* manus, Hæc phylacteria interpretes Chaldæi & Magiſtri תפלין appellant, cujus ſingularis תפלה pro phylacterio ſumi videtur in Baal Aruch. Dictio Ebræa obvia, Exod. 13. 16 Vbi vetus interpres & *quaſi appenſum quid*. LXX. *ἀσάλευτον*, id eſt. amuletum, quaſi immotum quid., ſeu immobile, Aquila *εἰς ἔνεκτα*, quod vertunt, *in appenſa quædam*. Sanctes, *in frontalia*. Poſſes vertere ex Euangelio, *in phylacteria*, niſi phylacterii vox latiùs pateret. Sunt qui voce Aegyptia ſignificare dicant conſpicilla ſive ſive conſpicilia. Quod apud Ebræ-
94 os nondum mihi legere contigit. Singularem habet טטבת vel, טטת: eſtque membrana, in qua ſcribunt ſectiones aliquas è lege, Debent autem tam lora quàm pelles domorum fieri ex beſtia, vel fera munda. In tractatu de Sabbatho, *Baithuſæus quidam interrogabat R. Iaſuam Vnde illud quòd non ſcribant Thephillin, niſi ſuper pellem beſtiæ mundæ?* De his Hieron. in comment. Ezec. 24. *Ajunt Ebræi uſque hodie Babylonios magiſtros legis præcepta ſervantes decalogum ſcriptum in membrannlis circumdare capiti, & hæc eſſe quæ jubeantur ante oculos & in fronte pendere, ut ſemper videant quæ præcepta ſunt.* Et alibi, *Scribæ & Phari-*

93 Gerund. Exod. 13. fol. 111. רבותינו יקראו הרבה המונח בראש טוטפות. Quod autẽ plures domos habuerint, cabbala eſt à majoribus accepta. ibid. חמש טוטפות בתפלין. Albo Ser. 3. cap. 14. תפלה של יד תפלה של ראש

94 in lib. Muſar, 32. 32.

Phariſæi in membranis decalogum Moyſi, id eſt, decem verba
legis complicantes & ligantes in fronte, & quaſi coronam ca-
piti facientes, ut ſemper ante oculos moverentur, quod uſque
hodie Indi & Perſæ & Babylonii faciunt. Vide ipſum Matt.
23. Zacharias in unum de quatuor *Deut. 6. Ligabis ea*
*in * manu tua & erunt immota* (ἀσάλευτα, .i. amuleta) *ante* * Læva ſive
oculos tuos. Et eſt ſenſus, præcepta mea opere compleantur, & 95 ſiniſtra. Vide Gerund. Exod. 13. fol. 111. pag. 1.
mediteris in eis die ac nocte, Hoc Phariſæi malè interpretan-
tes, ſcribebant in membranulis decalogum Moyſi, id eſt, decem
verba legis complicantes ea & ligantes in fronte, & quaſi co-
ronam capite facientes, ut ſemper ante oculos moverentur.
Quod uſque hodie Indi & Babylonii faciunt, & qui hoc habu-
erit, quaſi religioſus in populis judicatur. Et mox, *Pitaciola*
verò illa decalogi phylacteria vocabant, quòd quicunque ha-
buiſſet ea, quaſi ob cuſtodiam & munimentum ſui haberet,
non intelligentibus Phariſæis hæc in corde ſuo portanda eſſe.
Liber eſt apud Eucherium continens explicationem vo-
cabulorum in ſacris obviorum. In eo ita ſcriptum le-
ctum, *Philacteria Pitaciola, ubi decem præcepta Iudæi ſcribe-*
bant, & fronti ſuæ alligabant, quaſi legem cuſtodientes & ſem-
per ante oculos habentes. Phylacteria ſunt etiam cantica turpia.
Epiphanius interpretatur πλατέα σήματα πορφύρας. Qui
plura ſcire deſiderat adeat ad Fagii annot. in paraphraſin
Chaldaicam Exod. 13. Hiero. ab Oleaſtro in eundem 96
locum, Munſterum Matth. 23. & alios, quorum labores
non compilo. Audi nuuc & ride. Etiam Deus phylacteria
geſtat, in quibus ſcriptum ex 2. Reg. 7. *Quæ eſt gens ut*
populus Iſrael in terra. Quod notavit ex Berachoth cap. 1.
Hieronymus de ſancta fide, ubi perperam Ceſſilin edi-
tum pro Thephillin. id eſt, Phylacteria. Vide illum lib.
2. contra Judæos, cap. 2.

Cap. 16.

Zecharon. Serarii dormitatio. alia.

PAg. 65. ait *Deut.* 6. 8. *Exod.* 13. 16. *pro tophaphoth in Deuteronomio poſita eſt Zecaron, id eſt, ut verterunt Lxx.* μνημόσυνον: *ideoque & ſic Abenezra* זכרון *explicat.* Vigilans an dormiens hæc ſcripſerit, neſcio. Si vigilans tum certe vigilans dormitavit. Quanquam autem, ut Horatius ait, nonnunquam bonus dormitat Homerus, tamen ego exiſtimabam hoc proprium eſſe poetarum & eorum qui poetas enarrant, hoc eſt Grammaticorum. Patres doctoreſque theologos putabam, dum libros componunt,
97 dormitare non poſſe. Falſus ſum, ut video, opinione mea. Confiteor tibi pater Serari: mea culpa. Ito jam & nega me bonum catholicum eſſe. nam hæretici non confitentur ſacerdoti errores ſuos, Sciendum vero tophaphoth vocem nihili eſſe. Hoc primum: deinde non in Deuteronomio, qui eſt quintus librorum Moſis, ſed Exod. 13. 9. legi בין עיניך לזכרון, pro eo quod verſ. 16. & in Deut. לטטפות εἰς φυλακτήρια. Ideo Abenezra Totaphoth ait eſſe כמו זכרון quaſi μνημόσυνον. Quod ut non plane improbo, ita penitus omnino approbare non poſſum. Hîc obiter quæro, primum an Lex phylacteria præceperit? quod aſſerunt Iudæi. Sane Moſes ait, *cuſtodies ſtatutum hoc.* Id pertinere dicunt ad omnes, qui phylacteria cuſtodire poſſunt: unde illud *Parvulus qui novit cuſtodire phylacteria, faciat ſibi phylacteria.* Notatum hoc in Midras Mechilta, fol 8. col. 4. Deinde an Chriſtus ea damnarit? Quæſtiones ſunt duæ. Ad priorem reſpondeo legis verba ambigua eſſe. Nam לטטפות quod verbum è verbo ſonat, *in phylacteria*, vel ſi mavis *in frontalia*, tam po-

tam poteſt exponi, erunt Phylacteriorum loco, quam erunt phylacteria. Sic לאשה dicimus, pro, uxoris loco. Quæ interpretatio ſi recipitur, tum ſenſus erit, verſabuntur tibi ſemper ob oculos perinde ac ſi phylacteria aut 98
frontalia eſſent. Ad poſteriorem reſpondeo ſimpliciter non damnari uſum phylacteriorum. Siquidem Chriſtus non dicit, *geſtant phylacteria*; ſed *dilatant* id eſt, πλατύνουσιν, ut ſi diceret, quam latiſſima & ampliſſima faciunt. Neque dubium quin pietatis partem in eo aliquam collocaverint.

De fimbriis.

MAtth. 23. 5. ubi vetus editio habet, *magnificant fimbrias*, hoc eſt magnas & amplas faciunt; non, magnifice jactant aut extollunt, ibi Græci codices legunt μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν; & interpres recentior vertit, *producunt fimbrias palliorum ſuorum*. Eſt autem κράσπεδον ora veſtimenti, quæ & laſcinia dicitur. Lex. vetus, κράσπεδον, *fimbria, laſcinia*. Quidam limbum interpretantur. Sed limbus aliud eſt, nempe id quod περὶ τὴν χλαῖναν κύκλῳ. Epiphanius pag 20. τὰ κράσπεδα ἵνα εἴπῃ κροσσοὺς. Idem de Scribis, ἔχοντες δέ τινα κράσπεδα σημαντικὰ τῆς αὐτῶν πολιτείας. Notatum eſt Chriſti veſtem etiam fimbrias habuiſſe & Iudæos hodie fila numero 99
octo ex lana contexta quatuor angulis certa quadam lege in panno quadrangulari vincire, eaque ציצית vocare. Hoc ultimum notavit in dictionario ſuo Forſterus. Dictio ציצית obvia Num. 15. ubi Hieron. fimbrias interpretatur, & Lxx. κράσπεδα. Sed Deut. 22. 12. in fonte גדילים ubi Senes habent κράσπεδα, & interpretes Chaldæi כרוספדין, quæ vox à Græcis mutuata. Ebræi hæc duo diſtinguunt. Nam dicunt vocari ציצית proprie id quod pendens relinquitur poſt texturam in veſte; גדילים fila

Cap. 16.

Zecharon. Serarii dormitatio. alia.

PAg. 65. ait *Deut.* 6. 8. *Exod.* 13. 16. *pro tophaphoth in Deuteronomio poſita eſt Zecaron, id eſt, ut verterunt Lxx.* μνημόσυνον: *ideoque & ſic Abenezra* זכרון *explicat.* Vigilans an dormiens hæc ſcripſerit, neſcio. Si vigilans tum certè vigilans dormitavit. Quanquam autem, ut Horatius ait, nonnunquam bonus dormitat Homerus, tamen ego exiſtimabam hoc proprium eſſe poetarum & eorum qui poetas enarrant, hoc eſt Grammaticorum. Patres doctoreſque theologos putabam, dum libros componunt,
97 dormitare non poſſe. Falſus ſum, ut video, opinione mea. Confiteor tibi pater Serari: mea culpa. Ito jam & nega me bonum catholicum eſſe. nam hæretici non confitentur ſacerdoti errores ſuos, Sciendum vero tophaphoth vocem nihili eſſe. Hoc primum: deinde non in Deuteronomio, qui eſt quintus librorum Moſis, ſed Exod. 13. 9. legi בין עיניך לזכרון; pro eo quod verſ. 16. & in Deut. לטטפות εἰς φυλακτήρια. Ideo Abenezra Totaphoth ait eſſe כמו זכרון quaſi μνημόσυνον. Quod ut non planè improbo, ita penitus omninò approbare non poſſum. Hîc obiter quæro, primum an Lex phylacteria præceperit? quod aſſerunt Iudæi. Sanè Moſes ait, *cuſtodies ſtatutum hoc.* Id pertinere dicunt ad omnes, qui phylacteria cuſtodire poſſunt: unde illud *Parvulus qui novit cuſtodire phylacteria, faciat ſibi phylacteria.* Notatum hoc in Midras Mechilta, fol 8. col. 4. Deinde an Chriſtus ea damnarit? Quæſtiones ſunt duæ. Ad priorem reſpondeo legis verba ambigua eſſe. Nam לטטפות quod verbum è verbo ſonat, *in phylacteria*, vel ſi mavis *in frontalia*, tam po-

tam poteſt exponi, erunt Phylacteriorum loco, quam erunt phylacteria. Sic לאשה dicimus, pro, uxoris loco. Quæ interpretatio ſi recipitur, tum ſenſus erit, verſabuntur tibi ſemper ob oculos perinde ac ſi phylacteria aut 98
frontalia eſſent. Ad poſteriorem reſpondeo ſimpliciter non damnari uſum phylacteriorum. Siquidem Chriſtus non dicit, *geſtant phylacteria*; ſed *dilatant* id eſt, πλατύνουσιν, ut ſi diceret, quam latiſſima & ampliſſima faciunt. Neque dubium quin pietatis partem in eo aliquam collocaverint.

De fimbriis.

MAtth. 23. 5. ubi vetus editio habet, *magnificant fimbrias*, hoc eſt magnas & amplas faciunt; non, magnifice jactant aut extollunt, ibi Græci codices legunt μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν; & interpretes recentior vertit, *producunt fimbrias palliorum ſuorum* Eſt autem κράσπεδον ora veſtimenti, quæ & laſcinia dicitur. Lex. vetus, κράσπεδον, *fimbria, laſcinia*. Quidam limbum interpretantur. Sed limbus aliud eſt, nempe id quod περὶ τὴν χλαῖναν κύκλῳ. Epiphanius pag 20. τὰ κράσπεδα ἵνα εἴπη κρόσσους. Idem de Scribis, ἔχοντες δέ τινα κράσπεδα σημαντικὰ τῆς αὐτῶν πολιτείας. Notatum eſt Chriſti veſtem etiam fimbrias habuiſſe & Iudæos hodie fila numero 99
octo ex lana contexta quatuor angulis certa quadam lege in panno quadrangulari vincire, eaque ציצית vocare. Hoc ultimum notavit in dictionario ſuo Forſterus. Dictio ציצית obvia Num. 15. ubi Hieron. fimbrias interpretatur, & Lxx. κράσπεδα. Sed Deut. 22. 12. in fonte גדילים ubi Senes habent κράσπεδα, & interpretes Chaldæi כרוספדין, quæ vox à Græcis mutuata. Ebræi hæc duo diſtinguunt. Nam dicunt vocari ציצית proprie id quod pendens relinquitur poſt texturam in veſte; גדילים fila

aſſuta veſtimento, quæ non ſunt texta. Vide Radices Camii Ebræi: ſi tibi otium.

De formulis jurandi.

IVrandi formulæ erant per cœlum, per terram, per Ieroſolymam, per caput: quas Chriſtus improbat Matth. 5. 34. & deinceps. Mos jurandi per cœlum manavit, ut conjicio, ex locis aliquot Scripturæ perperam intellectis, qualis eſt qui habetur Amos 8. 7. *Iuravit DOMINVS per excellentiam Iacobi:* quod enarrant R. David & Abenezra *per cælum*, cum ſenſus ſit *per ſeipſum*. Sic alibi *per
100 me juro.* Nam non eſt major Deo, per quem juraret. Eandem ſententiam continet, *juravit DOMINVS per animam ſuam.* Per terram jurare ſuos docebat etiam, imo cogebat Elxai, cujus meminit Epiphanius per hæc verba, πονηρὸς δὲ ἄρα καὶ ὁ ἐν τῷ Ἠλξαῒ λαλήσας, ὁ καταναγκάσας οὐ μόνον ἐν θεῷ ὀμνύναι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἁλὶ, per ſalem, ἐν ὕδατι, per aquam, ἐν αἰθέρι, per ætherem, καὶ ἐν ἀνέμῳ per ventum, καὶ ἐν τῇ γῇ, per terram, καὶ ἐν οὐρανῷ, & per cœlum. Solet Scriptura excellentiam Iacobi quandoque ipſam Ieroſolymam vocare. Hinc fortaſſe conſuetudo illa jurandi *per Ieroſolymam*, quam veritas damnat Matth. 5. 35. Per caput etiam Iulus jurat apud Virgilium, *per caput hoc juro.* Similiter, Abenezræ ævo, Ægyptii jurabant per caput regis, quod juramentum qui violabat capite plectebatur, nec ullo pretio ſe redimere poterat. Verba ejus Exod. 10. 7. *Conſuetudo Ægyptiorum eſt hodie ut jurent per caput regis. Qui ſi juraverit, niſi ratum habuerit verbum ſuum, reus eſt mortis. Nec pondo auri, quod
101 offert pro redemptione ſua, eum liberare poteſt, quandoquidem publicè contempſit regem.* Iudæi etiam jurant המעון הזה per hoc habitaculum. Qua formula uſi ſunt olim Baba ben Buta, Rabban Gamliel & alii. Abraham Salmanticenſis

cenſis fol. 53. pag. 1. *Baba filius Buta jurabat per hoc habitaculum &c.* & fol. 57. pag ead. *Zacharias filius Haccaſeb dicebat, per hoc habitaculum non mota fuit manus ejus &c. Rabban* צמח *Sema Haggaon expoſuit, quia viderat deſtructionem templi, ideo juravit per hoc habitaculum. Sed hoc non eſt verum, quia Baba filius Buta juravit ſic in fine Cherithuth, & ſimiliter Rabban Gamliel in principio Cherithuth, & hic erat mos in Iſraël.* Aliud juramentum per legem memorat R. David Ieſ. 8. 20. לתורה *per legem, juramentum eſt cùm homo dicit, per legem erit illud ſic vel ſic.* Fagius annotat ad Oncelum Exod. 23. 1. Iudæos hodie, cùm jurant, ponere manum ſuper librum legis, & hoc ſolum jurandum in pretio haberi, cætera vilipendi. 102 Mirum ni hinc profluxerit ad nos conſuetudo ponendi manum ſuper Euangelia, cum jurandum exigitur. Phariſæi etiam jurabant per templum & per altare: ſed hujuſmodi juramenta nihili faciebant, cum eum qui per aurum templi aut per donum, quod in altari, juraret, teneri & obnoxium eſſe dicerent. Quod Euangeliſta ſig. verbo ὀφείλει debet Mat. 23. 16. & 18. Capito in Hoſeam fol. 97. pag. 2. *Iudæi negant juſiurandum eſſe ſi quis per cælum aut per terram dejeret, niſi edixerit per eum qui habitat in cælo &c.* Et rurſum, *execrationi neminem obnoxium exiſtimant, niſi eum qui nomen Dei addiderit.* Id probat ex Thalmud tractatu de jurejurando שבועת על העדות, cap. 4.

De violatione ſabbathi contra Phariſæos.

SAbbatho licet non ſolum benefacere & hominem ſervare Luc. 6. 9. ſed etiam ea facere quæ Deus jubet, ut immolare victimas & alia Matth. 12. 5. Nam Deus eſt dominus Sabbathi Luc 6. 5. Matth. 12. 8. Licet etiam eo die, ſi Deus ita juſſerit, urbes diripere & homines occi-

Violabatur olim ſabbathum ob puerum unius diei. Pheſſ. ctha fol. 26. col. 3. &.

103 occidere. Quod firmabo nunc autoritate veteris inſtrumenti. Nam capta fuit eo die urbs Iericho, ut etiam ipſi Ebræi fatentur. Audiamus quid R. David hac de re ſcribat Ioſ. 6. *Arca Domini circumijt urbem prima vice, & iſte erat dies primus hebdomadis. Ita tradiderunt doctores noſtri piæ memoriæ, quòd videlicet dies ille ſeptimus, quo capta fuit Iericho, Sabbathum fuerit, licet occiderint, & combuſſerint in Sabbatho. Is qui præcepit ſabbathum, præcepit etiam ut profanarent illud, ſubigendo Ierichontem &c. quemadmodum etiam præcepit offerre holocauſta die Sabbathi.* Hęc eadem habentur in Thalmud Ieroſolymitano, tractatu de Sabbatho. Quæ cum conſentanea ſint iis, quæ Chriſtus Phariſæis reſpondit in locis citatis, judicavi ea ſilentio prætereunda non eſſe.

סמג fol. 21 col. 3. Item pagina hujus libri 26. חותכין טבורי' ש׳ל ולד ibid. Vide, ſodes. lavāt calida, involvunt faſciis &c. ספק נפשות דוחה את השבת.

Cap. 17.

Corban & Coban. De loco quodam Matthæi.

Hunc locum enarrat Hiero. epiſt. 104 11. cap. 2. Corban i. donū quod altari pollicitus ſum &c.

MAtth. 15. 5. Δῶρον, ὃ ἐαὺ ἐξ ἐμȣ̃ ὠφεληθῆς. Marc. 7. 11. adjecta vox Ebraica κορβαὺ, id eſt, קרבן, cum interpretatione ὅ ἐςι δῶρον. Nam Corban donum ſive munus, proprie quod Deo offertur. Vnde apud Epiphanium pag. 99. δῶρον τῷ Θεῷ: & in Theophylacto, δῶρον τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένον. Dicunt & קובן Coban, eliſa littera Res. De ſenſu horum verborum magna diſſenſio eſt. Nolo recenſere omnes expoſitiones. Duas tantùm memorabo, Prior eſt eorum qui ἐςὶ ſubaudiunt hac ſententia δῶρον ἐςὶ. τȣ:έςιν ἀνατεθειμένον τῷ Θεῷ ἐςὶν ὦ πάτερ, ὃ ζητεῖς ἐξ ἐμȣ̃ ὀφεληθῆναι: donum eſt quocunque à me juvari poſſes, hoc eſt, Deo cui perſolvenda ſunt omnino vota, & cujus priores ſunt partes, jam antea conſecravi id omne quo alioqui poſſes à me ex meis bonis in hac egeſtate ſublevari.

vari. Theophylactus, Theodorus, alii. Vide Maſium
Ioſu. 6 19. Poſterior expoſitio eſt Iohan. Rainoldi ſum-
mi viri, quam ex Anglico libro mihi interpretatus eſt
doctiſſimus & ornatiſſimus vir Gulielmus Hartus, &
hanc ſententiam continet, per Corban (juramenti genus
eſt, cujus Theophraſtus meminit) ſi quacunque re à me,
ſive quod me attinet, juvaberis. Subintelligitur autem, 105
ſi n vanus aut diſperéam aut habear mendax, aut aliquid
tale. Quæ ellipſis uſitata in jurejurando, ut apud Davi-
dem, *Si Davidi mentiar: Si introibunt in requiem meam.*
Qui tale jurandum fecerat, non tenebatur juvare paren-
tes aut eorum inopiam ſublevare. Sane idem Rainol-
dus obſervat in Thargum, quod ab urbe nomen habet,
cap. 10. de votis diſerte ſcriptum eſſe, *Homo debet honorare*
parentes niſi contrarium voverit. Huic expoſitioni obſtat
primum articulus ὁ: deinde quod in fonte ſit κορβᾶν, &
non ἐν κορβᾶν, quod valet per Corban. Quanquam ei
ſimile המעון הזה quod reddunt *per domicilium hoc*, במעון
הזה. Verba Maſii, quia commentarius ejus rarus eſt,
nunc adſcribam, *Porro ſanctitatem ſive rem ſanctam hîc*
nominatam videmus, quam ante חרב *devotam. Res enim*
devotæ, quas Græci ἀναθέματα & ἀνακείμενα nominant, tam
eæ ſunt quæ in locis ſacris dicantur, quàm quæ adolentur atque
abolentur. Ebræi ipſam poſterioribus temporibus vocaverunt
Corban, & eliſa durioris ſoni littera Coban, eadem notatione 106
ſcilicet qua Græci ἀναθήματα dicunt. Eſt enim קרב *offerre.*
Unde extat apud Doctores (tractatu de jurejurando & de
votis) *hæc jurandi aut vovendi potiùs ſolennis formula*
קרבן כל מה דתהנה מני *h. e. anathema & res devota eſto,*
quicquid illud ſit, quo ego tibi proſim aut quam tu utilitatem ex
me capias. Quo voto cum quis apud aliquem uſus eſt, quan-
tavis ei neceſſitudine obligatum, atque adeo erga ſuum ipſius
paren-

Digitized by Google

parentem, nefas eſſe ſtatuunt Rabbini, illum ullo beneficii aut officii genere hunc juvare: ne quod Deo devovit videlicet, id humanis commodis ſerviat. Atque hæc ipſa eſt illa traditio, quam citat damnátque Chriſtus apud Matthæum & Marcum tanquam Moſis legi adverſantem: à noſtris interpretibus, formulæ illius ignaris, adhuc parum benè, ut mihi videtur, explicata ſive Græcis ſive Latinis. Nam in Syricis euangeliis dilucidior apparet ſententia. Vide nunc ſodes Hiero. Syrus habet, ut hoc obiter annotem.

קורבני מדם דתתהנא מני

107 Donum meum quodpiam quo ex me juvaberis. מדם pro מדעם ut alibi טונא pro טוענא.

Cap. 18.

An ſapientes qui dicuntur Phariſæi fuerint.

PHariſæi ſapientes erant, inquit Serarius, *at non ſoli. Quis enim ſcribas in ſapientibus non recenſeat?* Quid audio? etiamne ſapientes ſcribæ & non Phariſæi? Sed ſimul leguntur ſapiens & ſcriba. Quid tum poſtea? ſimul Math. 23. etiam legimus *ſcribæ & Phariſæi*, cum tamen conſtet horum partem eſſe illos. Cæterum ſapientis nomen interdum latius patet. Nam inter Heſſæos erant, qui ſapientes nominabantur, ut Manahemus ſapiens, quem magnus Herodes in magno honore habuit. Similiter ſcrutatores hujus ſeculi, quos Apoſtolus à ſapientibus diſtinguit, vocantur a Davide Camio ſapientes mecar, id eſt, חכמי מחקר. Interdum peculiariter & quaſi κατ' ἐξοχὴν tribuitur hoc vocabulum Phariſæis, ut in Chronico
108 templi ſecundi, *cogitavit redire ad amicitiam ſapientum, qui in illis diebus Phariſæi vocabantur:* & apud Gorionidem, cap. 29. *ſedit in menſa cum ſapientibus Iſrael: hi ſunt Phariſæi*

riſai qui enarrant legem. In ſententiis patrum, *ex magna ui be ſapientum & ſcribarum.* Commentator exponit *ſapientum*, id eſt, Deuterotarum, & *ſcribarum*, id eſt, ſcripturariorum, quos & lectionarios & textuales appellant. Neq; tamen omnes propterea ſapientes erant, perinde ut non omnes theologi ſunt, qui ſic nominantur hodie. Pro exemplo ſit Eleazer filius Phogira ſive Phoira (Nam Ebraicè פועירה) cujus mentio in Kidduſin, qui Hyrcano regi cõviciatus fuit. Hunc autor chronici memorati perperam Eliezerum appellat, *Erat*, inquit, *inter eos ſtultus quidam & fatuus ſtolidusve* כסיל ושוטה *nomine Eliezer.* Sed legendum putarim Eleazar: quẽ compoſitor hiſtoriæ Iudaicæ ait fuiſſe hominẽ malum & nequam & שולח מדנים contentiones ſerentem. Pro quibus in Ioſepho Græco εἷς ἦν τις τῶν κατακειμένων Ελεάζαρος ὄνομα, κακοήθης ὢν φύσει καὶ στάσει & apud interpretem nuperum, *tandem unus è convivis Eleazarus vir malus & ſeditioſus.* Hoc ſignificatu accipies illud, οἱ σοφοὶ δευτερῶσιν, quod Ebraice dicunt תנו חכמים unde & קבלת חכמים Gabbala ſapientum, quæ nihil aliud eſt, quàm traditio, id eſt, δευτέρωσις ſapientum: cui cum credere vellet Alexander Iannæus ſtultitia ne dicam an arrogantia Phariſæorum id non permiſit. Conſule dictum Chronicon fol. 40. 109

CAP. 19.

Quod Phariſai natura clementes fuerint.

DE virtutibus Phariſæorum nihil mihi peculiariter obſervatum, niſi quod fuerint רחמנים id eſt, clementes aut miſericordes, ſi miſericordia virtus dici poteſt. Contra Saducæi erant crudeles ac ſævi. Salmanticenſis fol. 139. *Sed phariſai erant miſericordes & filii mi-*

Zonaras de Phariſæis 189. vili victu utentes ad mollitiem ſe non deflectunt obſer.

vatores legũ & rituum accurati: ſenibus hono-

110 remprabent neque confidenter illorum autoritati adverſantur. τοῖς ἐν γήρᾳ προχωροῦσι τιμῆς. &c.

ſericordium. In Chronico templi ſecundi vocantur etiam אנשי חסד, quod in idem ferme recidit. Nam חסד antiqua declaratione, miſericordia. Eadem vox ſig. pietatem, unde Ieſ. 57. 1. אנשי חסד viri ſancti ac pii, .i. החסידים, qui & amantes Dei Exod. 20. 6. Locus Chronici habetur fol. 40. col. 3. Ioſephus Antiquitatum lib. 13. cap. 18. ἄλλως τε καὶ φύσει πρὸς τὰς κολάσεις ἐπιεικῶς ἔχουσιν οἱ Φαρισαῖοι. Quod interpretantur, *& alioqui hoc genus clemens eſt in animadverſionibus.* Ergo cum Eleazar Phariſæus maledixiſſet regi, & ſapientes interrogati eſſent, qua pœna dignum homine cenſerent, nihil aliud reſponderunt quàm, plagis ac verberibus. Vide Ioſephum. Sed & Pſeudo-Gorionidem, c. 33. Vbi cùm Alexander rex moriturus uxori Alexandræ ſuaſiſſet quæ habentur apud Ioſephum Orig. lib 13. 5. 23. *novi*, inquit, *eorum indolem* (de Phariſæis loquitur) *bonam eſſe. Nam inimicitias non retinent, & miſericordes ſunt.*

Cap. 20.

De vitiis Phariſæorum.

111 Autoritas eorum apud plebem. Zona. 189. Qua de cauſſa & apud populũ plus autoritate valent: & ad vota ad ſacra pet-

VItia eorum ut plurima fuerunt, ita paſſim & ubique perſtringuntur in novo fœdere: in queis hypocriſis, avaritia, ambitio, ſuperbia &c. Vocantur etiam duces cœci, & ſerpentes, & progenies viperarum, & ſepulchra dealbata, & filii Gehennæ. Dies me deficiet, ſi ſingula commemoravero. Inſolentiores etiam fuiſſe contra plebeios, qui populus terræ vocantur, paret ex Iohaſin fol. 22. pag. 2. Fermentum Phariſæorum nihil aliud eſt quam doctrina eorum prava: à qua cavendum eſſe monet diſcipulos ſuos Chriſtus. Sedere autem dicuntur ſuper cathedram Moſis, qui ejus doctrinam populo proponunt

cum

cum publica autoritate. Hi audiendi ſunt; non qui legi appendices adjiciunt, & falſas interpretationes commiſcuntur. Nam tales non ſedent ſuper cathedram Moſis, ſed ſuarum traditionum & adinventionum.

agenda tanquam interpretes adhibentur. Vide Ioſephum & Gorionidem.

Cap. 21.

De ſtudio aſtronomico, nominibuſque planetarum &c.

ASTronomiæ admodùm dediti erant, cui ſtudio eo diligentiùs incumbebant, quod crederent omnia pendere ex aſtris aut planetis, fatoque tribuerent plurimum. Epiphanius, ἀλλὰ καὶ εἱμαρμένη καὶ ἀστρονομία παρ' αὐτοῖς σφόδρα ἐχρημάτιζεν. Fatum dicit quod Ebræi מַזָּל appellant. Viguit hoc ſtudium inter Iudæos poſterioribus ſeculis, & eo nomine bene apud omnes audiverunt, magnoque in pretio habiti fuerunt. Teſtatur hoc Abraham Zachuth cujus verba mox producam, Prius adducam quæ Nicolaus notavit Matth. 16. ad locum, *faciem cæli dijudicare noſtis*, Sic enim ibi ſcribit, *advertendum quod aliqui ſcribæ & Phariſæi omiſſo ſtudio legis & prophetarum, ſtudebant mathematicis, & potiſſimum in Aſtrologia: unde uſque hodie aliqui eorum ſunt valde curioſi.* Verba Salmanticenſis ex Ebræo in Latinum ſermonem converſa hanc ſententiam continent, *Fui in regno Hiſpaniæ, & in aliis regnis Chriſtianorum poſtquam exiiſſent libri quos feceram de Aſtrologia. Dicebant, Abraham Zachuth Salamanca oriundus. Et licet mihi gloriari de hoc, quemadmodum dixerunt Sapientes noſtri, fauſtæ memoriæ, Quænam eſt ſapientia ob quam magnifiunt ſapientes in oculis populorum? dicebant, Ratio Thecupharum & planetarum. Et ego teſtor coram Deo quod laudabant Iſraelem valde propter hoc ſtudium, totáque intentio mea non erat alia quàm ut intelligerem verba*

Deus poſuit virtutem ſuperiorum in inferioribus 112 *& dedit cuilibet populo ſydus & planetam. Manahem 145. 3. nulla herba eſt infra quæ non habeat planetam ſupra tenentēeam. Mana. 148. 1. Vide locum.*

113

ſapientum fœlicis memoriæ, & commentarios quos ſcripſerunt hac de re. Redeamus ad Phariſæos, qui Epiphanio teſte, ſuæ linguæ vocabulis nominabant ſeptem planetas, videlicet ſolem ἡμὰ, id eſt, חמה, quod nunc legunt, ἀμμὰ, καὶ σέμες ושמש ἢ ἥλιον. Lunam ἱερὲ, id eſt, ירח καὶ ἀλ-Cανὰ, (legerim, καὶ λαβανὰ, id eſt, לבנה) σελήνην. Martem, qui Ἄρης Græce, χωχὲβ ὀχμὼλ, ſtellam Ocmol. Mercurium, qui ἑρμῆς, χωχὲβ ὀχμὼδ, ſtellam Ochmod. Iovem, * χωχὲβ βάαλ, ſtellam Baal, id eſt, Iovis. Nam Baal Iupiter. Venerem .i. ἀφροδίτην, σερῦα ἤτοι λυὴδ, Serua vel Lued. Forte λυὴτ .i. לוהט. Hodie נוגה à ſplendore. Saturnum χωχὲβ σαβὴθ, ſtellam Sabbeth. Hiſcuni ſcriptor Ebræus planetas מזלות appellat, quorum nomina recenſet Exod. 25. ad locum *facies lucernas ſeptem*, Primus, inquit, eſt חמה ſol à calore. Secundus נוגה Venus a ſplendore. Tertius כוכב καὶ ἐξοχὴν, id eſt, Mercurius. Quartus לבנה luna. Quintus שבתי ſaturnus. Sextus צדק Iupiter à Iuſtitia. Septimus מאדים Mars à rubore. Sequuntur in Epiphanio 12. ſigna Zodiaci: quorum nomina τέλαα, i, טלה κριὸς, aries: σὼρ, שור, ταῦρος, taurus: θωμὶμ, תומים, δίδυμοι, gemini: σαρατὰν, סרטן, καρκῖνος, cancer: ἀρὶ, ארי λέων, leo: βεθυλὰ, בתולה παρθένος, virgo: μωζανὴμ, מאזנים, ζυγὸν, libra: εἰκρὰβ ſive ἀκρὰβ עקרב σκορπίων, ſcorpius, κεσὲτ, קשת, τοξότης, ſagittarius: γαδὶ, גדי, αἰγόκερως, capricornus. δαλὶ, דלי * ὑδρηχόος, aquarius: δάγγιμ, דגים, ἰχθύες, piſces. Vide nunc, ſi placet, commentarium meum ad voces N. T. quem Plantinus excudit an 1582. Ceterum Venus planeta הילל dicitur Ieſ. 14. 12. Vbi LXX. ἑωσφόρος, Hieron. Lucifer, Ionathan כוכב נוגהא ſtella lucis auroræ prænuntia.

* Dicitur & כוכב צדק & צדק ſimpliciter ab æquitate: item מזל טוב aſtrū bonum & גד Arabice גלגל נוגה 114 וכוכב quidam aiunt eſſe ſupra ſolem, alii vero infra. More pa. 2. cap. 9.

* Hoc poeticum. Scribe igitur ὑδροχόος qui & ὑδροχοεὺς בלטוף legitur in ZCCARIM Serm 3. c. 8.

Cap. 22.

Cap. 22.

De ſeptem generibus Phariſæorum.

SEptem fuiſſe genera Phariſæorum (an late capiendum pro ſanctis, ut accipitur ſępe in Itinerario Benjamini Tudelenſis?) liquet ex Thalmude, tractatu Suta, cap. 3. 115
Phariſæus שכמי, id eſt, Sichemita, qui facit opera Sichemitarum, qui ſe circumcidi patiebantur propter nuptias Dinæ filiæ Iacob. Sic iſti pietatem metiuntur ulna honoris ac commodi. Sic dico, Omnia faciunt lucri cauſſa, vel ut honorentur ab hominib. 2. Phariſæus נקפי Nacphi vel Nicphi, qui non elevat pedes à terra, ac ſi eos truncaſſet, amputaſſet, ὥσπερ τὸ בקת trunco. 3. Phariſæus קיזאי Kizai vel קיזיי qui percutit caput ſuum ad parietem ita ut ſanguis exeat. Nam הקיז venam incido. Item qui oculos claudit, ne contempletur fœminam. 4. Phariſæus qui dicit מה חובתי quid debeo facere & faciam illud; q. d. Quid fieri oportet quod non feci. Hic ita ſe gerit ac ſi faceret omnia. 5. Phariſæus מדוכיא Meduchia, qui humiliter incedit corpore incurvo. Siquidem מדוכיא eſt piſtillum inſtar martelli, capite curvo. Piſtillum voco quod Ebræi בוכנא Buchana: de quo amplius quærendum videtur. 6. Phariſæus מאהבה ex amore, qui facit præcepta amore virtutis aut mercedis. 7. Phariſæus ex timore
מיראה qui formidine pœnæ obſervat legem. Hic etiam 116
Phariſæus timoris dicitur, ut ille Phariſæus amoris, id eſt, פרוש אהבה, de quo dictitant, *ne ſit tibi carus præcæteris niſi Phariſæus amoris, qualis fuit Abraham.* Legimus quoque in gloſſa Thalmudica & in Aruch, *Phariſæus timoris ut Iob.* Timor ad negantia præcepta pertinet, ut amor ad ea quæ vocantur affirmantia. Nam qui Deum timet, ab-

ſtinet ab iis quæ Deus fieri vetat: qui amat, facit ea quæ fieri mandavit. Vnde dicunt, *Qui colit ex amore, ſtabilit præcepta affirmativa: qui verò ex timore colit aut operatur* (Nam eſt עובר in Ebræo) *ſtabilit præcepta negativa.* Vide comment. ſuper Aboth fol. 9. pag. 2.

Cap. 23.

Serarij errores aliquot.

SEptem inquit, pag. 13. *Phariſæorum ordines aut claſſes faciunt Thalmudici tractatu Sutah. cap. 3. fol. 22. qui meri tamen potius hypocritæ ſunt, nimirum Phariſæus Schichmi, Nikphar, Cizai, Medoukia, Machobathi, Veeſcheneh,*
117 *Mehajebah, Mirah.* In his verbis quàm multi errores. Pudet me Serarii: tædet verborum. Ordines dicit aut claſſes genera hominum. Quid Thalmudici? *Septem,* inquiunt, *Phariſæi ſunt,* hoc eſt genera Phariſæorum; non claſſes, non ordines. Neque enim patres hypocritæ claſſem diverſam conſtituunt ab iis qui ſycophantæ ſunt. Neque hypocrita dici recte poteſt Phariſæus amoris, qualis fuit Abraham: aut timoris, qualis fuit Iob. Phariſæum appello hominem ſanctum ac pium. Iam verò mendum latet in Nikphar pro Nikphai vel potiùs Nikphi. Tum etiam Ma chobathi ſcribi debet diviſim Mah chobathi, & deleri comma quod proxime ſequitur, legique Vaeeſe. Nam in Ebræo ואעשה, niſi mavelis Vaaſane, id eſt, ואשנה & mutabo. Nam Veeſchne, & diſcam, Id eſt ואשנה. Mah chobathi poteſt reddi, *quodnam eſt peccatum meum*? חובה proprie debitum, ὀφείλημα. In Mehajebah etiam vitium eſt, & in Mira. Nam legendum Meahabah & mi jraa, id eſt, מאהבה & מיראה Subintelli-
118 gitur autem Phariſæus. Sed hæc omnia Serarius non intelle-

tellexit. Neq; ex Thalmud deſcripſit, quem non intelligit, ſed ex aliquo novatore, ut pleraque omnia ſua. Mirari autem libet cur tam iniquus ſit præceptoribus ſuis, quibus tam multa debet, quos fere nunquam appellat ſine contumelia verborum. O gratum & memorem diſcipulum.

CAP. 24.

An Phariſæi ſicarii. Suidæ locus expenſus.

De ſicariis vide Zona. 206. & 207. primus occiſus fuit Ionathan pontifex procurante Felice.

SIcarii à ſica dicti. Eſt autem ſica breviſſimus culter, recurvus & inflexus, Perſici acinacis longitudine. Suidas Σικάριοι λῃστῶν γένος. σίκας δὲ τὰ ἐπικαμπῆ ξίφη ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Vide Ioſephum Origin. Iuda l. 20 cap. 7. Rurſum Suidas, Σικάριοι λέγονται οἱ Φαρισαῖοι ὡς ζηλωταί. Locus hic nobis jam expendendus eſt. Nam Phariſæi non dicebantur ſicarii ſed ex Phariſæis profectus Iudas Galilæus (quidam Iudam Gaulonitam appellant) quartæ ſectæ autor fuit, quæ ſolùm Deum dominum agnoſcebat. Itaque ne Cæſarem dominum faterentur graviſſima ſupplicia pertulerunt, non ipſi ſolum, ſed etiam pueri
eorum. Teſtis Ioſephus in Iudaicis lib. 7. cap. 29. Qui 119
igitur è Phariſæis ex hac ſecta erant à zelo erga Deum appellati ſunt Zelotæ. Hoc primum: deinde quia ſicis utebantur ad occidendum homines, vocati etiam ſunt ſicarii. Breviſſimam autem fuiſſe ſicam indicio eſt quod vel à pueris, ut Cicero in Catalin. ſignificat, vibraretur: ac proinde cædibus in media turba perpetrandis aptiſſima cum veſte tecta ea aut ſinui occultata, nec ſic opinantes, confoderentur.

De zelotis Zonaras pag. 209. dux eorum Iohannes.

Finis libri ſecundi.

I. DRVSII LIBER TERTIVS QVI DE SADVCAEIS

Cap. I.

De ſcriptura nominis Saducæus.

120 SAducæus unica D, an Sadducæus D. geminatâ ſcribas, parum refert. Nam utraque ſcriptura invenitur in codicibus Latinis. Saducæus, quod olim prætuli, ſe tuetur ſcriptura nominis Sadoc: unde eſſet Sadocæus, & immutatione unius litteræ Saducæus. Quod tamen potiùs à Saduc, id eſt, Σαδοὺκ. Quanquam Ezec. 48. 11. & 43. 19. & 44. 15. in codicibus Græcis, quibus uſus ſum, σαδδοὺκ ſcriptum: unde, ut conjicio, Σαδδουκαῖος, id eſt, Sadducæus. Hiero. in comm. *Qui ſunt de ſemine Sadoc, quem cur Lxx. σαδδοὺκ nominent, ſcire non valeo.* Mihi non dubium quin legerint צָדוּק; quod nunc צָדוֹק unde σαδὼκ; quod melius ita ſcribitur per ω magnum, quam σαδὸκ per o parvum, Sciendum verò apud antiquum interpretem Syrum hoc nomen ſcribi perpetuò זדוקיא unica D, & Sade in Zai verſa.

Cap. 2.

Vnde dicti Saducæi.

121 SVidas, Σαδδουκαῖος, ἀπὸ τόπου. Quid? An Saducæi à loco nominati? Locus autem ille quis? Beda in Acta c. 5. *Saducæi interpretantur juſti, dicti à Sadoc ſacerdote, vel propter*

An leg. ἀπὸ τρόπου .i. à moribus vel propter mores? Vide pag. 128.

propter genus, vel propter mores. An Sadoc hæreſiarcha ſacerdos fuerit, neſcio. Hoc ſcio, dictos eſſe non propter genus aut mores ejus; ſed propter doctrinam ſive hæreſin. Epiphanius, ἦν δὲ καὶ Σαδοὺκ τις τοὔνομα κατὰ τὸ παλαιὸν τῶν ἱερέων. ἀλλ' οὐκ ἐνέμειναν οὗτοι ἐν τῇ τοῦ ἐπιστάτου αὐτοῦ διδασκαλίᾳ. Si verum hoc, ergo non à ſacerdote illo nomen acceperunt. Idem hæreſi 14. ἐπονομάζουσιν οὗτοι ἑαυτοὺς σαδδουκαίους δῆθεν ἀπὸ δικαιοσύνης τῆς ἐπικλήσεως ὁρμωμένης. Σέδεκ γὰρ ἑρμηνεύεται δικαιοσύνη. Et alibi, Σαδδουκαῖοι ἑρμηνεύεται δίκαιοι. σέδεκ γὰρ δικαιοσύνη. Δικαίους γὰρ ἑαυτοὺς ὠνόμαζον. Hinc medicina Nicolao ſcribenti Act. 5. *Dicuntur Saducæi à Sadoc, quod eſt juſtitia in Ebræo.* Nam legendum, *à Sedec.* Res eſt, non conjectura. Pergit Nicolaus, *Nam Saducæi inter alios Iudæos erant in judiciis & punitionibus acerrimi, ut dicitur in hiſtoria eccleſiaſtica: propter quod ſibi nomen juſtitiæ uſurpabant.* Hæc omnia reprehenſionem merentur. Nam Iuſti Saddicim dicuntur, non Sadducim. 12
Notabis autem unica D. ſcribi Epiphanio σαδοὺκ; unde Saducæus quod in Latinis codicibus pleriſque Verum etymon erues ex his verbis Theophylacti, quæ alibi produximus, ἢ ἀπὸ αἱρεσιάρχου σαδὼκ ὀνομάζονται. Id firmat ampliùs Burgenſis per hæc verba, *Sicut Arriani dicuntur ab Arrio, qui fuit primus inventor hæreſis: ſic Saducæi dicuntur à quodam qui nominabatur Sadoc, qui fuit primus inventor hæreſis Saducæorum, ut habetur in gloſſa ſuper librum Thalmudicum, qui dicitur Avoth. Vnde non dicuntur à juſtitia, quia nec reputabantur inter alios juſtiores: ſed contrà. Nam Phariſæi eorum æmuli juſtiores reputabantur, ut patet Luc. 18. ubi dicitur de Phariſæis quòd confidebant in ſe tanquam juſti & ſpernebant ceteros.* Nihil verius. Sane in judiciis non juſti, ſed crudeles erant Saducæi. Probabo alias Nunc pergam firmare ſententiam Pauli. In commentario

mentario ſuper Aboth, *A Sadoc & Baithos vocati ſunt diſcipuli eorum Saducæi & Baithuſæi*, R. Nathan autor libri
123 Aruch, *Vocantur Sadocæi de nomine Sadoc*. Adderem plura, ſi ulla de hac re dubitatio inter Iudæos eſſet. Omnes uno ore idem atteſtantur.

Cap. 3.

De Sadoco heræſiarcha.

SAdocum hunc αἱρεσιάρχην appellat Epiphanius, & rectè. Nam erat autor ſive conditor hæreſis Saducæorum, qui etiam ab eo nomen habent. Vt à Novato, Novatiani: ſic à Sadoco, vel potiùs Saduco, Saducæi. Vixit Sadoc iſte ſub Antigono Sochæo qui Simeoni Iuſto ſucceſſit, quem Ebræi cum Iaddua confundunt. Sed Ioſephus hunc ab illo diverſum facit. Non dubito quin genere Iudæus fuerit. Condiſcipulum habuit quendam Baithos nomine, a quo Baithoſæi, de quibus mox. Meminit horum commentarius in Aboth per hæc verba, *Coram Antigono ſedebant duo diſcipuli Sadoc & Baithos*, & Abraham Zachut in Iohaſin, *Tunc erant Sadoc & Baithos diſcipuli Antigoni caput & hoc initium hereſeωs: nam abie-*
124 *runt tempore Antigoni præceptoris ſui ad ſanctuarium montis Garizin fueruntque ibi capita ſive primores*: & Baal Aruch, *Expoſitum eſt in Aboth R. Nathan, Antigonum virum Socho oriundum duos diſcipulos habuiſſe, quorum nomina Sadoc & Baithos ſive Baithus: è quibus exierunt duæ familiæ malæ Saducæorum & Baithuſæorum. Dicti autem Saducæi à Sadoc & Baithuſæi à Baithos.* Eadẽ ſcribit Abraham Davidis filius in Cabbala ſua hiſtorica: cujus verba non pigrabor Latina facere, *Antigonus Sochæus accepit à Simeone Iuſto & ſodalitio ipſius. Hæc erat ætas tertia, & ipſe dicebat, Ne*

eſtote

Digitized by Google

eſtote tanquam ſervi, qui miniſtrant principi eâ conditione ut accipiant præmium. Sadoc autem & Baithus interrogabant eum de hac re, & reſpondit eis quod in præmio ſeculi hujus non poneret fiduciam, ſed in ſeculo venturo. Sed ipſi negant verba ejus, & dicebant, nunquam audivimus quicquam de ſeculo venturo. Fuerant autem diſcipuli ejus, diſſenſeruntq́; ab eo & abierunt ad ſanctuarium montis Garizin, ubi erant principes. Dictum Antigoni habetur in Aboth, cap. 1. *Ne eſtote ſicut
ſervi qui miniſtrant principi, ea conditione ut præmium abs* 125
eo accipiant; ſed eſtote ſicut qui miniſtrant principi ſuo hac conditione ne accipiant præmium, & ſit Dei timor ſuper vos. Commentator quidam ad hunc locum, *non dicit, ea conditione ut accipiant mercedem; ſed ea conditione ut accipiant præmium*, id eſt, פרס, quod interpretatur מנה portionem vel minam. Saadias in Danielem ait eſſe dimidium minæ. Syrus interpres novi fœderis פרסא vocat σιτομέτριον, id eſt, demenſum, Luc. 12.42. & קצין הוו פריסתא dicit pro, *frangentes erant panem* Act. 2. 46. Interpres Latinus ibi portionem reddit, id eſt, מָנָה. Cum interpretem dico, intelligo Emmanuel. Tremellium, qui Syram editionem Latinam fecit noſtro ævo. Vt ut ſit, notatum פרס tantùm eſſe præmium corporis, dum in hoc ſeculo verſatur: שכר verò dicunt etiam animæ & ſeculi futuri mercedem ſignificare, quæ bona ſit operanti. Autor lexici Thalmudici, *Antigonus docuit diſcipulos ſuos Sadoc & Baithos, nolite eſſe tanquam ſervi, &c. Abierunt & docuerunt diſcipulos ſuos, & diſcipulos diſcipulorum ſuorum non ſecundum mentem ejus. Dixerunt, ſi patres noſtri ſciviſſent eſſe reſurrectionem mortuorum, & mercedem datum iri juſtis in ſeculo venturo, non ita docuiſſent. Steterunt & ſepararunt ſe
à lege, & dixerunt, Traditio in manu Phariſæorum ad ve-* 126
xandum ſe in hoc ſeculo (ſtulta eſt) *cum in ſeculo venturo non*

ſit illis merces. Addit commentator ille, quem modo allegavi, *qui miniſtrat principi ea conditione ut accipiat præmium, ſibi miniſtrat, non principi. Deinde miniſterium iſtud conditionem habet: ſi dederit præmium. Quod ſi non dederit, non miniſtrabit ei.* Plura de hac re aliàs. Porrò Sadoc Græca declinatione eſſet σαδωκὸς, pro quo σαδωχὸς, in Ioſepho.

CAP. 4.

Baithos ſive Baithus, à quo Baithuſæi. Doſthai. Doſitheus Samarita. Genebrardi opinio rejecta.

IN Aboth R. Nathan, cap. 5. *Sadoc habuit condiſcipulum Baithos nomine, cui miniſtrabant vaſis argenteis & aureis.* Hic diverſam a Sadoco familiam conſtituit, licet una & eadem amborum hæreſis eſſet. Similiter Hellel & Sammai ſeſe in duas diviſerunt familias, cùm alioquin uterque ſectam Phariſæorum ſectaretur. Mentio hujus familiæ in tractatu de Sabbatho, pag. 108. *Baithuſæus quidam interrogabat R. Ioſuam lectorem, Vnde hoc quod non*
127 *ſcribant Thepiillin niſi ſuper pellem beſtiæ mundæ.* Et in Res Gemara R. Iſmael in Deuteroſi, pag. 65. *Baithuſæi dicunt, Solennitas aut vacatio ab opere poſt Sabbathum.* Habentur hæc in Baal Aruch, ubi & illud, ביתוסין ſunt diſcipuli Baithos ſive Baithus. Hunc Genebrardus cum Doſitheo confundit: perperam. Nam Doſitheus, à quo Doſitheani dicti, vixit poſt tempora Chriſti. Origenes contra Celſum, lib. 2. *Poſt Ieſu tempora Doſitheus Samarita conatus eſt perſuadere civibus ſuis ſe eſſe Chriſtum illum pronuntiatum à Moſe, viſuſq; eſt diſcipulos inveniſſe.* Idem in Mat. tractatu 27. *ſicut manifeſtat hiſtoria lectionem, non multi fuerunt homines tempore Apoſtolorum, qui ſe Chriſtos eſſe dixerunt,*

In cap. 1. Ioma in Addit. Iſte ſacerdos qui erat Baithuſæus indicavit patri ſuo id quod fecerat in die expiationũ & mortuus eſt poſt tres dies. Salman. in Iobaſin 15. 2.

runt, niſi forte Doſitheus Samarius (unde & Doſitheani dicũtur) & Simeon. Si Samarita erat, alius eſt ab eo quem Epiphanius memorat hæreſi. 13. Nam hic à Iudæis, ad Samaritas defecit. Verba quibus hoc dicit Epiphanius hęc ſunt, *Iſte Doſitheus commixtus eſt Samaritanis ab Iudæis exiliens ad illorum mores, &c.* Quod ſi hunc potius in mente habuit Genebrardus, doceat eodem tempore vixiſſe cum Baithus. Deinde quomodo Saducęi ἀπόσπασμα Δοσιθέου, ſi Doſitheus eſt Baithos? Nam Sadoc & Baithos condiſcipuli fuerunt, ut diximus. Doſitheus Ebraicè, דוסתאי Doſthai ſcribitur. Fuerunt autem plures hoc nomine. Nam in Iohaſin memoratur quidam ex diſcipulis Sammai, qui Chriſto coævus fuit: & alius Doſthai filius R. Iannai, diſcipulus R. Meir. In Ilmedenu ſectione, *& ſedit Iacob*, mentio alterius Doſthai, qui ſimiliter patrem habũit Iannæum, per hæc verba *Sennacherib miſit ad Samaritanos Samariam R. Doſthai filium Iannai ad docendum eos legem.* Forte hic eſt ille, de quo Epiphanius. Nihil decerno. Inter hunc & diſcipulum R. Meir mille anni plus minus interſunt. Autor Salmanticenſis. Locus Epiphanii habetur hæreſi 14. Σαδδουκαῖοι, ἀπόσπασμα ὄντες ἀπὸ Δοσιθέου. Quomodo legendum ſuſpicari aliquis poſſet apud Suidam, Σαδδουκαῖοι,* ἀπὸ Δοσιθέου pro eo quod in editis ἀπὸ τόπου. Hoc arbitrarium eſſe volo, nolo ut ſit certum. Præter hos alius laudatur R. Doſthai filius Iuda, & Abba Ioſe filius Doſthai, capite de 4. generibus ſuppliciorum in Sanhedrin, & capite *Non inquirentes.* Cęterum Doſitheani prophetas rejiciebant. Tertul. de præſcript. adverſus Hęreticos, lib. 1. *Taceo enim Iudaiſmi hæreticos: Doſitheum, inquam, Samaritanum qui primus auſus eſt prophetas, quaſi non ſp. ſancto locutos, repudiare.* Seorſim a Saducæis reſurrectionem corporum confitebantur,

Propter Baithuſæos qui dicebant nõ eſt קצירת עימר במוצאי יום טוב

128 eo quod pro feſtum ſabbathi cum diem ſequatur. Pheſictha 29. 1.

* Vel. ἀπὸ τρόπου.

129 A moribus: quod Beda dixit, propter mores.

Digitized by Google

bantur, ut ſcribit Epiphanius hæreſ. 13. Hieron. adverſus Luciferianos, cap. 8. *Doſitheus Samaritanorum princeps, prophetas repudiavit. Saducæi ex illius radice naſcentes, etiam reſurrectionem carnis negaverunt.*

CAP. 5.

Notatus error Serarii ſanè quàm turpis ac fœdus.

AIt Serarius, pag. 142.

Doſitheus videtur, quoad nomen, eſſe idem cum eo qui cap. 3. Pirke Avoth appellatur דוסתא *Doſiha.*

130 Ita Fagii exemplar, ſed legendum ex libris melioribus דוסתאי Doſthai, id eſt, Doſthæus, quem Græci Doſitheum ſcribunt, inſerta littera i & abſque diphthongo: rectè an ſecus, mitto quærere. Hoc leve. Pergit veterator Serarius. Ignoſce, lector, ſi veteratorem voco, qui alios ſe doctiores, & ſuos in his litteris magiſtros, novatores appellat.

Quoad rem verò videtur diverſus hic ab illo de quo quæritur: quia iſte eſt filius Ianai, qui & nomine alio ſecundum Fagianam interpretationem vocatur Meir, videturq; illo altero junior & Phariſæus.

Serarius nō intellexit phraſin Rabbinicam, *de nomine alterius aliquid dicere.*

Quid audio? Ianai vocatur Meir ſecundum Fagianam interpretationem? Appello ad tuum judicium, erudite lector. Nam Serarius non intellexit interpretationem Fagii, quæ ſic habet, *Ribbi Doſtha filius Iannai, nomine Ribbi Meir dicit.* Meir enim erat præceptor ipſius. Itaq; de nomine ipſius protulit hanc ſententiam. Res clara ex libro Iuchaſin, *Doſthai filius R. Iannai diſcipulus fuit R. Meir. Nam ita dicit in Aboth, de nomine R. Meir.* Quod autem ait di-

131 verſum videri ab altero, id firmat autor ejuſdem libri ad hunc modum ſcribens, *Ne putes Doſtheum, quem Sennacherib*

therib miſit ad Samaritas, diſcipulum fuiſſe R. Meir. nam ſunt mille anni inter eos. Tu audacter dic, *Diverſus fuit hic ab illo altero de quo quæritur.* Nam in re liquida non utimur verbo *videtur.*

Cap. 6.

Doſithei duo poſt Chriſtum. Serarii ſtupor. Conjectura nova de Sebuæis.

DOſithei plures fuerunt, ut dictum eſt. Ex iis vixerunt poſt Ieſu tempora duo. Vnus ex Iudæis filius fuit R. Iannai, & diſcipulus R. Meir: alter è Samaritis, qui conatus fuit perſuadere civibus ſuis ſe Chriſtum eſſe. Hujus meminit Origenes, ut vidimus. Cujus verba poſtquam adduxiſſet Serarius pag. 143. ſtatim ſubjicit, *Hæc de Sadoci magiſtro Doſitheo*, nimis imperitè inſciteque. Nam quomodo Sadoci magiſter Doſitheus, qui vixit poſt tempora Chriſti? nimium hæc abſurda, in quibus incredibilem hominis ſtupiditatem licet cognoſcere. De Sebuæis alii aliter. Ego dictos putarim à Sebaja Iudæo, 132
qui miſſus fuit unà cum Doſthæo ad docendum Samaritanos legem. In Ilmedenu fol. 16. col. 1. *Quum novi incolæ Samariæ à leonibus infeſtarentur, Sennacherib miſit qui cauſſam quærerent. Dixerunt ei, Terra illa non admittit gentem quæ ſe non exercet in lege, neque circumciditur. Dixit illis, date mihi duos è veſtro numero, qui eò proficiſcantur, & doceant eos. Porro verbum regis irrevocabile Statim ergo miſerunt R. Doſthai filium Iannai, & R.* סבריא *Sebaja, qui docuerunt eos in ſcriptura legis &c.* Vt à Doſthai: qui Græcè Δοσιθεοι, Doſithei vel Doſitheani: ſic à Sebaja vel potius Sebuja, id eſt, סבויא (nam proclivis ſanè lapſus de Ioth in Vau & contra) Sebuæi. Ita conijcio: puto autem conje-

Scaliger opinatur omnes Samaritas dictos eſſe שבועאי σεβουαίους hoc eſt ἑβδομαδίτας, quod omnem δευτέραν τῶν ἑπλὰ τῆς Πεντεκο-

conjecturam meam non planè reijciendam eſſe. Qui meliorem attulerit, erit mihi.

Campis dives Apollo Murinæis.

-ςῆς ἑβδομάδων eadem religione qua ipsū πεντεκοςῆς diem colerent. Scalig. in Cano Iſag. 218.

Cap. 7.

De variis appellationibus Saducæorum.

133 SAducæi vocantur aliquando מִינִים .i. hæretici. Nam ab iis hæreſis initium ſumpſit. Ita vocantur aliquando in Cabbala hiſtorica, quæ autorem habet Abrahamum Davidis filium Haſidęum: *ſtetit*, inquit, *domus hac Chuthæorum & hæreticorum circiter 200. annos.* Et in Chronico templi ſecundi, *miſit literas ad ſenes hæreticorum.* Sermo eſt de rege Græcorum, hoc eſt Syro-Macedonum, qui clam dederat litteras ad Saducæos. Minim Chaldaicè dicuntur מִינָאֵי, cujus ſingularis מִינָי Minæus. Minæorum mentio in epiſtola Hieronymi ad Auguſtinum. Nam ſic vocabant olim Nazaræos Chriſtianos. Verba ſunt, *Vſq; hodie per totas Orientis ſynagogas inter Iudæos hæreſis eſt quæ dicitur Minæorum, & a Phariſæis nunc uſq; damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum filium Dei natum de virgine Maria, & eum dicunt eſſe qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt & reſurrexit, in quem & nos credimus. Sed dum volunt & Iudæi eſſe & Chriſtiani, nec Iudæi ſunt nec Chriſtiani.* Quæ adduxi, ut oſtenderem non ſolos Saduceos vocari מִינִים, id eſt, Minæos aut hęreticos.

134 Elias in Theſbite, מִין *dicitur is qui ſine lege vivit. Scribit autem R. Moſes filius Maimon non cadere hoc nomen niſi in Saducæum & Baithuſæum.* Fruſtra. Nam Nazaræi non erant Saducæi, nec etiam Baithuſæi. Vocantur etiam Saducæi קְרָאִים, id eſt, Caræi. Cauſſa nominis ab eo quod legi ſcriptæ mordicus adhærentes eam quæ ἄγραφος dicitur

dicitur penitus rejicerent. Chronicon templi ſecundi, *Alexander Iannæus convivium fecit omnibus ſervis ſuis in tecto palatii ſui, in loco celſo, & comederunt biberuntque; & inebriati ſunt cum eo magnates Caræorum.* Et aliquando poſt, *Ariſtobulus diligebat Caræos.* Et, *Alexandra regina dominari fecit Phariſæos ſuper Caræos.* Gloſſa ſuper Aboth, *Vocantur hi hæretici Caraim, quia libenter innituntur Scripturæ juxta ſenſum intellectus ſui, neq́ curant verba ſapientum.* Abraham Zachuth in Iohaſin fol. 159. *Sadoc & Baithus erant principes hæreticorum & Epicuræorum.* Quomodo Epicuræorum? Quia, ut Philaſtrius ait, *Epicuræam dementiam potiùs quàm divinæ legis jura ſectabantur.* Liber Aboth, cap. 2. *Eſto vigilans in ſtudio legis: ut habeas quod reſpondeas Epicuro.* Commentator ad hunc locum *de voce* 135 אפיקורוס *variant ſapientum ſententiæ. Sunt qui dicant eum vocari Epicurum, qui contemnit diſcipulos ſapientum. Alii dicunt Epicurum eſſe qui retegit faciem in lege, ut Manaſſes filius Ezeciæ.* Dicunt etiam פיקור pro Epicuro. Perperam autem deducunt a verbo Rabbinico פקר liber fuit; unde הפקר libertas, licentia. Quanquam ab eo non alienum Libertinorum nomen, quos nonnulli cum Epicuræis confundunt.

ADDENDA.

Saducæorum & Phariſæorum mentio in בבא *147. 3. Saducæos vocant Caræos hujus temporis. Aben. Levit. 3. 9. ad* חלבו האליה *in quo loco Saducæos errare dicit. Nam certe Saducæi veteres illi ignoti erant. Sic in libro jejunij & alibi. Rurſum Aben. Levit. 18. 11. ad nuditatem uxoris patris tui, & Levit. 23. 18. licitum eſt mactare in omnibus ſolemnitatibus contra ac ſentiunt Saducæi: & Levit. 25. 20. ad, non colligitur proventus omnis, Dicunt Saducæi ex hoc loco demonſtrari poſſe initium anni eſſe a Niſan, ſed non eſt*

hæc demonſtratio &c. Vide ſis. In nova Aſcalone ſunt circiter 40. Caræi & in Damaſco urbe q. 200. quibus pax cum Samaritanis. Benjamin 12. 3. & 13. 2. non tamen affinitatem contrahunt inter ſe.

Cap. 8.

An Caræi hujus temporis dici poſſint Saducæi.

DE *a)* Caræis non omnes idem ſentiunt. Quidam eos diſtinguunt à Saducæis. Liber annotationum in Aboth, *Sunt qui dicant Saducæos & Baithuſæos eſſe illos quos alii Caræos appellant. Sunt qui diſſentiant dicentes, Caræos eſſe aliud genus hæreticorum.* Concilio has ſententias. Iam probatum eſt veteres Saducæos appellari Caræos. Aliud
136 ſtatuendum de Caræis noſtri temporis. Nam hi reſurrectionem carnis fatentur. In titulo Iohaſin, *Inde liquet Saducæos non eſſe Caræos, qui noſtris temporibus. Nam hi confitentur præmium & pœnam & reſurrectionem: quod non faciunt Saducæi.* De Caræis aliquid Quæſt. l. 1. qu. 44. Quibus addo ex libro Iohaſin fol. 15. *Temporibus horum regum* (de Ioh. Hyrcano ejuſq; filio Alexandro loquitur) *cœpit ſecta Caræorum, qui etiam vocantur Saducæi & Baithuſæi.* Et fol. 118. b) *Anan & Saul ejus filius Caræi erant.* Ecce Caræos dicit Saducæos, de quorum inſtitutis & legibus ritibuſque quidam librum compoſuit. Ei nomen Achan, eſt, עכן. Deleatur nomen ejus ut Achanis, ait commentator quidam ſuper Aboth, à quo hæc habeo. Iterum dico, Caræi hodierni diverſi ſunt à Saducæis. Nam credunt reſurrectionem: item præmio affici juſtos & pœna improbos. Alio ſignificatu Caræus, id eſt קראי vocatus eſt R. Eliezer filius Simeonis, in Scriptura, quæ Cara dicitur, optime verſatus. Sic legimus in Iohaſin fol. 69. pag. 2.

Digitized by Google

pag. 2. Rab. & Samuel & Rab. Iohanan Caræi, quia 137
verba eorum ſimilia verbis Scripturæ, id eſt, מקרא.

ADDENDA.

a) *Caræi locum illum Moſis Levit. 18. 18. Non accipies mulierem ad ſororem ejus expoſuerunt de duabus uxoribus, pag. 3. ex Pheſictha fol 79. col. 1, itē læſum attritione* בצוע דכא *& ſpurum* ממזר, *confundunt Deut. 23. 1. & 2. Pheſictha 80. 2.* והבותר של קראים שאמר זכול. *Genus quoddam Saducæorum eſt qui cenſent immundos eſſe qui tangunt corpora etiam viva, de quibus Levit. 11. Vide Abenezram ad verſ 24* מולדת אביך *Levit. 18. 11. exponunt, qui nutrita aut educta eſt a patre ſuo. Vide Abenezram. Idem Levit. 7 10. Venit ad me Saducæus quidam interrogatum an cauda eſſet vetita ex lege &c. Vide ſi placet. Ibi Saducæum vocat Caræum. Levit. 11. 19. Dicunt Saducæi* דוריפת *gallum eſſe. Stulti homines quis indicavit eis. Vide notas meas ad illum locum.*

b) *Dubito an hi Saducæi fuerint & eo labor ut credam autores fuiſſe novæ ſectæ Caræorum quæ tantum traditiones rejiciebat.* קראים *de Saducæis in Chron. T. S. ubi de Alexandro Ianæo. Inebriati ſunt cum eo magnates* הקראים *Caræorum fol. 40. col. 3. in principio. Paullo poſt col. 4. de Ariſtobulo Hyrcani junioris fratre* והוא היה אוהב את הקראים ובוהג מבהגם. *Et mox, erat imperium Phariſæorum ſuper Caræos. Caræorum mentio apud Gerund. in Levit. 196. 2.* לסתום פיהם של הקראים מחוקו שם. *Quippe* מחק *delere. Anan & Saul quinam fuerint Iucha. 118. 2. De Saducæis .i. Caræis Aben. Levit. 23. 40. ubi eos vocat* עורי לב *quod corde nihil videant. Sed vide ſi placet.*

CAP. 9.

An prophetas rejecerint.

mentario ſuper Aboth , *A Sadoc & Baithos vocati ſunt diſcipuli eorum Saducæi & Baithuſæi*, R. Nathan autor libri
123 Aruch, *Vocantur Sadocæi de nomine Sadoc*. Adderem plura, ſi ulla de hac re dubitatio inter Iudæos eſſet. Omnes uno ore idem atteſtantur.

Cap. 3.

De Sadoco hereſiarcha.

SAdocum hunc αἱρεσιάρχην appellat Epiphanius, & recte. Nam erat autor ſive conditor hæreſis Saducæorum, qui etiam ab eo nomen habent. Vt à Novato, Novatiani: ſic à Sadoco, vel potiùs Saduco, Saducæi. Vixit Sadoc iſte ſub Antigono Sochæo qui Simeoni Iuſto ſucceſſit, quem Ebræi cum Iaddua confundunt. Sed Ioſephus hunc ab illo diverſum facit. Non dubito quin genere Iudæus fuerit. Condiſcipulum habuit quendam Baithos nomine, a quo Baithoſæi, de quibus mox. Meminit horum commentarius in Aboth per hæc verba, *Coram Antigono ſedebant duo diſcipuli Sadoc & Baithos*, & Abraham Zachut in Iohaſin, *Tunc erant Sadoc & Baithos diſcipuli Antigoni caput & hoc initium hereſeõs: nam abie-*
124 *runt tempore Antigoni præceptoris ſui ad ſanctuarium montis Garizin fueruntque ibi capita ſive primores*: & Baal Aruch, *Expoſitum eſt in Aboth R. Nathan, Antigonum virum Socho oriundum duos diſcipulos habuiſſe, quorum nomina Sadoc & Baithos ſive Baithus: è quibus exierunt duæ familiæ malæ Saducæorum & Baithuſæorum. Dicti autem Saducæi à Sadoc & Baithuſæi à Baithos*. Eadē ſcribit Abraham Davidis filius in Cabbala ſua hiſtorica: cujus verba non pigrabor Latina facere, *Antigonus Sochæus accepit à Simeone Iuſto & ſodalitio ipſius. Hæc erat ætas tertia, & ipſe dicebat, Ne*

eſtote

Digitized by Google

eſtote tanquam ſervi, qui miniſtrant principi eá conditione ut accipiant præmium. Sadoc autem & Baithus interrogabant eum de hac re, & reſpondit eis quod in præmio ſeculi hujus non poneret fiduciam, ſed in ſeculo venturo. Sed ipſi negant verba ejus, & dicebant, nunquam audivimus quicquam de ſeculo venturo. Fuerant autem diſcipuli ejus, diſſenſeruntq́, ab eo & abierunt ad ſanctuarium montis Garizin, ubi erant principes. Dictum Antigoni habetur in Aboth, cap. 1. *Ne eſtote ſicut ſervi qui miniſtrant principi, ea conditione ut præmium abs* 125
eo accipiant; ſed eſtote ſicut qui miniſtrant principi ſuo hac conditione ne accipiant præmium, & ſit Dei timor ſuper vos. Commentator quidam ad hunc locum, *non dicit, ea conditione ut accipiant mercedem; ſed ea conditione ut accipiant præmium*, id eſt, פרס, quod interpretatur מנה portionem vel minam. Saadias in Danielem ait eſſe dimidium minæ. Syrus interpres novi fœderis פרסא vocat σιτομέτριον, id eſt, demenſum, Luc. 12.42. & קצין הוו בריסתא dixit pro, *frangentes erant panem* Act. 2 46. Interpres Latinus ibi portionem reddit, id eſt, מְנָה. Cum interpretem dico, intelligo Emmanuel. Tremellium, qui Syram editionem Latinam fecit noſtro ævo. Vt ut ſit, notatum פרס tantùm eſſe præmium corporis, dum in hoc ſeculo verſatur: שכר verò dicunt etiam animæ & ſeculi futuri mercedem ſignificare, quæ bona ſit operanti. Autor lexici Thalmudici, *Antigonus docuit diſcipulos ſuos Sadoc & Baithos, nolite eſſe tanquam ſervi, &c. Abierunt & docuerunt diſcipulos ſuos, & diſcipulos diſcipulorum ſuorum non ſecundum mentem ejus. Dixerunt, ſi patres noſtri ſciviſſent eſſe reſurrectionem mortuorum, & mercedem datum iri juſtis in ſeculo venturo, non ita docuiſſent. Steterunt & ſepararunt ſe à lege, & dixerunt, Traditio in manu Phariſæorum ad ve-* 126
xandum ſe in hoc ſeculo (ſtulta eſt) *cum in ſeculo venturo non*

 ſit

ſit illis merces. Addit commentator ille, quem modo allegavi, *qui miniſtrat principi ea conditione ut accipiat præmium, ſibi miniſtrat, non principi. Deinde miniſterium iſtud conditionem habet: ſi dederit præmium. Quod ſi non dederit, non miniſtrabit ei.* Plura de hac re aliàs. Porrò Sadoc Græca declinatione eſſet σαδωκὸς, pro quo σαδωχὸς, in Ioſepho.

Cap. 4.

Baithos ſive Baithus, à quo Baithuſæi. Doſtbai. Doſitheus Samarita. Genebrardi opinio rejecta.

IN Aboth R. Nathan, cap. 5. *Sadoc habuit condiſcipulum Baithos nomine, cui miniſtrabant vaſis argenteis & aureis.* Hic diverſam a Sadoco familiam conſtituit, licet una & eadem amborum hæreſis eſſet. Similiter Hellel & Sammai ſeſe in duas diviſerunt familias, cùm alioquin uterque ſectam Phariſæorum ſectaretur. Mentio hujus familiæ in tractatu de Sabbatho, pag. 108. *Baithuſæus quidam interrogabat R. Ioſuam lectorem, Vnde hoc quod non* 127 *ſcribant Thepuillin niſi ſuper pellem beſtiæ mundæ.* Et in Res Gemara R. Iſmael in Deuteroſi, pag. 65. *Baithuſæi dicunt, Solennitas aut vacatio ab opere poſt Sabbathum.* Habentur hæc in Baal Aruch, ubi & illud, ביתוסין ſunt diſcipuli Baithos ſive Baithus. Hunc Genebrardus cum Doſitheo confundit: perperam. Nam Doſitheus, à quo Doſitheani dicti, vixit poſt tempora Chtiſti. Origenes contra Celſum, lib. 2. *Poſt Ieſu tempora Doſitheus Samarita conatus eſt perſuadere civibus ſuis ſe eſſe Chriſtum illum pronuntiatum à Moſe, viſuſq; eſt diſcipulos inveniſſe.* Idem in Mat. tractatu 27. *ſicut manifeſtat hiſtoria lectionem, non multi fuerunt homines tempore Apoſtolorum, qui ſe Chriſtos eſſe dixerunt,*

In cap. 1. Ioma in Addit. Iſte ſacerdos qui erat Baithuſæus indicavit patri ſuo id quod fecerat in die expiationū & mortuus eſt poſt tres dies. Salman. in Iohaſin 15. 2.

runt; niſi forte Doſitheus Samarim (unde & Doſitheani dicũtur) & Simeon. Si Samarita erat, alius eſt ab eo quem Epiphanius memorat hæreſi. 13. Nam hic à Iudæis, ad Samaritas defecit. Verba quibus hoc dicit Epiphanius hęc ſunt, *Iſte Doſitheus commixtus eſt Samaritanis ab Iudæis exiliens ad illorum mores, &c.* Quod ſi hunc potius in mente habuit Genebrardus, doceat eodem tempore vixiſſe cum Baithus. Deinde quomodo Sadducęi ἀπόσπασμα Δοσιθέου, ſi Doſitheus eſt Baithos? Nam Sadoc & Baithos condiſcipuli fuerunt, ut diximus. Doſitheus Ebraicè, דוסתאי Doſthai ſcribitur. Fuerunt autem plures hoc nomine. Nam in Iohaſin memoratur quidam ex diſcipulis Sammai, qui Chriſto coævus fuit: & alius Doſthai filius R. Iannai, diſcipulus R. Meir. In Ilmedenu ſectione, *& ſedit Iacob*, mentio alterius Doſthai, qui ſimiliter patrem habũit Iannæum, per hæc verba *Sennacherib miſit ad Samaritanos Samariam R. Doſthai filium Iannai ad docendum eos legem.* Forte hic eſt ille, de quo Epiphanius. Nihil decerno. Inter hunc & diſcipulum R. Meir mille anni plus minus interſunt. Autor Salmanticenſis. Locus Epiphanii habetur hæreſi 14. Σαδδουκαῖοι, ἀπόσπασμα ὄντες ἀπὸ Δοσιθέου. Quomodo legendum ſuſpicari aliquis poſſet apud Suidam, Σαδδουκαῖοι,* ἀπὸ Δοσιθέου pro eo quod in editis ἀπὸ τόπου. Hoc arbitrarium eſſe volo, nolo ut ſit certum. Præter hos alius laudatur R. Doſthai filius Iuda, & Abba Ioſe filius Doſthai, capite de 4. generibus ſuppliciorum in Sanhedrin, & capite *Non inquirentes.* Cęterum Doſitheani prophetas rejiciebant. Tertul. de præſcript. adverſus Hęreticos, lib. 1. *Taceo enim Iudaiſmi hæreticos: Doſitheum, inquam, Samaritanum qui primus auſus eſt prophetas, quaſi non ſp. ſancto locutos, repudiare.* Seorſim a Saducæis reſurrectionem corporum confitebantur,

Propter Baithuſæos qui dicebant nõ eſt קצירת עימר במוצאי יום טוב

128 eo quod pro feſtum ſabbathi cum diem ſequatur. Pheſictha 29. 1.

* Vel. ἀπὸ τρόπου.

129 A moribus: quod Beda dixit, propter mores.

bantur, ut ſcribit Epiphanius hæreſ. 13. Hieron. adverſus Luciferianos, cap. 8. *Doſitheus Samaritanorum princeps, prophetas repudiavit. Saducæi ex illius radice naſcentes, etiam reſurrectionem carnis negaverunt.*

Cap. 5.

Notatus error Serarii ſanè quàm turpis ac fœdus.

Ait Serarius, pag. 142.
Doſitheus videtur, quoad nomen, eſſe idem cum eo qui cap. 3. Pirke Avoth appellatur דוסתא *Doſitha.*

130 Ita Fagii exemplar, ſed legendum ex libris melioribus דוסתאי Doſthai, id eſt, Doſthæus, quem Græci Doſitheum ſcribunt, inſerta littera i & abſque diphthongo: recte an ſecus, mitto quærere. Hoc leve. Pergit veterator Serarius. Ignoſce, lector, ſi veteratorem voco, qui alios ſe doctiores, & ſuos in his litteris magiſtros, novatores appellat.

Quoad rem verò videtur diverſus hic ab illo de quo quæritur: quia iſte eſt filius Ianai, qui & nomine alio ſecundum Fagianam interpretationem vocatur Meir, videturq; illo altero junior & Phariſæus.

Serarius nō intellexit phraſin Rabbinicam, *de nomine alterius aliquid dicere.*

Quid audio? Ianai vocatur Meir ſecundum Fagianam interpretationem? Appello ad tuum judicium, erudite lector. Nam Serarius non intellexit interpretationem Fagii, quæ ſic habet, *Ribbi Doſtha filius Iannai, nomine Ribbi Meir dicit.* Meir enim erat præceptor ipſius. Itaq; de nomine ipſius protulit hanc ſententiam. Res clara ex libro Iuchaſin, *Doſthai filius R. Iannai diſcipulus fuit R. Meir. Nam ita dicit in Aboth, de nomine R. Meir.* Quod autem ait di-
131 verſum videri ab altero, id firmat autor ejuſdem libri ad hunc modum ſcribens, *Ne putes Doſtheum, quem Sennacherib*

therib miſit ad Samaritas, diſcipulum fuiſſe R. Meir. nam ſunt mille anni inter eos. Tu audacter dic, *Diverſus fuit hic ab illo altero de quo quæritur.* Nam in re liquida non utimur verbo *videtur.*

Cap. 6.

Doſithei duo poſt Chriſtum. Serarii ſtupor. Conjectura nova de Sebuæis.

DOſithei plures fuerunt, ut dictum eſt. Ex iis vixerunt poſt Ieſu tempora duo. Vnus ex Iudæis filius fuit R. Iannai, & diſcipulus R. Meir: alter è Samaritis, qui conatus fuit perſuadere civibus ſuis ſe Chriſtum eſſe. Hujus meminit Origenes, ut vidimus. Cujus verba poſtquam adduxiſſet Serarius pag. 143. ſtatim ſubjicit, *Hæc de Sadoci magiſtro Doſitheo*, nimis imperitè inſciteque. Nam quomodo Sadoci magiſter Doſitheus, qui vixit poſt tempora Chriſti? nimium hæc abſurda, in quibus incredibilem hominis ſtupiditatem licet cognoſcere. De Sebuæis alii aliter. Ego dictos putarim à Sebaja Iudæo, qui miſſus fuit unà cum Doſthæo ad docendum Samaritanos legem. In Ilmedenu fol. 16. col. 1. *Quum novi incolæ Samariæ à leonibus infeſtarentur, Sennacherib miſit qui cauſſam quærerent. Dixerunt ei, Terra illa non admittit gentem quæ ſe non exercet in lege, neque circumciditur. Dixit illis, date mihi duos è veſtro numero, qui eò proficiſcantur, & doceant eos. Porro verbum regis irrevocabile Statim ergo miſerunt R. Doſthai filium Iannai, & R.* סבייא *Sebaja, qui docuerunt eos in ſcriptura legis &c.* Vt à Doſthai: qui Græcè Δοσιθεος, Doſithei vel Doſitheani: ſic à Sebaja vel potius Sebuja, id eſt, סבויא (nam proclivis ſanè lapſus de Ioth in Vau & contra) Sebuæi. Ita conijcio: puto autem conje-

132 Scaliger opinatur omnes Samaritas dictos eſſe שבועאי σεβουαίους hoc eſt ἑβδομαδίτας, quod omnem δευτέραν τῶν ἑπτὰ τῆς Πεντεκο-

dicitur penitus rejicerent. Chronicon templi ſecundi, *Alexander Iannæus convivium fecit omnibus ſervis ſuis in tecto palatii ſui, in loco celſo, & comederunt biberuntque; & inebriati ſunt cum eo magnates Caræorum.* Et aliquando poſt, *Ariſtobulus diligebat Caræos.* Et, *Alexandra regina dominari fecit Phariſæos ſuper Caræos.* Gloſſa ſuper Aboth, *Vocantur hi hæretici Caraim, quia libenter innituntur Scripturæ juxta ſenſum intellectus ſui, neq; curant verba ſapientum.* Abraham Zachuth in Iohaſin fol. 159. *Sadoc & Baithus erant principes hæreticorum & Epicuræorum.* Quomodo Epicuræorum? Quia, ut Philaſtrius ait; *Epicuræam dementiam potiùs quàm divinæ legis jura ſectabantur.* Liber Aboth, cap. 2. *Eſto vigilans in ſtudio legis: ut habeas quod* 135 *reſpondeas Epicuro.* Commentator ad hunc locum *de voce* אפיקורוס *variant ſapientum ſententiæ. Sunt qui dicant eum vocari Epicurum, qui contemnit diſcipulos ſapientum. Alii dicunt Epicurum eſſe qui retegit faciem in lege, ut Manaſſes filius Ezeciæ.* Dicunt etiam פיקיר pro Epicuro. Perperam autem deducunt a verbo Rabbinico בקר liber fuit; unde הפקר libertas, licentia. Quanquam ab eo non alienum Libertinorum nomen, quos nonnulli cum Epicuræis confundunt.

ADDENDA.

Saducæorum & Phariſæorum mentio in ב״מ *147. 3. Saducæos vocant Caræos hujus temporis. Aben. Levit. 3. 9. ad* חלבו האליה *in quo loco Saducæos errare dicit. Nam certe Saducæi veteres illi ignoti erant. Sic in libro jejunij & alibi. Rurſum Aben. Levit. 18. 11. ad nuditatem uxoris patris tui, & Levit. 23. 18. licitum eſt mactare in omnibus ſolemnitatibus contra ac ſentiunt Saducæi: & Levit. 25. 20. ad, non colligitur proventus omnis, Dicunt Saducæi ex hoc loco demonſtrari poſſe initium anni eſſe a Niſan, ſed non eſt*

Digitized by Google

hæc demonſtratio &c. Vide ſis. In nova Aſcalone ſunt circiter 40. Carai & in Damaſco urbe q. 200. quibus pax cum Samaritanis. Benjamin 12. 3. & 13. 2. non tamen affinitatem contrahunt inter ſe.

Cap. 8.

An Carai hujus temporis dici poſſint Sadučæi.

DE *a)* Caræis non omnes idem ſentiunt. Quidam eos diſtinguunt à Saducæis. Liber annotationum in Aboth, *Sunt qui dicant Saducæos & Baithuſæos eſſe illos quos alii Caræos appellant. Sunt qui diſſentiant dicentes, Caræos eſſe aliud genus hæreticorum.* Concilio has ſententias. Iam probatum eſt veteres Saducæos appellari Caræos. Aliud
136 ſtatuendum de Caræis noſtri temporis. Nam hi reſurrectionem carnis fatentur. In titulo Iohaſin, *Inde liquet Saducæos non eſſe Caræos, qui noſtris temporibus. Nam hi confitentur præmium & pænam & reſurrectionem: quod non faciunt Saducæi.* De Caræis aliquid Quæſt. l. 1. qu. 44. Quibus addo ex libro Iohaſin fol. 15. *Temporibus horum regum* (de Ioh. Hyrcano ejuſq; filio Alexandro loquitur) *cæpit ſecta Caræorum, qui etiam vocantur Saducæi & Baithuſæi.* Et fol. 118. b) *Anan & Saul ejus filius Carai erant.* Ecce Caręos dicit Saducæos, de quorum inſtitutis & legibus ritibuſque quidam librum compoſuit. Ei nomen Achan, eſt, עכן. Deleatur nomen ejus ut Achanis, ait commentator quidam ſuper Aboth, à quo hæc habeo. Iterum dico, Caræi hodierni diverſi ſunt à Saducæis. Nam credunt reſurrectionem: item præmio affici juſtos & pœna improbos. Alio ſignificatu Caræus, id eſt קראי vocatus eſt R. Eliezer filius Simeonis, in Scriptura, quæ Cara dicitur, optime verſatus. Sic legimus in Iohaſin fol. 69. pag. 2.

pag. 2. Rab. & Samuel & Rab. Iohanan Caræi, quia 137
verba eorum ſimilia verbis Scripturæ, id eſt, מקרא.

ADDENDA.

a) *Caræi locum illum Moſis Levit. 18. 18. Non accipies mulierem ad ſororem ejus expoſuerunt de duabus uxoribus, pag. 3. ex Pheſictha fol 79. col. 1, itē læſum attritione* בצוע דכא *& ſpurum* ממזר, *confundunt Deut. 23. 1. & 2. Pheſictha 80. 2.* והפותר של קראים שאמר וכול׳. *Genus quoddam Saducæorum eſt qui cenſent immundos eſſe qui tangunt corpora etiam viva, de quibus Levit. 11. Vide Abenezram ad verſ. 24.* מולדת אביך *Levit. 18. 11. exponunt, qui nutrita aut educta eſt à patre ſuo. Vide Abenezram. Idem Levit. 7 10. Venit ad me Saducæus quidam interrogatum an cauda eſſet vetita ex lege &c. Vide ſi placet. Ibi Saducæum vocat Caræum. Levit. 11. 19. Dicunt Saducæi* דוריפת *gallum eſſe. Stulti homines quis indicavit eis. Vide notas meas ad illum locum.*

b) *Dubito an hi Saducæi fuerint & eo labor ut credam autores fuiſſe novæ ſectæ Caræorum quæ tantum traditiones rejiciebat.* קראים *de Saducæis in Chron. T. S. ubi de Alexandro Ianæo. Inebriati ſunt cum eo magnates* הקראים *Caræorum fol. 40. col. 3. in principio. Paullo poſt col. 4. de Ariſtobulo Hyrcani junioris fratre* והוא היה אוהב את הקראים ובוהג מבהגם. *Et mox, erat imperium Phariſæorum ſuper Caræos. Caræorum mentio apud Gerund. in Levit. 196. 2.* לסתום פיהם של הקראים מחוקו שם. *Quippe* מחק *delere. Anan & Saul quinam fuerint Iucha. 118. 2. De Saducæis i. Caræis Aben. Levit. 23. 40. ubi eos vocat* עורי לב *quod corde nihil videant. Sed vide ſi placet.*

CAP. 9.

An prophetas rejecerint.

Saducæi teſtimonium citant contra reſurrectionem ex Iob. 7. 9. in Ilmedenu fol. 2. col. 4. כופר בדברי חזל והרי הוא צדוקי non dicit prophetarũ, ſed ſapientũ noſtrorum ex lib. רחהת 54. 1.

De hac re magna dubitatio eſt. Nam Ebræi meminerunt tantum traditionum, quas πατροπαραδότας ἐντολὰς indigitant. Adhæc unus ex iis qui commentati ſunt ſuper Aboth ait eos inniti Scripturæ: ſub qua voce prophetas etiam comprehendunt. Taceo quòd in templo ſacrificarint cum Phariſæis, quotidie cum illis verſantes & cibum ſumentes. Nec in novo fœdere prophetarum ulla mentio, ubi angelum & ſpiritum & reſurrectionem negare perhibentur. Certè non debuiſſet hoc reticere Lucas. Alia dubitationem movent, quæ nunc non commemoro. Tamen Hieronymus, *Quinque tantùm*, inquit, *libros Moyſi recipiebant Saducæi, prophetarum vaticinia reſpuentes:* & Zacharias Chryſopolitanus epiſcopus, *Quinque libros Moyſi recipiunt, prophetas reſpuunt.* Tertullianus
138 quoque de præſcript. adverſus hæreticos lib. 1. *Taceo Iudaiſmi hæreticos: Doſitheum, inquam, Samaritanum, qui primus auſus eſt prophetas, quaſi non in Spiritu ſancto locutos, repudiare. Taceo Saducæos, qui ex hujus erroris radice ſurgentes, auſi ſunt ad hanc hæreſin etiam reſurrectionem carnis negare.* In his locis prophetarum nomine etiam Hagiographi ſignificantur. Sic accipies in illo, *habetis Moſen & Prophetas*: & eſt figura nota, quam ſynecdochen appellant, ut cùm ſub nomine Apoſtolorum etiam Euangeliſtę comprehenduntur. Iuvat hanc ſententiam nonnihil Gorionides cùm ait cap. 29. *Ecce Saducæi dicunt, ne credamus & ne audiamus ullam traditionem aut ullam expoſitionem, niſi legem Moſeos ſolam.* Quia verò duntaxat Moſen recipiebant, ideo Chriſtus, cum eorum errorem de reſurrectione refelleret, ex ejus libris petiit teſtimonium Matth. 22. 32. *ſtultum enim fuiſſet*, inquit Hieron. *inde proferre teſtimonia cujus autoritatem non recipiebant.*

Quod traditiones rejecerint.

De tra-

Digitized by Google

DE traditionibus res certa eſt. Omnes affirmant. Vide locum Gorionidis modò citatum. Elias Levita 139
Theſbite, *negant legem oretenus traditam, & non credunt niſi quod extat in lege ſcripta. Ideò vocant eos Caraim q. Scripturarios. Nam* מקרא *Scriptura.* Propriè lectio, quæ & קְרָא dicitur, unde quidam Lectionarios eos appellat. Videndus Scaliger de emend. temporum lib. 2. pag. 144.

Cap. 10.

Conjectura de Saducæis nova. Samaritani. Benjamini calumnia de his: itemque Abenezra. Scaligeri ſententia confirmata.

SAducæorum alii degebant in Iudæa & in Samaria alii. Fieri ergo poteſt ut qui apud Iudæos erant prophetas receperint: qui apud Samaritanos habitabant, rejecerint. In his erant * apoſtatæ gentis Iudaïcæ, qui Sicimis commorabantur. Id conjicio, non affirmo. Hec tantum, Patres omnes in ea ſententia fuiſſe ut crediderint Saducæos tantùm quinque libros Moſis admiſiſſe. Quod illis commune cum a) Samaritanis. Doſitheus enim, qui hos primus inſtituit, prophetas repudiabat. Idem ergo Samaritæ faciebant, tantum Moſen recipientes De his Benjamin Tudelenſis, *Carent tribus literis* החע *He ex nomine Abraham: Heth ex nomine Iſahac: Ain ex nomine Iaacob, quarum loco Aleph, hoc eſt ſpiritum tenuem ſubſtituunt. Hoc ſigno manifeſto arguuntur non eſſe ex Iſraelis poſteritate ac ſemine, cùm agnoſcant legem Moſis his tribus litteris exceptis.* Cui repugnat Alphabetum Samariticum, quod apud Poſtellum in Alphabeto 12. linguarum. Tum etiam quod ſcribit Hieronymus præfatione in libros Regum, *Samaritani etiam Pentateuchum Moyſi totidem litteris*

* פושעי ישראל qui dicebant prophetas & Hagiogra- 140 phos non eſſe legem, & non credebant in eis. Ilmed. fol. 87. col. 4 מ מור hoc eſt apoſtata non levat manus: Saducæi autem levabant manus cum populo benedicerent. Lib. Muſar. 44. 1. מומר לא ישאבכו

litteris ſcriptitant, figuris tantùm & apicibus diſcrepantes. Ecce dicit Samaritanos Pentateuchum totidem litteris ſcriptitare. Falſum ergo quod ibi ſcribit Benjamin, aut fallit nos Hieronymus. Idem locus facit ut non credam Abenezræ ſcribenti pro *creavit Deus*, Samaritanos edi-
141 diſſe, *creavit Aſima*; quod eſt idolum Hemathitharum. Nam Chutæorum (ſic Ebræi nuncupant Samaritanos) numen Nergol dicebatur. Scribit hoc memoratus Rabbi Eſther 1. 1. Iudicium Scaligeri hac de re invenies in ſeptimo de temporum emendatione, pag. 621. in quo nobis acquieſcendum eſſe puto, dum certiora edocti fuerimus. Nam qui aliquem oderunt, ut diverſæ religiones ſolent, facile de eo calumnias & mendacia ſpargunt. Pro exemplo ſit Serarius homo malè acutus, qui ſenſiſſe me vult & ſcripſiſſe, quæ per ſomnium non ſenſi non ſcripſi. An putat lectores mei libelli omnes fungos eſſe?

ADDENDA.

a) *Samaritani etiam negabant reſurrectionem animam una cum corpore mori credentes, ICCAR. Serm. 4. cap. 31. in principio. Quid Saducæi differant à Samaritanis. Scalig. in Cano. Iſagog. 219.* בותיים הם היהודים השמרונים הנקראים שמריטנים. *Benja. in Itine. 9. 1. In* בבילש *qua Sichem olim, centum ſunt Chuthai .i. Samaritani, qui ſervant legem Moſi ſolam. Ibid. pag. 2. Vide ſequentia. Nam multa ibi de Samaritanis. Habent quidem tres illas litteras, ſed eas pronunciant per* א: *unde non habere dicuntur.*

CAP. II.

Chuthæi. Somronim. Secretum nominis tetragrammati. In eo excommunicatio fiebat. Ritus ſolennis excommunicandi.

Digitized by Google

candi. Non licuit Iudæis cum Samaritanis panem edere. Alia quædam.

QVos nos dicimus Samaritanos, eos Ebræi ferè vocant 142
כותים vel כותיים id eſt, Chuthæos. Nam ex Chutha oriundi erant plerique. Saltem nomen hoc in commune tranſiit, ut Chananæorum vocabulum. Nam ex ſeptem gentibus terræ Chanaan, una erat Chananæorum à qua reliqui nominati. Dicuntur etiam שומרונים Somronim ab urbe primaria, an à regione? Autor illius commentarii, qui Ilmedenu vocatur & Sepher Tanchuma, *In illa hora venerunt contra eos Somronim ad bellum, videlicet 180. millia. Et quomodo Somronim, nonne Chuthæi erant? Scilicet de nomine urbis Samariæ vocatos fuiſſe Somronim, id eſt, Samaritanos.* Hęc ibi. Sęd & alia in eo commentario, quæ non poſſum ſilentio tegere aut præterire. Secretum nominis tetragrammati, quod Iudæis סוד שם המפורש arcanum nominis Hammephoras vocatur, putarim dici cum nomen illud pronuntiatur propriis ſuis vocalibus. Quæ pronuntiatio antiquitus nota (etiam Chriſtus eam noverat, ut habetur in libro authentico apud Iudæos, qui תולדות ישו generatio Ieſu nominatur) ideo ſecretum vocatur, quia ſacerdotes eam ſoli ſecreto penes ſe habebant. In eo ſecreto fiebat excommunicatio ſolennis 143
qualis erat Samaritanorum, cùm ab Ezra & Nehemia excommunicarentur. Ritus iſte notatus eſt in dicto libro, ſectione *Et ſedit Iacob*, per hæc verba, *Tunc impeditum fuit opus templi uſque ad annum ſecundum Darii regis Perſarum. Quid fecerunt Ezra, Zorobabel & Ioſue? Congregaverunt omnem eccleſiam in templum* DOMINI, *adduxeruntque 300. ſacerdotes & 300. buccinas & 300. libros legis, totidemque pueros, & clanxerunt. Levitæ autem canentes pſallenteſque omnibus*

Samaritani Cæſarienſes pervertunt opera ſua & permittunt mutuo dare ad uſuram סמג 207. כותאי 2. דקיסרין, De opinionibus Samaritarum Scalig. in Cano. Iſagogi. 2. 19. Qui revelat faciem in lege, ecce hic eſt כותי גמור perfectus Samaritanus. Comment. in Aboth 34. 2. כותי

בשוק Chuthæus in foro, cum ſalutabat R. Iochanan. Aboth 49. 2. איב כותי hoſtis Chuthæus: in eius caſu non eſſe lætandum 51. 1.

omnibus generibus anathematum devoverunt Chuthaos in arcano nominis tetragrammati, & in ſcriptura ſcripta ſuper tabulas; & anathemate domus judicii ſuperioris, & anathemate domus judicii inferioris, ne comederet ullus ex Iſrael panem Chuthai (unde dictum eſt, Qui comedit panem Samariticum ac ſi comederet carnem ſuillam) & ne proſelytus fieret Chuthaus in Iſrael, neve illis pars eſſet in reſurrectione mortuorum. Id ſcripſerunt & conſignarunt & miſerunt ad omnem Iſraelem, qui erant in Babylonia: qui accumularunt contra eos

144 *anathema ſuper anathema.* Hucuſque. Hinc eruimus non licuiſſe olim Iudæo cum Samaritano ſive Chuthæo panem edere. Hoc primum: deinde ſpem ad eccleſiam Iudaicam redeundi nullam fuiſſe Chuthæo in Iſrael. Verba Ebræa ſunt אל יתגייר כותי בישראל quæ neſcio an verti poſſint in Latinum, *ne commoretur advena Chuthæus in Iſrael,* expende.

CAP. 12.

Saducæorum dogmata. De Deo.

DEum extra omnem mali patrationem inſpectionemque conſtituunt. Quod ſignificat Ioſephus lib. 2. Iudaicorum, cap. 13. ita ſcribens, καὶ τὸν θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τι κακὸν, ἢ ἐφορᾶν τίθενται. *Quorum prius,* inquit Serrarius, *veriſſimum: poſterius falſiſſimum eſt.* Videamus. Malum aliud culpæ, aliud pœnæ. Certum eſt Deum immunem eſſe à malo culpæ. An etiam à malo pœnæ? minime gentium. Nam ecce propheta dicit, *Non eſt malum in civitate quod Deus non fecerit.* Si ergo de hoc malo loquuntur, non minus falſum eſt quam illud, Deum ma-

145 lum non inſpicere. Nam videt tam malum culpæ quàm malum pœnæ. Quo facit dictum Salomonis, *Oculi*

DOMI-

Digitized by Google

DOMINI ubique ſpeculantes tam bonos quàm malos. Si enim ipſos homines videt, multò magis eorum actiones & opera.

De Fato.

IOſephus ibidem, Σαδδουκαῖοι δὲ τὸ δεύτερον τάγμα τὴν μὲν εἱμαρμένην παντάπασιν ἀναιροῦσι, id eſt, *Saducæi vero ſecundus ordo fatum omnino tollunt*: Idem Origin lib. 13. cap. 9. ex interpretatione Gelenii, *At Saducæi fatum omnino negant & è rebus tollunt, dicentes nihil fataliter evenire hominibus, & omnia in noſtra ipſorum poteſtate eſſe, ut tam felicitatis nobis ipſi autores ſimus quàm infortunii, ſi deteriora conſilia ſecuti fuerimus.* Sunt qui fati vocabulo providentiam ſignificari putant, quam Saducæi etiam e medio tollunt; unde non male quidam autores ſectæ Sadoc & Baithos vocat principes Epicuræorum. Abraham Zachuth in Iohaſin, *Saducæi contraria ſentiunt Phariſæis. Negant enim creatorem curare res humanas, & providentiam ſive diſpoſitionem præponderare.* Diſpoſitionem voco, quam Ebræi מערכה dicunt ut cum legimus, *Homo proponit, Deus diſponit*, מכרעת autem quod verti *præponderat* ſignificat inclinationem propriè lancium in alterutram partem.

Zonaras 155. Saducæi fato repudiato noſtræ voluntati aſſeribunt omnia & cauſſa, bonorum à nobis pendere, & nos temeritate noſtra ultro amplecti deteriora exiſtimant.

146

De Spiritu Sancto.

Act. 23. 8. Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι πνεῦμα: Hîc quidam Spiritum ſanctum, alii animam intelligunt. Priorem ſententiam juvat locus qui verſ. 9. εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος. ſi ſpiritus locutus eſt ei, aut angelus. Quem locum enarrans Theophylactus, δῆλον ἐστιν, inquit, ἢ διὰ πνεύματος ἁγίου, ἢ δι' ἀγγέλου κατηχηθεὶς τὸν τῆς ἀναστάσεως λόγον. Rei firmandæ eſt Epiphanius hæreſi 14. de Saducæis ita ſcribens, πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐκ ἴσασιν, οὐ γάρ εἰσι τούτου ἠξιωμένοι. Forſitan, inquit idem

quem ſupra nominavi Theophylactus, ne Deum quidem norunt, utpote craſſiores: Verba Græca ſunt, οὐκ ἴσασι
147 Σαδδουκαῖοι τάχα οὐδὲ τὸν θεὸν, παχεῖς τινες ὄντες. Nicolaus Act. 13. *Negabant ſpiritum generaliter. Nam & ipſum Deum dicebant eſſe corporeum.* Et mox, *negabant creaturam ſpiritualem.*

De anima.

Zonaras de Saducæis 189. Mortales eſſe animos arbitrantur, atq; una cum corporibus interire.

QUi locum ex Luca modo citatum de anima intelligunt, eo nomine denotari putant ἀνάστασιν τῆς ψυχῆς, quam Saducæi negantes animam nihil aliud eſſe cenſebant quam craſin ſeu temperaturam quandam humorum: in quo errore, teſte Theodoro, nobiles etiam multi medici fuerunt. Poteſt ita eſſe: tamen aliter de hac re alii. Ioſephus in Iudaicis lib. 2. cap. 12, ψυχῆς τε τὴν διαμονὴν ἀναιροῦσι. Ecce non dicit τὴν ἀνάστασιν; ſed τὴν διαμονήν. Nam credebant eam una cum corpore interire. Idem Orig. lib. 18. cap. 2. Σαδδουκαίοις δὲ τὰς ψυχὰς συναφανίζει τοῖς σώμασι Abraham Zachut Salmanticenſis, *Ajunt animam mori cum corpore.* Si moritur cum corpore, ergo vivit in corpore Hiero. vocat interitum, cùm ait Saducæos quoq; animarum interitum prædicaſſe. Hoc
148 ait in comment. Matth. 22. ubi & illlud, *corporis & animæ reſurrectionem denegabant:* & aliquanto pòſt, *Qui reſurrectionem corporis non credebant, & animam putabant interire cum corporibus, rectè hujuſmodi fingunt fabulam, quæ deliramenti arguat eos, reſurrectionem aſſerant mortuorum.* Nicolaus Matth. 22. *Inter Iudæos quidam erant qui dicebantur Saducæi: qui dicebant animam hominis eſſe mortalem, & per conſequens negabant reſurrectionem.*

De Angelis.

NEc angelos eſſe credebant, ſub quo nomine dæmones continentur. Act. 23, 8. Angelorum ἀνάστασιν

etiam

etiam Libertini hodie negant. Quod notatum à Theodoro, in quo & illud, *ne nunc quidem deſunt inter Iudæos, quos non pudeat dicere angelos eſſe cauſſas naturales, Dei juſſa vel bona vel mala effecta producentes.*

De reſurrectione mortuorum.

NEgant reſurrectionem omnem, hoc eſt, tam animarum quàm corporum: quam nos reſurrectionem carnis dicimus, carnem pro corpore ponentes. Act. 23. 8. *Saducæi dicunt non eſſe reſurrectionem.* Vide Matth. 22. 149
23. Marc. 12. 18. Luc. 20. 27. Nicolaus de Lira, *Saducæi negabant reſurrectionem futuram. Nihil enim immortale dicebant in homine eſſe.* Fuerunt etiam Chriſtiani, qui carnis reſurrectionem negarent: quos ideo Tertullianus in, De carne Chriſti vocat propinquos Saduceos Chriſtianorum & partiarios ſententiæ Saducæorum. Cur partiarios? An quia Saducæi reſurrectionem negabant ſimpliciter, illi carnis tantum, hoc eſt corporis non animæ? Idem de præſcript. adverſus hæreticos lib. 1. *Taceo Saducæos, qui auſi ſunt ad hanc hæreſin etiam reſurrectionem carnis negare.* Rurſum Nicolaus, *Inter Iudæos quidam erant qui dicebantur Saducæi, qui dicebant animam hominis mortalem & per conſequens negabant reſurrectionem, ſecundum quod Ioſephus refert de iſtis xx. libro antiquitatum, & Magiſter in hiſtoriis, ubi plenius tangitur diverſitas, quæ erat in ſectis Iudæorum.* Zacharias in unum ex quatuor, *Saducæi prophetas reſpuunt, reſurrectionem non credunt.* 150

De præmio ac pœna.

ACt. 23. 6. περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως ἐγὼ κρίνομαι. *De ſpe & reſurrectione mortuorum ego in judicium vocor.* alias, *ego diſcepto.* Senſus eſt, de ſpe præmii quòd accepturi ſunt juſti altero ſeculo: quòd idcirco ab Ebræi vocatur ſeculum mercedis. Nam tunc unuſquiſque mer-

cedem accipiet ſuis factis dignam. Id negabant Saducæi; etiam pœnas omnes ſcelerum & flagitiorum è medio tollebant. Ioſephus in Iudaicis lib. 2 cap. 12. τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι. Origenes fragmento in Matthæum, *Definiunt Phariſæi mortuorum reſurrectionem, ſperantes aliquod futurum ſeculum. Saducæi contra cenſent poſt hanc vitam nihil homini repoſitum præmij, ſive ad virtutem profecerit, ſive nunquam vel ſtuduerit à vitiorum terminis excedere.* Abraham Zachuth, *Opinio Saducæorum eſt non eſſe mercedem aut pœnam.* Nata videtur hæc opinio ex dicto Antigoni Sochæi perperam intellecto, *Ne eſtote*
151 *tanquam ſervi, qui miniſtrant principi ea conditione ut accipiant præmium &c.* Nam פְּרָס præmium, עֵרֶךְ, vel certe mina, i. מָנָה, aut portio, id eſt, מְנָה. Vtrumque legitur in comment. ad librum Aboth. Dicebant etiam Phariſæos miſeros eſſe, qui ſe ita affligerent in hac vita, nullam inde mercedem reportaturi. Item dicebant, omnia opera eorum vana eſſe, ſive quòd idem, eos in caſſum laborare. Lexicon Thalmudicum quod Aruch vocant, *Traditio in manu Phariſæorum qua ſeipſos affligunt in hoc ſeculo, cùm in ſeculo venturo non ſit illis merces.* Et paullo ante, *Si patres noſtri ſciviſſent reſurrectionem mortuorum eſſe, & præmio affici juſtos in altero ſeculo, non ita docuiſſent*, nempe quemadmodum docuit Antigonus. Ideo monent Ebræi ut præceptores verba ſua proferant clarè, diſtinctè & enucleate, ne diſcipuli occaſionem inde arripiant faciendi, quod fecerunt Sadoc & Baithus hæreſiarchæ. Vide ſis commentarium decem Rabbinorum in Aboth.

Vnde bona & mala quæ hominibus accidunt.

152 Bona & mala, quæ hominibus eveniunt, ea pendere putant ab hominis electione ac arbitrio, juxta illud,

Quiſque

Quiſque faber eſt ſuæ fortunæ. Hæc ſignificat Ioſephus Antiquit. Iudaic. lib. 13. cap. 9 ἅπαντα δ' ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς τίθενται, ὡς καὶ τῶν ἀγαθῶν αἰτίους ἡμᾶς γινομένους, καὶ τὰ χείρω παρὰ ἡμετέραν ἀβουλίαν λαμβάνοντας. Et lib. 2. capt. Iud. cap. 12. Φασὶ δ' ἐπ' ἀνθρώπων ἐκλογῇ τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν προκεῖσθαι.

Cap. 12.

De moribus Saducæorum.

IMpii erant & peſſimis moribus præditi, ait Abraham Zachuth. Ebræa ſunt, והם הרשעים ובעלי מדות רעות Duros quoque agreſteſque fuiſſe docet Ioſephus in Iudaicis lib. 2. cap. 12. cum ait, Σαδδουκαίων καὶ πρὸς ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον, αἵ τε ἐπιμιξίαι πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπηνεῖς ὡς πρὸς ἀλλοτρίους. In judiciis crudeles erant præ cæteris Iudæis & acerbi. Vide ſis Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 23. Tales non dicuntur juſti, ſed acres & ſævi. Perperam ergo Nicolaus. *Saducæi erant in judiciis acerrimi, ut*
dicitur in hiſtoria eccleſiaſtica: propter quod ſibi nomen ju- 153
ſtitiæ uſurpabant. Nam nuſquam ſe vocant juſtos, id eſt, צדיקים, quod ſciam. Nec à juſtitia dicti ſunt Saducæi; ſed à Sadoco hæreſis principe, ut diximus. Plura, ſi Deus volet, alias.

Cap. 13.

De odio populi erga Saducæos, & de Caræis hodiernis.

POpulo vehementer inviſi erant. Abraham Zachuth, *multitudo populi oderat eos, & ipſi oderant viatores.* Imo intolerabiles. Ioſephus Orig. lib. 18. cap. 2. διὰ τὸ μὴ ἄλλως ἀνεκτὲς γενέσθαι τοῖς πλήθεσιν. Vide præcedentia.

Odium hoc durat hodieque in iis locis ubi Caræi ſunt,
ut Conſtantinopoli & in Palæſtina. Scaliger de emend.
temporum lib. 2. *Caraim pro portione Rabbaniim, id eſt,*
Rabiniſtarum pauci ſunt. Iſti quamvis meri Iudæi ſunt, ta-
men inexpiabilia odia inter ſe exercent, neque ab alterutris
exprimas, ut alteros ſaltem alloquantur. Gulielmus Poſtel-
lus in Alphabeto 12. linguarum, *Tres præcipuæ Iudæorum*
154 *ſectæ in orientalibus partibus ſunt. Thalmudiim, id eſt, Thal-*
mudiſtæ, qui hominum ſuæ legis placita exponentium omnia
ſomnia & deliramenta mordicus tenent & ediſcunt. Alij
dicuntur Caraim, id eſt, Lecturarij, ſi liceat verbum effingere,
qui rejectis hominum documentis omnibus tantum ſacra am-
plectuntur, obſervant. Ditiſſimum hominum genus, ſed usq;
adeo cæteris inviſum, ut bona pars virginum illorum, quia per
affinitatem & paucitatem non ſibi ſatis ſunt, innuptæ maneat.
Aſſerunt inſuper communis opinionis Iudæi, ſi accideret ut
Chriſtianus & Caraimus unus demergerentur una, pari utri-
uſque ſalvandi poteſtate, pontem ſe effecturos corpore Caraimi
ad ſalvandum Chriſtianum. Tertium genus eſt Samaritano-
rum quorum meminit Hieron. in proœmio libri Regum. Ioh.
quoque Leo in diſcriptione, niſi fallor, Hantetæ montis,
& alibi, refert multos ibi Iudæos eſſe ex iis qui Caraim
vocantur, qui cæteris exoſi adeo ſint, ut pleræque virgi-
nes eorum innuptæ maneant, quod nemo Iudæorum
cum iis affinitatem contrahere velit. Adite, ſultis, ad
155 Quæſtiones meas.

Cap. 14.

Locus illuſtratus ex Sirachide.

IN libro qui inſcribitur Sapientia Ieſu Sirach, & vulgo Eccleſiaſticus per excellentiam vocatur; cap. 50. verſ.

33. &

33. & 34. *Duabus gentibus offenſa eſt anima mea, & tertia non eſt gens. Commorantes in monte Samariæ, Philiſtæi, & populus ille ſtultis habitans Sicimis.* Vetus editio, *qui ſedent in monte Seir.* Pro ἐν ὄρει Σαμαρείας, videtur legiſſe ἐν ὄρει Σηείρ, ut Idumæos denotet hoſtes perpetuos Iudæorum. Hæc ſcriptura olim præ illa altera mihi probata fuit. Nunc tueor vulgatam apud Græcos, & per καθημένους ἐν ὄρει Σαμαρείας deſignari puto Samaritas, quos Iudæi capitali odio proſequebantur: unde vox illa convicii Chriſto apud Iohannem objecta, *Samaritanus es*: & illud, *Sit tibi* Ioh.8.48.
tanquam ethnicus & Samaritanus. Quod autem ſequitur ὁ λαὸς μωρὸς ὁ κατοικῶν ἐν Σικίμοις, iis verbis denotari exiſtimo Iudæorum apoſtatas Sicimis commorantes, de quibus Ioſephus Orig. lib. 11. cap. 8. Σαμαρεῖται μετρόπολιν τότε τὴν Σίκιμα ἔχοντες κειμένην πρὸς τῷ Γαριζὶν ὄρει, καὶ κατῳκημένην ὑπὸ τῶν ἀποστάτων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους. Innuit autem Saducæos Sicimitas, qui apoſtatæ erant & deſertores gentis Iudaicę. Vide nunc, ſi placet, notas meas ad illum locum.

156 פושעי ישראל vocantur in Ilmed. 87.4 Hi rejiciebant prophetas & Hagiographa.

Cap. 15.

De Anan & Carcaſnai hæreſiarchis.

Aducæorum ſecta imminuta fuit admodum poſt excidium templi ſecundi, donec tandem anno mundi 4523. Anan quidam cum filio Saule eam reſtauraſſet editis variis libris. Horum meminit Abraham Davidis filius Haſidæus per hæc verba, *R. Iuda Gaon mortuus eſt anno 4523. In ejus diebus fuerunt Anan & Saul filius ejus (nomen improborum putreſcat.) Porro Anan iſte oriundus è Beth-ſur, initio diſcipulus erat ſapiens, agnoveruntq́ in eo aliquid profani, propterea non fuit promotus in Gaonem, neque*

neque adjutus è cælo ut eſſet caput deportationis propter lutum quod in corde ipſius acervum ſive cumulum fecerat. Stetit ergo ut incitaret Iſraelem ad recedendum à traditione ſapien-
157 *tum, quam acceperant ex ore prophetarum fidelium rectorum, ex ore teſtium rectorum, quemadmodum in hoc libro expoſuimus, & factus eſt ſenex refractarius contra domum judicij, ne audiret Iudices, & compoſuit libros, conſtituenſque diſcipulos finxit è corde ſuo ſtatuta non bona. Nam poſt excidium attenuati ſunt hæretici, donec exortus Anan eos confirmaſſet.* Idem in libro eodem cum Anane memorat Carcaſnai quendam, quem etiam appellat hæreſiarcham. Verba quibus hoc dicit hæc ſunt, *Factum eſt illis ſignum hoc magnum per Simeonem juſtum: non eſt factum tale quid Anani aut Carcaſnai principibus hæreticorum, quorum nomen putreſcat.* Hæc Abraham ille in Cabbala ſua hiſtorica, quæ Cabbala Haſidæi vocatur. Ipſe autem tribu Levites erat, gente Hiſpanus.

Cap. 16.

Erratum Serarij non leve.

ITa comparatum eſt ut qui alios contemnunt tanquam novatores & grammaticos, ipſis novatoribus grammaticis,
158 ſæpe etiam pueris, deridendos ſe propinent. Quod ſi hic non accidit Serario ſum ego vanus haberi cupio. Iudicent eruditi & harum rerum callentes. In loco Cabbalæ, quem modo citavi, abbreviatura eſt שר״י, quæ ſignificat, *nomen improborum putreſcat.* Id ſumptum ex Proverbiis Salom. Plene autem ſcriberetur רְשָׁעִים יִרְקָב שֵׁם quod hemiſtichium invenies Proverb. 10. 7. Hanc abbreviaturam ſi Serarius intellexiſſet, nunquam profecto ita locum vertiſſet, *Effectum eſt inſigne illud miraculum*

culum opera Simeonis juſti, quale non contigit Anani, nec Carcaſnao hæreticorum principibus Sereis. Nam Serei principes nulli ſunt, nec unquam fuerunt. Talibus ineptiis plenus eſt liber Trihæreſion, ut in eum jure merito competat illud, *Magnus liber, magnum malum.* Id Græce ſonat, *μέγα βιβλίον, μέγα κακόν.*

CAP. 17.

An Iudæi omnes qui in Gazaritano templo ſacrificabant hæretici fuerint.

SI recte capio Serarium, dicit eos vere fuiſſe hæreticos
pag. 11. & Samaritanos appellat pag. 160. Dubito an 159
bene, aut potius non dubito quin male ita eos vocet. Primum enim non erant Samaritani, ſed Iudæi: deinde non erant hæretici ſed potius ſciſmatici. De iis loquor, qui Sadoc & Baithos anteceſſerunt, à quibus hæreſis initium accepit, ut teſtatur Abraham Zachuth, cujus locum produximus, pag. 16 hujus libri. Sane inter eos fuit de filiis Iojada Manaſſes gener Sanaballeti, quem Nehemias expulit, non propter hæreſin, ſed quia uxorem alienigenam dimittere nolebat 2 Ezræ 13. 58. Inde occaſio extruendi novi templi, quod in Garizin. Hiſtoria nota eſt. Tunc ſciſſum fuit corpus populi in duo. Pars una Simeonem juſtum ſequebatur, ejuſque ſodalitium: altera ibat poſt Sanbaletum & generos ejus. Secuta eſt deinde hæreſis Saducæorum ſub Antigono diſcipulo Simeonis memorati, quem cum Iaddua confundunt, qui Alexandro occurrit. Hæc domus ſtetit, teſte Zachuto, 200. annis aut præterpropter. Nam 40. annis
poſt domum ſecundam extincta fuit. Cabbala Haſidæi, 160
Porro invenit Alexander rex in terra Iſrael Chuthæos multos,

qui fuerant ibi à diebus Sennacheribi: quorum primores erant Sanaballetus Horonita & quidam ex Iſrael, & de filiis Ioſuæ filij Ioſadac ſacerdotis magni affinitatem contraxerunt cum illis. Eos fugavit Ezras cum Nehemia Hattharſata è domo DOMINI. Vide ſequentia. Quæ ſi vera, quomodo verum illud Serarii, *Samaritanorum hæreticorum fuit Alexandri magni tempore exordium.* Scribit hoc pag. 160. Deinde, cùm populus diviſus eſſet in duas partes dimidias, ubi tum erant Heſſeni? Certe vel hinc liquet initio duas tantùm ſectas fuiſſe, quas etiam partes, id eſt, חלקים non male appellaveris. Vide Act. 23. 9.

Cap. 18.

Ubi Saducæi ſacrificarint.

SAmaritani aliquando Iudæi vocantur, aliquando ab iis diſtinguuntur. Similiter Saducæi à Samaritanis diverſi erant. Nam hi ſacrificabant omnes in monte Garizin, ubi templum extruxerat Sanaballat ſocer Ma-
161 naſſe ſub principatu Alexandri. Illi omnes Iudæi erant, & ſacra faciebant in templo Ieroſolymitano. Neſcio an omnes ibi ſacrificaverint. De iis qui in Iudæa erant, aut Ieroſolymis habitabant non dubito. Docet hoc Epiphanius ita ſcribens hæreſi ſeptima τὰ πάντα δὲ ἴσα Σαμαρείταις φυλάττουσιν· οὐκ ἦσαν δὲ οὗτοι Σαμαρεῖται, ἀλλὰ Ἰουδαῖοι. ἐν Ἱεροσολύμοις γὰρ ἐθυσίαζον. Duo dicit. Primum Saducæos Iudæos fuiſſe: deinde Ieroſolymis ſacrificaſſe. Hoc poſtremum verum eſſe credo ex parte, niſi quis doceat etiam eos qui Sicimis & in Samaria degebant, in templo Ieroſolymitano ſacrificaſſe. Quod ut non plane nego, ita temere affirmare nolo.

Digitized by Google

CAP. 19.

Liber Aboth. פרקי אליעזר *Serarij imperitia.*

INſcriptio libri Aboth apud Ebræos eſt פרקי אבות id eſt, *Capitula patrum.* Continet autem capitula ſex. Alius eſt liber qui vocatur פרקי אליעזר id eſt, *Capitula Eliezer.* Hæc quum fors apud novatorem aliquem legiſſet Serarius, lib. 2. cap. 19. ita ſcribit, *Suntne Saducæorum gnomæ aliquæ? nullas legere memini præter hanc unam Sadoci apud Eliezerem cap. 4. Pirke Aboth, ne facias coronam &c. Sed non iſte videtur Sadocus, à quo Saducæorum ſentina.* 162
Certum eſt alium eſſe à Sadoco hæreſiarcha. Quod autem ait, *apud Eliezerem cap. 4. Pirke Aboth*, arguit non parvam rerum Ebraicarum inſcitiam. Nam Eliezer non eſt autor libri, qui vocatur פרקי אבות neque quæ in eo libro habentur, apud Eliezerem haberi quiſquam ſanæ mentis eſt, unquam dixit aut ſcripſit. Fuit quidem fateor, R. quidam Eliezer filius Nathan, qui commentarium in eum librum edidit, ſed hoc non excuſat Serarium. Nam autor libri, qui vocatur, *Capitula R. Eliezer*, erat diſcipulus R. Iohanan filii Zachai, patre Hyrcano natus, & ſenex admodum cùm Rabban Gamliel diem ſuum obiret. In Iohaſin vocatur, *Eliezer magnus, & diſcipulus magnus ipſius R. Iohanan.* fol. 50. pag. 2. in extremo. Reperitur quoque apud Iudæos liber qui פרקי משה inſcribitur, id eſt, Capitula Moſis. Quo uſus eſt Iehiel filius 163
Iedida, qui cognominatur Michal Marpatſic, autor commentarii ſuper Aboth Cracoviæ impreſſi, qui *Munus novum*, id eſt, מנחת חדשה vocatur.

Addendum ad cap. de reſurrect. p.148.

Ioſeph Albo in libro fundamentorum ſerm. 4. cap. 31. Saducæi dicunt non eſt reſurrectio mortuorum ex lege. Quæ ibid. refutantur. Zonaras 189. Nihil quicquam niſi leges obſervant, ſermonibus ac magiſtris refragari in parte virtutis ponunt. Si qui verò illorum ad magiſtratus adhibentur vel inviti aſſentiuntur Phariſæis: alioqui enim à populo non tolerarentur. Idem 155. Saducæi ea pro legibus habenda affirmabant quæ in ſcripta relata eſſent. Quæ vero quaſi per manus traderentur ea non obſervanda eſſe.

Add. ad cap. de præmio &c. p.150.

Credunt præmium & pœnam eſſe corporalem tantum, quæ in hoc mundo tribuitur: negant autem mercedem ſpiritualem hoc eſt ipſius animæ, licet credant in legem Moſis & providentiam. Ioſeph Albo ſerm. 4. cap. 29. Ante illos הלבכדו *Halancado quæ eſt ſecta* מבעלי העיון*, idem ſentiebat: quem Sadoc & Baithus poſt ſecuti ſunt. ibid.*

Addendum ad caput 12.

Teſtes non puniebantur niſi abſoluto judicio, ſed Saducæi dicebant, niſi poſtquam occiſus eſſet is qui judicatus fuerat juxta illud, animam pro anima. Pheſictha 77.4. Levit. 18. 11. מולדת אביך *Saducæi exponunt, quæ nutrita aut educata fuit à patre tuo, nec eſt filia matris. Vide Abenezram. Levit. 20. 20.* ערירים ימותו *iidem exponunt, nudi morte afficientur. Vide eundem.*

Ad caput 13. hæc notata erant in authoris exemplari.

Quod Pontifex & ſacerdotes Saducæi fuerint. Abraham Salmant.

Salmant. 15. 2. Sacerdotes qui faciebant tria juxta ſententiam Saducæorum mortui ſunt morte varia, ut habetur in Thalmud Ieroſolymitano. Tria autem illa erant, Libatio aquæ. Opus vaccæ quod faciebat בטבול יום *tinctione diei: & ſuffitus in die expiationum.*

Finis libri tertii.

I. DRUSII
DE
TRIBUS SECTIS IUDÆORUM
LIBER IV.

Qui de Heſſenis.

CAP. I.

De ſcriptura & etymo.

QUæ de Scriptura hujus nominis, deq; illius etymo 164
alias dixi, non repeto. Serarius 12. adfert etymologias, quas conjecturas appellat: quarum pleræque adeo fatuæ ac ineptæ ſunt, ut me, ita me Deus amet, ejus pudeat. In iis refutandis tempus terere, eſt bonas horas male collocare. Sic quidam ludunt in nomine Ieſuitarum, quos dictos ita cenſent quaſi Eſavitas, aut Jebuſitas, aut denique vocabulo compoſito ex lingua Belgica, quod procul abſint à Ieſu, ex quo illud,

Qui cum Ieſu itis, non itis cum Ieſuitis.

Apage tales ineptias in re ſeria. Hoc eſt jocari, non

docere juventutem. Heſſæus & Heſſenus ita dicitur, ut Nazaræus & Nazarenus. Prior terminatio Syriaca eſt, poſterior Græca, vel certe Barbara. Vt ut ſit, N non eſt littera radicis ſive thematis, ac proinde non poteſt deduci Heſſenus à Syriaco חסין: multo minus ab Ebræo השונים, ut jam nunc demonſtrabo.

Cap. 2.

An Heſſæi Haſſonim dicantur.

HEſſæos Haſſonim dici contendit pertinaciter Sera-
165 rius. Ad hoc probandum utitur teſtimonio nimis controverſo, cùm etiam exemplaria inter ſe varient. Veneti codicis lectio Haſſarim à me ante laudata fuit, quam etiam puto veram eſſe. De altera nihil habeo quod dicam, cum editiones illæ ad manum non ſint, niſi השונים poſſe ibi accipi pro deuterotis, ut dicat, *deuterotæ* אשר לחסידים quod Latinè non male reddas, *Haſidæorum*, ut Cant. 1. 1. שיר השירים אשר לשלמה *Canticum canticorum Salomonis.* שונים deuterotæ, qui & תנאים, unde in Aboth שנו חכמים ἐδευτέρωσαν οἱ σοφοὶ, tradiderunt ſapientes, quod Chaldaicè dicunt תנו. Vt עשר ſignificat decimas do & accipio: ita שנה traditiones do & accipio, Qui dat, docet: qui accipit, diſcit. Vnde etiam dicere ſignificat in illo dicto Hillelis *Cum otioſus ero* אשנה *diſcam* fol. 20 col. 2 Licet etiam vertere, *doctores Haſi-*
166 *dæorum.* Nam שונים docentes, ut in commentario ſuper Aboth, *Admoniti eſtote in verb. veſtris, ut ſciatis quē doceatis* למי אתם שונים, ni magis ut vertatur, *cui tradatis*, nempe traditiones ſeniorum. Vt ut ſit, non video cur Haſſonim ibi Heſſæos vel Heſſenos denotet. Nam ut omittam quæ quæ de N diximus, conſtat He in Haſſonim articulum eſſe. Hoc primum: deinde quis ſenſus, *Heſſæi Haſidæorum*?

An eos

Digitized by Google

An eos deſignat, qui ex Heſſæis Haſidæi erant? Deuterotæ ſiue doctores, cùm populo præeſſent, non male in alia editione principes nuncupantur. Sanè רב & principem & præceptorem notat ut in illo dicto, *Esto timor principis tui* (alias, *præceptoris tui*) *ut timor Dei*. Robur accedit huic ſententiæ ex Hieronymo, qui Doſitheum doctorem & præceptorem Samaritanorum appellat principem eorum, adverſus Luciferianos, cùm ita ſcribit, *Doſitheus Samaritanorum princeps prophetas repudiavit*. Sed veniamus ad argumenta Serarii.

CAP. 3.

Refutantur argumenta Serarii.

SCripſeram deuterotas eſſe Phariſæos. Quid ad hæc Serarius? *Omnes*, inquit *Phariſæi deuterotæ quidem erant, ſed non omnes deuterotæ, Phariſæi.* Quid ais? etiam ne ſcribæ deuterotæ erant? non opinor. Nam vocantur peculiariter בעלי מקרא quod textum legis enarrarent. Ita vocantur in commentario ſuper Aboth. Hoc dato, corruit illud, *Omnes* 167
Phariſæi deuterotæ erant. Nam ſcribæ Phariſæi. Iam vero ſapientes, qui & Phariſæi, peculiariter deuterotæ vocantur, id eſt, תנאים vel בעלי משנה vel etiam בעלי תלמוד id eſt, Thalmudiſtę. Vide comment. illum quem modo citavi, fol. 80. Vocantur etiam חכמי משנה, οἱ σοφοὶ τῆς δευτερώσεως. Pag. 184. ait, *Sanctitatis illa index vox CADOS, quam ſacerdotum epitheton ſcribit Druſius, Deut. 23. 17. ſpurciſsimis accommodatur & meretricibus & catamitis?* Hîc pędagogis ludibrium debet. Nã aliud * קדוש ſanctus, * Kadoſch
aliud קדש & קדשה. Vt illud nunquam ſignificat meretricem, ita hæc nunquam ſanctum aut ſanctam. Quanquam utriuſque eadem radix. Alienum ergo hoc exemplum

καὶ οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Pag. 186. & 187. implet collatione utriuſque exemplaris, ut doceat Baſileenſem ſcripturam meliorem eſſe, quaſi vero Veneta editio neget ibi ſermonem eſſe de Heſſæis, aut periculum ſit ne, ſi Haſſonim Heſſenos non ſignificaret, locus intelligendus ſit de
168 Phariſæis. Si ex Haſidæis etiam Heſſæi fuerunt, quid obſtat quominus principes Haſidæorum potuerint Heſſæi eſſe? Sed in verbis Flavij non extat vox principum aut primorum. Quid tum poſtea? Neq; ibi etiam extat vox ἀσιδαίων, quæ tamen legitur in omnibus codicibus Gorionidis, etiam in Baſileenſi. Pergit ſuo more Serarius, *Quid in ſecundo membro, cùm de Haſidæis agit, opus fuit ipſos ſapientes, quos eſſe Phariſæos lib. 4. cap. 29. idem Venetus, & cum eo Druſius fol. 41. dixerat, infarcire, cum de iis in priori membro actum jam eſſet?* Cur ex cap. 29. Venetum peculiariter laudas? An ab eo diſſident cæteri? Sapientes eſſe Phariſæos ipſe diffiteri non potes. Et ſunt multa loca, ſi neges, qui te convincent. Non tamen ubique ſig. Phariſæos. Nam hic ſapientes intelligit Haſidæorum, inter quos Manahem collega Sammai, qui & princeps erat & ſapiens. Auſim dicere omnes Haſidæos ſapientes fuiſſe, ſed non omnes ſapientes Haſidæos. Notum illud, *Populus terræ non eſt Haſid* id eſt Haſidæus. Hujus & antea meminimus. *Deinde ille Samai ſocius Manahē unde?* Si neſcis docebo
169 te quamvis indocilem. Hellel princeps erat & Manahem pater domus judicii Huic ſucceſſit Sammai, cùm Manahē aſſumptus eſſet in aulam Herodis. Si autorem quæris, en tibi ἀξιόπιστον. Salmanticenſis fol. 19 *Helel & Sammai acperunt ab eis. Initio erat Hellel & Manahem. Poſt exit Manahem ad miniſterium regis cum 80. viris indutis aureo amictu, ut habetur in Hagiga. Quæ res memoratur in libro Ben Gorion, qui ſcribit Manahemum fuiſſe ſapientem magnum,* quaſi

Ioſeph Albo, Haſidæi ſunt ſapientes qui credunt fol. 51. pag. 1. ſive Serm. 2. cap. 26. in extremo.

quaſi prophetam, quia dixit multas prophetias, & ipſe prædixit Herodi, cùm adhuc parvus eſſet, fore ut regnaret. Qui poſtquam ad regnum pervenit, miſit qui accerſerent eum ad ſe, cui etiam prædixit quod regnaturus eſſet pluſquam 30. annos. Regnavit autem 37. annis. Tunc dedit ei Herodes divitias magnas. Similiter Herodes honoravit valde Hillel ſenem, qui favebat regno ipſius, & dicitur ibi quod Sammai fuerit diſcipulus Hillelis. Forte hoc fuit in diebus Manahemi.
Nam poſtea fuit diſcipulus ſocius vel collega Hillelis. Etiam 170
Sammai ſenex prophetavit de Herode quòd regnaturus eſſet cùm veniſſet in judicium, coram judicibus Sanhedrin, & ſuſciperent perſonam ejus quum occidiſſet virum illum. Tunc dixit eum regnaturum: Herodes autem occidit judices, ſed in Hellel & Sammai & Manahemum & ſocietatem eorum non immiſit manum, ſed honoravit eos. Redeo ad Serarium, *Nam certe*, inquit, *Flavius Ioſephus Eſſenum tantummodo nominat, eundemque eſſe fatetur Druſius fol 58 quem Venetus iſte Gorionides ſubdit alium eſſe.* Nego: tu proba. Si Venetum intelligeres, non hoc ſcriberes. Miſeret me tui. *Præterea vero quæ connexio, honoravit Heſſæorum principes ac ſapientes & Sammai ſocium Manahem, quia fuit alius Manahem? Cur quia fuit alius, ideo priorem illum honore affecit?* Iam aperte prodis imperitiam tuam. אחר זולתו non ſignificat *alium*, ſed *alium præter eum*. Id illuſtravi vertendo, *ſi quis alius præterea*. Sed moneo verti etiam poſſe, *Nam Manahem alius præter eum erat in diebus*
illis, ut ratio ſit ejus quod dixerat, *Etiam Manahemum ſo-* 171
cium Sammai, quia erat alius in illis diebus ejuſdem nominis. Vterque ſapiens erat. Proinde additum aliquid διακρίσεως ἕνεκα. Hoc novum non eſt. Sed tu carpis, quæ non capis, non intelligis. *Sed ille Samai ſocius vel Phariſæus erat, vel Eſſenus.* Quid nodum in ſcirpo nectis? Res

Digitized by Google

clara eſt. Hiſtoria notiſſima. Heſſæus erat collega Sammai in conſeſſu Sanhedrin. *Si Phariſæus cur præ aliis &c.* Hæc indigna ſunt quibus reſpondeatur. Sæpè plus quærit unus ſtultus, quam decem ſapientes reſpondere poſſent. Nam etiam principes erant Phariſæorum Hellel & Sammai ſenes, quorum hic pater erat judicii. Pag. 189. objicit mihi fraudulentiam, quod ſcripſerim. *Quæ Serarius citat & ita in Latinum convertit.* Obſecro, lector, quæ hîc eſt fraudulentia? Non dixi, *Quæ ex codice Veneto citat.* Imo adjeci, ex lib. 5. cap. 23. quod omiſit non optima fide Serarius. Nam locus ille in codice Veneto habetur
172 lib. 6. cap. 55. *Accedit demum quod in pauculis, de quibus diſſeritur, verbis in Veneto exemplari transferendis, non, uti opinor, inſcitiâ, ſed conſilio fraudem fecerit idem Druſius triplicem, Prima eſt cùm vertit, Quin primores Haſidæorum, cum Ebraicè in Veneto ſit, & etiam primores Haſidæorum. Nam illud, & etiam, clarè Haſidæos à Phariſæis, quorum prægreſſa mentio, contra Druſium ipſum diſtinguit.* Vt ſcopulus aſſilientes undas ſine motu ullo ſuo frangit: ſic nos debemus hujuſmodi homines ſine acerbitate ulla aût ira. Quin pro quinetiam accipi notum eſt ipſis pueris. Id Ebraicè dicitur וגם quod è verbo ſonat, & etiam. Hoc primum, deinde השרים אשר לחסידים diximus commodè verti poſſe, *principes Haſidæorum*, adduximuſque ibi ſimile exemplum è Salomone. Quæ ergo hîc fraus conſilio admiſſa, cùm in ſenſu nulla ſit diſcrepantia? *Altera cum vertit* Manahemus ſi quis alius: *nam, ut ſupra monui, Ebræus Venetus ait, quia Manahemus alius.* Notum ut אם aliquando deſideretur. Id nunc adjeci. Quid culpas? Senſus ita poſ-
173 cebat. Nam quæ ſententia in verbis illis *Manahemus alius præter eum*? Niſi dicamus duos illo tempore Manahemos fuiſſe: quorum alterum differentiæ cauſſa vocet

ſocium

ſocium ſive *collegam Sammai. Nam erat alius*, inquit, *præter eum vir juſtus & ſapiens in illis diebus.* Puto hanc ſententiam veram eſſe. Malè autem Serarius particulam בר ad verbum *honorabat* refert, cùm referri debeat ad *ſocium Sammai*, quemadmodum antea monuimus. *Tertia cum addit* præterea *cum idem Ebræus ajat præter eum.* Non addidi præterea, ſed ita verti זולתי. Nam præter eum & præter ea eodem recidunt. Fidus interpres non debet ſemper verbum verbo reddere. Miror hoc neſcire tantum Theologum. Ex his perſpicuum & Venetam editionem hoc loco ſinceram eſſe, & me in ea reddenda nullam fraudem feciſſe.

CAP. 4.

De uſu participii שונים *ibidemque de voce* GAON.

PAg. 190. ait, *Ne tamen afficiat mœrore Druſium triſtior judicum littera, volo quædam ultro ei concedere: ac primo* 174
quidem me propter editionum iſtarum diſſonantiam, velle ab hac Eſſenorum etymologia diſcedere. Quòd veritati locum dat Serarius laudem meretur. Nam pertinacia mater eſt omnium hæreſeon. Quanquam in his nulla hæreſis. Quod autem tantoperę mihi metuit, cauſſa nulla eſt. Iam libero eum illa cura. Vt tela quędam in cælum emiſſa ire eo videntur, non eunt: ſic nos argutiæ iſtæ petunt, non tangunt. Periculum Serario ab æquis judicibus, non mihi. Sint modo docti & harum rerum intelligentes. De voce שונים ſcripſi eam in vitio poni Proverb. 24. 21. Nam ibi ſignificat eos qui res novas moliuntur. Alibi שונה בדבר eſt is qui rem iterat, hoc eſt, ab uno ad alium defert, & שונה באולתו qui iterat ſtultitiam ſuam, & vaſa שונים, id eſt, varia, & leges שונות mutantes id eſt,

Digitized by Google

variæ Eſth. 3. 8. Alium uſum, quòd ſciam, non habet hæc vox in lingua Moſis. Quid in lingua Sapientum ſignificet dicam alias, aut potius jam dixi ſupra cap. 2. גאון.
175 quod Serarius adducit, medium eſt in ipſo textu. Nam in bonam partem ſumitur tum alibi, tum Amos 6. 8. Nah. 2. 2. & Pſal. 47. 9. Interpretes nuperi excellentiam reddunt, veteres δόξαν καὶ καλλονήν. Sapientes uſurpant etiam in concreto, ut cum certos quoſdam Doctores ſuos גאונים vocant: de quibus Abraham Levites in Cabbala ſua. In his fuit Saadias, qui propterea per excellentiam הגאון nuncupatur, ut Abenezra החכם id eſt, ὁ σοφὸς, propter variam eruditionem.

Cap. 5.

De nominibus Heſſæus & Haſidæus.

Dixi Heſſæus ſcribendum eſſe cum aſpiratione, hac tamen lege & conditione ſi verum ejus etymon, quod Philo Iudæus innuere videtur ex Syriaco חסי quod nunc quidem ſcriberetur חַסִי ad exemplum רַמִי impoſtor, קַנִי Zelotes, זכי purus: ſed antiqui legerunt חֶסִי immutatione unius puncti: unde Heſſæus. Sic pro מַלכי צדק iidem legerunt Melchiſedec. Nam a & e de facile permutantur. Habent enim communem familiam. Aut ex חסי factum Heſſæus, ut pro דַגים in Epiph. legitur δεγγὶμ, piſces. Aut חסי Heſſæus, ut דבורה Debbora, חבקוק
176 Habbacuc, משיחא Meſſias. Tantum de Heſſæus. De voce Haſidæus aliud eſt. Nam non dubito quin ſcribendum ſit aſpirate, & peccant meo judicio, qui exiliter ſcribunt, cum in ſcriptura Ebraica ſit ח, Heth; hoc eſt, gemina ſive duplex aſpiratio. Hac quia carent Latini, ſimplici utuntur. Cum ergo in codicibus Græcis Machabæorum occur-

Digitized by Google

occurreret ἀσιδαίων ſine aſpiratione, monui eam adjiciendam eſſe. Omiſſa enim fuit non ab autore libri aut interprete; ſed à ſcribis librariiſvé. Iam vero nomina Ebraica corrigenda ſunt ad conſuetudinem ejus linguæ. Quod à doctoribus Lovanienſibus factum in multis nominibus editionis vulgatæ quam Plantinus excudit, & in octavo folium complicat. Quid ad hæc Serarius? Vt ſententiam hanc meam labefactaret, fingit duas regulas: quas nunc examinabo.

Cap 6.

Examinatæ regulæ Serarii. Regula prima.

IN certarum dictionum, quas aliter & aliter docti quidam ſcribunt & pronuntiant, ſcriptione ac pronunciatione multum haud laborandum vel contendendum utro quis modo ſcribat & pronunciet? 177

Hæc regula locum habere poteſt in dictionibus, de quibus inter doctos non per omnia convenit, ut ſunt *Virgilius* & *benivolentia*, cùm alii ſcribant *Vergilius* & *benevolentia:* aut quorum etymon incertum eſt, ut cœlum quod à κοῖλον dictum exiſtimant alii, & alii a cælando, qui propterea cælum ſcribunt. Similiter Heſſæorum nomen quidam à עשה facio, operor, deducunt: alii ab אסא ſano, medeor derivant: & ideo ſemper Eſſæus leniter ſcribunt. De aliis quorum certa orthographia ſentiendum aliter. Nam ut peccat qui ſcribit Ieronymus: ita peccat quoque qui ſcribit Hieruſalem. Quapropter? Quia in nominibus Ebraicis Ebraica ſequenda eſt, ut in Græcis Græca. Certum eſt Græcos ſcribere ἱερόνυμος cum ſpiritu aſpero. Contra Ebræi ſcribunt ירושלם abſq; ulla omnino aſpiratione. Nec aliter hodie ſcribunt 178

docti. Egô ſi alicubi Græcam cõſuetudinem ſecutus ſum,
non excuſo. Occaſionem ei dediſſe videtur prava nomi-
nis originatio. Nam exiſtimarunt compoſitum eſſe ex
Græco ἱερὸν vel ἱερὸς quo nihil abſurdiùs, nihil ineptiùs.
Moſchopulus περὶ σχεδῶν *pag. 88.* Ἱεροσόλυμα πόθεν γίνεται;
ἀπὸ ἱερὸς καὶ τοῦ σόλυμα. σόλυμα δὲ ἐστιν ὄνομα τοπικόν. οἱ ἀπὸ τούτου
δὲ, λέγονται σολυμῖται & mox pag. 89. Ἱερουσαλὴμ πόθεν
γίνεται; ἀπὸ τοῦ ἱερὸς καὶ τοῦ σαλὴμ, σαλὴμ δὲ ἑρμηνεύεται εἰρήνη.
Et quanquam ob hæc nolim contendere, tamen inter-
eſſe puto utrum quis ſcribat Abel an Habel. Nam hoc
vanitatem, illud luctum denotat. Potéſtne igitur quiſ-
quam dicere inter luctum & vanitatem nihil intereſſe?
aut ita qui ſentiat, non apertiſſimè inſaniat? Sed in li-
bris eſt ἄβελ: qua ſcriptura impoſuit patribus, etiam Io-
ſepho, qui הבל πένθος interpretatur, id eſt, אבל. Non
quæritur quid in libris ſit, ſed quomodo voces Ebraicæ
ſcribendæ ſint à Latinis. Nam in libris ἐδὲν ὑγιές. Scipti
enim ſunt à librariis imperitis, qui vixerunt ævo plane
barbaro, cùm linguarum ſtudium prorſus jaceret. Illis
tum licuit, quod libuit. Nunc aliter eſt in hac luce lite-
rarum. Nam quæ ab Aleph incipiunt, ea ſemper exiliter
179 ſcribimus, ut Abraham, Eſther, Elias: quæ ab He vel
Heth inchoantur, aſpiramus, ut Haceldama, Havila,
Haſidæus. Quod poſtremum Lovanienſes doctores non
emendarunt, quia ejus veram originem ignorarunt.

Altera regula.

*RECtè quidem ſcribuntur & pronuntiantur Aſidai & Haſi-
dai, Eſſai & Heſſai: ſed non neceſſarius ſcribendi modus
uterlibet.*

Nego recte ſcribi aut pronuntiari Aſidæus. Nam id
nihil ſignificat. Præterea firmat etymon ab אשר diffun-
do, quod etiam Serarius damnat. Dico etiam orthogra-
phiam,

phiam, hoc eſt, rectam ſcribendi rationem impoſuiſſe
nobis neceſſitatem ſcribendi Haſidæus cum aſpiratione.
Quæ ratio cum in Græcis & Latinis vocibus diligenter
obſervetur, cur in ſolis Ebraicis eam negligemus? An
hîc licebit cuilibet quidlibet? Memini theologum quen-
dam magni nominis, quod Aharon ſepultus fuerit in
monte Hor, ad allegoriam traxiſſe, & per Hor Chriſtum
intellexiſſe, in quo ſepultæ ſint omnes cæremoniæ legis, 180
voce Ebræa lumen denotante. Quod profecto non fe-
ciſſet, ſi uſus fuiſſet codice, in quo ſcriptum Hor, & non
Or. Nam lumen אור dicitur, non Hor, id eſt, הֹר. Ta-
libus mendis ſcatet liber de nominibus Ebraicis,
quem Philoni attribuunt. Diceres eſſe Augiæ ſtabulum.
O felicem allegoriam quæ tali nititur fundamento.
Apagite igitur, qui nihil referre putatis Habel an Abel
ſcribatur, Hor an Or, Haſidæus an Aſidæus.

CAP. 7.

*Refutatæ rationes quatuor admirationis
Serarii de ſcriptura Haſidæus.*

SErarius cùm dixiſſet ſe mirari cur in hoc nomine
aſpirationem tantopere flagitarem, ejus dicti ſui cau-
ſas attulit quatuor. Prima eſt, *Quia Hebræam & in hoc &
in aliis plurimis Græci Latiniq; aſpirationem omnem ſolent
omittere, adeo ut cum nomen huic, de quo diſputo, cognatum
planeq; germanum ex Ebræo retinere vellent Græci Lxx. Ier.
8. 7. non dicerent aſpiratè Chaſida, ſed leniter ἡ ἀσίδα. Ad hoc
quid reſpondes? Ne verbulum quidem;* Nimis es præfidens,
Serari. *Ne verbulum quidem* inquis, *reſpondes.* Imo re- 181
ſpondeo corruptam illam ſcripturam, quæ in codicibus
Græcis, ſcribis imputandam eſſe, non interpretibus.
Par

Par judicium de aliis, ut cùm ἀβραὰμ ſcribitur pro ἀ-βραάμ. Scire licet antiquitus accentiunculos hos aſcriptos non fuiſſe. Vide Politiani miſcellanea, cap. LXXX. Ergo librarii, cùm accentus adderent, in cæteris quidem minus peccarunt, in Ebraicis quod eorum nominum orthographiam ignorarent, hallucinati ſunt fere ſemper. Nam & Anna ſcripſerunt pro Hanna, & Abel pro Habel, & Eſebon pro Heſebon, aliaque ſexcenta. Quid vis dicam Serari? Eſebon eſt nomen viri, Heſebon urbis: & tamen nihil referre putas virum an urbem dicamus, Eſebon an Heſebon ſcribamus. Abel nomen loci luctum ſignificat: Habel nomen viri vanitatem. An nihil intereſſe putas inter virum & urbem? Anna particula eſt ſignificans obſecro: Hanna nomen mulieris, in quo ſignificatio gratiæ. Quis ſanæ mentis hæc nihil differre autumat? Quis confundenda dicit præter unum Serarium? Profecto non mirandum ſi magnos errores defendunt, qui in minimis tam ſunt pertinaces. Quid levius corrupta ſcriptura? tamen eam ita tuetur Serarius ut integras paginas impleat ad docendum nihil intereſſe Haſidæus an Aſidæus ſcribatur. Qui ſane, *quia in tenui labor eſt, tenuis quoque gloria Chriſti*, videretur negligendus, niſi & ipſius & aliorum intereſſet imperitiæ compeſci arrogantiam. *Reſponde ſtulto*, inquit Sophus, *ſecundum ſtultitiam ipſius, ne ſibi ſolus ſapere videatur*. Cæterum Heſebon nomen urbis lectum Num. 46. 26. & Eſebon nomen viri Gen. 46. 16. quod in principio habet litteram Aleph. Beth-leem Græcæ conſuetudinis eſt, qui voces in medio rarò aſpirant. Sic etiam Iſaac, quod ſcribendum Iſahac. De Alphæus & Agabus viderit Serarius. Nam ſi eſt, חלפי, debet aſpirari Halphæus: ſi אלפי, debet leniter ſcribi Alphæus. Sic dico, non debent variare

Burgenſis Gen. 4. Addit. 1. Abel cum ſcribitur in Ebraico cum littera A ſig. luctum proprie, ſed quando ſcribitur cum littera H, ſcilicet quod dicatur Habel non ſig. luctum, ſed 182 vanitatem tantum, &c.

Digitized by Google

variare in ſcriptura Latina, quæ non variant in Ebræa. Eandem litteram modo leniter, modo aſpirate pronunciare imperitiæ eſt Serarianæ. Si ergo Heth eſt aſpiratio, 183
& quidem duplex, cur eam leni ſpiritu proferemus? Secunda cauſſa; *Ebræum ſcribit Druſius, cùm aſpirationem tamen habeat prima ejus nominis littera.* Fateor me Ebræum ſcribere ſecutum analogiam: ſed neſciebam A in aſpirationem eſſe. Duæ ſunt tantummodo apud Ebræos aſpirationes. Vna ſimplex, altera duplex. De tertia nunquam audiveram. Scio multos cum Serario in ea hæreſi eſſe: ſed tamen profectò littera eſt gutturalis, ut Aleph: non aſpirata. Quod ſi gutturales omnes aſpiratæ ſunt, tum etiam Aleph, cui reſpondet ſpiritus lenis apud Græcos, aſpiratio erit. Quod quam ſit abſurdum, nemo non videt. Sed fuerit vel ſit aſpiratio Ain, tamen eam ſæpe veteres exprimebant per nudam vocalem. Ideo Hieronymus vocalem appellat. Vide Alphabetum meum vetus. In Nicolao & Gloſſa ordinaria ſcriptum E in Gen. 14. & 17. Paulus Epiſcopus Burgenſis in addit. Exod. 3. *Eÿn maxime gutturalis eſt, & ideo non profertur à Latinis,* hoc eſt, per nudam vocalem exprimitur. Hodie Iudæi Germani, quando Germanica characteribus Ebraicis ſcribunt, ea utuntur pro vocali E, ut in עמבדא Embda. Similiter expreſſa fuit a veteribus per E in הושע Hoſee. שוע ſue & ſimilibus. Sic עמנואל in antiquitate Emmanuel. Id ſi ego quoque feci, quid culpas? An mihi non licet idem quod Hieron. quod aliis interpretibus omnibus? *At iidem ſæpiſſimè non aſpirarunt quæ à ח inchoantur.* Si Græci & Latini ſcripſerunt aliter quam ſcribi debeat, non debemus eos in eo imitari. Non quid alii faciant, ſed quid recte factum ſit videndum eſt. Modo dixi ſcripturam corruptam à ſcribis & librariis eſſe. Confirmat

hoc Hieronymus præfatione in librum Paralip. quæ extat inter epiſtolas ipſius, epiſt. 108. per hæc verba, *Ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, ut non tam Ebræa, quam Barbara quædam & Sarmatica nomina conjecta arbitrandum ſit. Nec hoc LXX. interpretibus qui ſpiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt tranſtulerant: ſed ſcriptorum culpæ adſcribendum, dum de emendatis inemendata ſcriptitant, & ſæpe tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in unum vocabulum cogunt: vel à regione unum nomen propter latitudinem ſuam in duo vel tria vocabula dividunt.* Hucuſque Hieron. Horum imperitia non debet nobis præjudicio eſſe. Nam ſunt qui etiam Harabia ſcribant & Hemmanuel, & Helam: unde Helamitæ. Certa ratio & analogia, non inconſtantia exſcribentium ſequenda eſt. *Et nonne vanitas & quædam velut oſtentatio eſt, quem omnes alij Hebræum dicunt; Ebræum dicere: quem vero Aſidæum alij, eundem Haſidæum eſſe?* Non omnes ſcribunt Hebræum, & qui ſic ſcribunt ſequuti ſunt Græcam conſuetudinem. Nos Ebræam libentius ſequimur ex analogia ſimilium nominum quæ ab Ain incipiunt. Novi qui aliter hoc nomen non ſcribant quam ego, & in libro nominum apud Hieronymum eſt Eber & Ebri, tranſitor, itemque Ebræus abſque aſpiratione. Aſidæum nemo ſcribit niſi qui ejus etymon hactenus neſcivit: quibus addo Nicolaum Serarium ferula digniorem puerulo illo apud Auguſtinum, qui ominem dicebat pro hominem,
185 & propterea vapulabat, *Tertia cauſſa, ſi aſpiratio adhibenda in Haſidæus eſt, uti Grammaticus vult Druſius, ea nunquid eſſet adhibenda, quam in quæſtionibus Ebraicis Græca littera χ exprimendam monet S. Hieronymus.* Si eam adhibere voluiſſet autor vel interpres Machabæorum ſcripſiſſet χασιδαῖοι. Id quia non fecit, nec nos debemus novam

ſcri-

ſcripturam ei affingere. *Aſt de* ח *Ebræo eadem ratio. Includit enim tam c, quàm aſpirationem* Imperite Ieſuita, quis te docuit Heth includere litteram c? Ego ex Hiero. libris didici aſpirationem duplicem eſſe. Græco χ reſpondet apud Ebræos elementum כ Chaph, quod Hiero. ideo ſcribit ſemper per c aſpiratum. Eo pertinent loca quæ ex illo citas. Scripſeram Græcos deſtitui elemento ח Heth. Nam eſt duplex aſpiratio, qua carent etiam Latini. Quid Serarius? *Nego*, inquit, *deſtitui, ſed ipſu χ, etſi paullo ſuavius, ajo Hebræo Heth reſpondere Vnde in appellativo* חֵלֶק *id eſt pars dicunt, Lxx. χελχὰ Ieſ. 11.* Vt vara vibiam ſequitur, ſic error errorem trahit. O bone Hieronyme, cùr numerò es mortuus? Ais Heth aſpirationem duplicem 186
eſſe: Serarius negat. Si rectè tùm præceptores tui male te docuerunt. Sed ſi Heth τῷ χ reſpondet, quid fiet de Chaph? quid de Coph, q̃ etiam Græci in χελχὰ exprimunt per eandem litteram? An Græco χ reſpondent tres litteræ apud Ebræos? Melius ſentiunt, qui cum Hiero. Heth aſpiratione geminatam arbitrantur, & litteræ Caph reſpondere putant χ Græcum & τῷ Coph, c ſimplex. Vnde idem Hieron *Carmelus Ebraicè dicitur Chermel*, i. כרמל, in quo nomine & e pro a legebant veteres. Scripſi pro arbitrio exſcribentium aſpirationem ſæpenumero omiſſam fuiſſe. Id Serarius vocat βαττολογεῖν, & aerem verberare, & imperitis nebulam offundere. Bellum hominem, qui vitia ſua culpat in me. Nam ſi quis eſt qui βαττολογεῖ, qui aerem verberat, qui imperitis nebulam offundit, is eſt NICOLAUS SERARIUS S. S. Theologiæ Doctor, & in Academia Moguntina profeſſor. Ex arbitrio exſcribentium non pendet orthographia. Quæ rectè ſcripſerunt, ea amplectimur: quæ male, rejicimus. 187
Omnia revocanda ad certam rationem & analogiam.

Quæ autem certior quàm ea eſt quàm Hiero. nos docuit? Vide ſodes Alphabetum meum vetus. *Obſecro mi Druſi, qui Grammaticus es, grammaticè reſponde. In hiſce ſcribendis vel rationem, vel veterum uſum ſervari vis. Si rationem, Haſidai quidem dici poterunt, ſed verius, uti probatum, Chaſidai. Si veterum uſum, non dicetur quidem Chaſidaus, ſed neque, ut vis, Haſidaus, neque Habel; ſed Aſidaus & Abel.* Viciſſim te obſecro, mi Serari. Si Theologus es, theologice reſponde. Si rationem ſervari vis, cur non eam ſequeris, quàm theologus Hieronymus doctor Eccleſiæ ſecutus eſt. Si uſum veterum, cur non ſcribis Aſſidæus, cum duplici S. Nam ita ſcriptum hoc nomen in omnibus fere libris antiquis editionis vulgariæ. הסידי Haſſidæus, ut חסי Heſſęus, quod & חסי; aut forte cauſa hujus ſcriptionis ab etymo Latino. Nam exiſtimabant ita dictos quod aſſidue vacarent rebus divinis. Hîc valet illud, *Con-*
128 *ſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt.* Addo, *& ſine ratione.* Ceterum non quæritur inter nos an poſſit ſcribi Chaſidæus: ſed an in libris Machabæorum nomen hoc ita ſcribendum ſit. Tu ais, ego nego. Iudicium eſto penes eruditum lectorem. Neque hic locum habet analogia. Nam eo modo ſcribi etiam deberet in Actis Chaceldama, & in Euangelio Channa, & alia ſexcenta. Quis hodie ita corrigit Biblia Latina? Sit ergo hoc ratum, ubi veterum accedit autoritas, ut in Chermon & Chebron & Rachel poſſe ita ſcribi: in cæteris non item. De Bibliis loquor editionis vulgatæ. Nam ſi quis extra Biblia ſcripſerit Chaſidæus, non peccat. Demus hoc Serario, ut inter novatores, quos tantopere amat, numerari poſſit. Vos valete & plaudite. *Quarta cauſſa ex ipſo erat Druſio contra ipſum &c.* Scripſeram Malluach: *ergo*, inquit, *ſcribi etiam poteſt Chaſidaus.* Quis hoc negat? Sed ſi quis

Noe

Noe in Vulgata corrigeret Noach, an non ſe tueri poſſet exemplo & autoritate Serarii, qui Machabæorum lectionem ἀσιδαίων mutat in χασιδαίων? Hoc non eſt corrigere 189
ſacra, ſed corrumpere ac depravare. Tandem perperam citat verba mea, *tueri me poſſem ex illo nomine & ſimilibus*, cùm ego ſcripſerim; *tueri me poſſem exemplo Noe & ſimilibus*. Dicet non ſua culpa id factum, ſed operarum typographicarum. Concedo, ſi mihi conceſſerit ſcripturam Græcam, quæ in antiquis codicibus, non interpretum eſſe, ſed librariorum. In fine capitis hujus ait, *Notant Byzantinum Stephanum Scaliger & Druſius, quod terminationem in ηνὸς barbaram potius quàm Græcam dicat*. Vbi hoc notat Druſius? Verba ejus ſunt, *Quanquam gentilia in ηνὸς quidam barbara eſſe ait, non ἑλληνικά*. Nulla hîc mentio Stephani. Quocirca non debet mihi fraudi eſſe, ſi Stephanus hoc non dicit. Sed de Stephano alias. Mihi nunc non vacat eum conſulere. Reſpondeat Scaliger, cujus res nunc agitur. Nam is, niſi fallor, hoc ſcriptum reliquit. Non eget ille meo patrocinio.

CAP. 8.

Refutata Iudæi cujuſdam opinio de origine Heſſæorum.

ABraham Zachuth, quo in loco de tribus Iudæorum 190
ſectis agit, ſcribit Heſſæos ſive Heſſenos originem habere à Iuda Galilæo, qui autor fuit Iudæis rebellandi contra Romanos, *Iudas*, inquit, *innovavit ſectam tertiam eorum qui Heſſeni vocantur*. Et mox, *Opinio Naziræorum, qui vocantur Heſſeni. Hi ſunt ſancti ſive pii, & inceptor fuit Iudas Galilæus. Hi etiam fuerunt cauſſa Iudæis rebellandi contra Romanos, quia dicebant, Non convenit ut dominetur ſuper hominem alius quàm* DOMINUS *ſolus, neque debet*

vocari Dominus niſi Deus benedicendus. Hanc opinionem confutare facile eſt. Nam conſtat ex hiſtoria Heſſenos fuiſſe diu ante Iudam Galilæum. Hoc primum: deinde Ioſephus diſerte ſcribit Iudam illum fuiſſe autorem quartæ ſectæ, quæ à reliquis tribus, in queis Heſſeni, diverſa erat. Scribit hoc Orig. lib. 18. cap. 2. cujus verba non dedignabor adſcribere, prout leguntur apud ejus interpretem nuperum Gelenium, *Quartæ autem ſtudium*
191 *ſapientiæ ſectantium viæ primus autor fuit Iudas Galilæus. Hi cætera cum Phariſæis conſentiunt, niſi quod conſtantiſſimo libertatis amore flagrant, credentes ſolum Deum Dominum habendum ac principem, & facilius vel exquiſitiſſima pœnarum genera laturi una cum cognatis ſuis & cariſſimis, quàm mortalem aliquem appellaturi dominum.*

CAP. 9.

Heſſenos non eſſe Phariſæos.

PAg. 230. *Eſſenos eſſe Phariſæos affirmat in Haſidaico ſuo libello Druſius.* Vbi hoc affirmo? An pag. 5. ubi dico, *ex his orti Heſſeni?* Acumen hominis. Itane ei idem eſt ſi dicas Heſſeni ſunt Phariſæi, &, Heſſeni orti ſunt ex Phariſæis? ex Pontificiis orti ſunt Lutherani, & Pontificii ſunt Lutherani? Hoc argumento poſſem probare, ſi Deo placet, Serarium hæreticum eſſe, hoc eſt Lutheranum aut Calvinianum. Nam tales ei ſunt hæretici. Quid? Si dixero Saducæi orti ſunt ex Phariſæis, an inde ſequeretur me dicere Saducæos Phariſæos eſſe, quod aperte falſum? Quocirca ſerpentem aut anguem quen-
192 dam hîc tegit Serarius, quo me ſic inviſum reddat apud ſuos. Affirmare me dicit quæ per ſomnium nō affirmavi: imo ne cogitavi quidem. O hominem veteratoriè acu-

tum &

mum & callidum : ô viperam. *Sed ais*, inquit, *Haſidæos & Phariſæos eoſdem eſſe*. Non hoc ſimpliciter ajo, ſed tantum apud Gorionidem, cap. 29. eoſdem eſſe quos ibi nominat, Phariſæos, ſapientes Iſrael & Haſidæos. Quod non revoco. Hoc tamen addo, non omnes Phariſæos fuiſſe Haſidæos, ſed tantùm aliquos & quidem præcipuos. Vnde dicuntur *primi Iudæorum*. Iudæorum, inquam, non Phariſæorùm, quia etiam Heſſæorum nonnulli erant Haſidæi, ut Iudas & Manahemus Heſſæi. Hoc tunc neſciebam. Quod ſi ſciviſſem, non ſcripſiſſem, *poſtea in ſectæ nomen tranſiit*. Nam profectò non eſt nomen ſectæ, ſed ordinis, ſocietatiſve, aut ſodalitii cujuſdam, vel certè profeſſionis ac pietatis. Quòd non ſit nomen ſectæ patet ex eo quod plurimi Phariſæi etiam Haſidæi fuerint: in queis nobilis ille Phariſæus Hellel, quem Ioſephus Pollionem appellat. Qua de re diximus lib. 1. quæ non itero. Vide, ſi placet. 193

CAP. 10.

Quod Haſidæi fuerint ante ſectas.

INter Haſidæos quos Haſidim appellant, recenſent Iudæi Davidē & Ezram. Ex quo ſequitur Haſidæos ſectis antiquiores eſſe. Nam ſectæ cœperunt altera demùm ætate poſt Simeonem juſtum. Cui firmando quòd habetur p. 35. *Lex profecta eſt à Moſe domino prophetarum. Inde pervenit à ſapiente & ſancto (Haſid) ad ſapientem & ſanctum uſque ad lumen mundi, qui eſt Rabbenu Haccados*. Locus iſte docet omni tempore fuiſſe qui Haſidim, id eſt, ſancti aut pii dicebantur. Abraham Zachuth præfatione in Librum Iohaſin, *Veritus ſum dicere liber Haſidæorum propter ſapientes Haſidæos qui memorantur hoc nomine, Ioſe filius Ioazari* & Davidrex, & Ezra & Hellel* & Simeon Haſidæus,*

cujus

cujus mentio in Thalmude, & ſimiles eis. veritus, inquam ſum dicere, liber Haſidæorum, ne comburerent me halitu oris ſui, quos decet ſilentium; laus. Ideo vocavi eum, librum Iohaſin, quemadmodum ipſi eum appellãt in פסחים, *capite* תמיד נשחט.
In hiſtoria Ebraica כיעת החסידים cœtus Haſidæorum, vel ſi mavis collegium, ut in Iohaſin עזרא וכינעתו Ezras & collegium ejus. Sed hîc ſapientes innuuntur, & ſocie-
194 tas propriè חברה dicitur. Vnde de ſocietate dubitatio aliqua. Videtur fuiſſe τάγμα vel σύϛημα quodpiam. Quod ut facilè mihi perſuaderi patior, ita non poſſum aſſentiri Serario ſcribenti ſatis confidenter Heſſenos Phariſæis antiquiores fuiſſe. Nempe Rechabitas arbitratur Heſſenos fuiſſe. Quod nondum ab eo clarè probatum. Temerarium dictum temerè negari poteſt. Sapientes, qui poſt Phariſæi dicti ſunt, ab omni ævo fuerunt. Vnde probabilius Heſſenos ex Phariſæis ortos, quam contra, Phariſæos ex Heſſenis originem habere. Quod audacter nimis affirmat Serarius. Credat Iudæus Apella. Mihi non perſuadet. Plura de hac re in ſequentibus.

Cap. II.

An Haſid ſignificat benignum.

SEd illud, ait Serarius, *in Druſio ridiculum, quod ſi* חסיד, *inquit, eum qui plus facit quàm lege teneatur ſig. tum melius redditur à nuperis interpretibus benignus, quam pius aut ſanctus.* Hîc percommode venit in mentem mihi, *Homine imperito nihil quicquam iniquius, qui niſi quod ipſe*
195 *probat, nihil rectum putat.* Salomo ait, *ludus eſt ſtulto deſignare ſcelus*; & Serario ludus eſt ridere bonam ſententiam. *Grammaticum eſt*, inquit, *explicare cur* חסיד *melius vertatur benignus, quam pius aut ſanctus. Lxx. hoc interpretes*

pretes non credunt, qui חסידים *ὁσίυς vertunt.* Imò ad theologum hoc propriè pertinet. Nam ejus eſt interpretari ex originali lingua ſacras litteras. Dicat ergo Serarius Alpha theologorum cur Haſid potiùs pium denotet aut ſanctum quàm benignum? An quia Senes reddunt *ὅσιον?* Sed iidem חֶסֶד interpretantur *ἔλεος* id eſt, miſericordiam. Ergo חסיד quoque miſericors. Sunt interpretes qui eandem vocem transferant benignitatem. Ergo חסיד benignus, ſive ut eſt apud Santem, beneficus. *Quamdiu præſtamus* inquit Seneca, *quod à nobis exigi ſolet, officium eſt: ubi plus quam debemus, beneficium, Beneficentia ex voluntate præſtatur, non ex officio aut imperio.* Sic dico, Beneficentia ſive benignitas dicitur cùm is dat, qui potuit ſine reprehenſione non dare: ſive quod quis dedit cum illi liceret & non dare. Nam quædam ſunt quæ leges nec 196
jubent nec vetant facere. In his eſt materia beneficii. Quid aliud חֶסֶד, ſi credimus Ebrçis? In ſententiis patrum, *Qui dat, & curat aut vult ut alii etiam dent, vocatur* Haſid. Quid hîc חסד aliud quàm benignus? Nam pius eſſe poteſt etiam qui hoc non facit. Nam qui pietatem ac religionem colit, propriè *ὅσιος* .i. pius dicitur. Commentatorum unus ad hunc locum, *Iuſtus accuratam curam geris ſuorum factorum bonorum. Qui de aliis etiam talem curam habet, vocatur Haſid.* Aliter, *vocatur Haſid qui ſtabilit retributionem beneficiorum, & etiam vult ut dent alii: ſimiliter ſtabilit illud, diliges proximum tuum ſicut teipſum, quod eſt mandatum univerſale magnum in lege, quo quis ſtabilit legem totam.* Rurſum in Aboth cap. 5. *Qui dicit meum tuum eſt, & tuum tuum eſt, vocatur Haſid.* Vide hoc loco commentatorem. In eodem habetur, *Qui vult eſſe Haſid, debet rata habere verba patrum. Quanquam hoc ex definitione*
juſti. Nam Haſid ſibi cavet magis, & accuratius obſervat 197

Accipitur nonnunquã pius pro benigno & miſericorde, ut apud Terẽt. in Hecyra, pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.

Lxx חסיד reddunt ἐλεήμων. Ierem 3. כי חסיד אני ὅτι ἐλεήμων ἐγὼ εἰμι λέγει ὁ κύριος. Hiero. quia ſanctus ego ſum, dicit Dominus.

Quid differant חסד & צדק & משפט docet autor More part. 3. cap. 53.

præce-

præcepta, & facit plus quàm oportet, aut quam æquum eſt. In prologo libri Iohaſin, *Non vocatur Haſid niſi qui liberaliter confert & quaſi prodigus eſt de ſuo.* Et, *Haſid non debet parcere bonis ſuis.* Hæc clare oſtendunt veritatem ſententiæ meæ, & ſimul arguunt vaniſſimæ vanitatis Serarium. Deus quoque Haſid dicitur, non tantùm quia clemens & miſericors eſt; ſed etiam quia benignitatem exercet in omnes creaturas ſuas. Vide Pſal. 145. 17. Vocatur etiam in abſtracto חֶסֶד, quia fons eſt omnis benignitatis, quam eos, qui Deos falſos colunt, Ionas propheta deſerere ait Ion. 2. 9. *Qui obſervant vanitates vaniſſimas, benignitatem ſuam deſerunt.* Sequitur in Serario, *nimium facilè nuperi Bibliorum interpretes veteri à Novatoribus anteponuntur. Ego cum Pindaro, cum Chaldaico Thargum Cant. 7. 9 & 8. 2. vel potius cum iis, quos laudat Chriſtus Dominus Luc. 5. 39. dicam, Vinum vetus melius eſt.* Si seriò hoc dicis, & ex animo ita ſentis, cur Haſidæos ſive Aſidæos præfers Aſſidæis? Nam hoc vinum vetus, illud no-
193. vum eſt. Sed quid? An omnes qui aliter vertunt Ebræa quàm LXX. novatores ſunt? Etiamne Santes novator eſt, cui חסיד beneficus? Etiamne Hieronymus, qui tam ſæpe diſſidet à LXX? Doce nos Serari quid inter beneficum & benignum diſcriminis ſit. Si non potes, tum à me diſce vocabulum חסד, quod benignitatem reddunt novatores, etiam à Ionatha ſic reddi Hoſ. 6. 4. Nam ubi textus Ebræus habet וחסדכם כענן בקר *& benignitas veſtra ut nubes matutina*; in ejus editione legitur ושבחבון *& bonitas veſtra:* alias טַבְוָתְכוֹן *beneficentia veſtra*, variantibus libris. Id ſi tibi vinum novum, non tamen propterea malum eſt, præſertim cùm legamus apud Ieſum Sirach hominem ſapientiſſimum, *Vinum novum, amicus novus, ſi veteraverint, dulceſcent.* Neque quod novum eſt, ſtatim rejiciendum,

Digitized by Google

dum. Quippe David ait, *laudabo Dominum cantico novo.* Tu malles ſcilicet canticum vetus, nempe ipſo Davide,
atque adeò ipſo Deo ſapientior. O inſipidum palatum, 183
quod Landonium vetus præfert Rhenenſi novo, eidemque præſtantiſſimo & generoſiſſimo. Quis credat in Germania theologos ita deſipere?

Cap. 12.

Quinam Haſidæi quorum mentio in libris Machabæorum.

DVbitavi aliquando de Haſidæis Machabæorum. Nam fuit tempus cùm exiſtimarem ſignificari peculiariter Phariſæos, quorum ſumma erat inter Iudæos autoritas. Poſt mutavi ſententiam, & ſcripſi eo loco in genere ſignificari omnes pios, nempe quos Ebræi חסידים appellant, & Ioſephus ὁσίȣς τȣ̃ ἔθνȣς. Hi omnes ſapientes erant, & in his ſummi pontifices, ut Iſmael Phabi filius, qui in Iohaſin magnus ſacerdos & Haſid, id eſt, Haſidæus aut pius fuiſſe dicitur. In ſumma, primi erant Iudæorum. Forte Hyrcanus in eorum numero erat. Hanc meam ſententiam ita impugnat Serarius ut dicat Haſidæos non univerſe pios Iſraelitas omnes, qui Ieroſolymis tunc erant, appellari: ſed certos tantum quibus proprium tunc præ aliis nomen. Recte. Nec ego dixi omnes Iſraelitas pios, qui tunc Ieroſolymis erant; ſed adjeci, *Quos in Hiſtoria Ebraica* חסידים, *& in lib. Machabæorum Haſidæos vocari diximus, nempe quos Ioſephus appellat* ὁσίȣς τȣ̃ ἔθνȣς. His verbis excludo primum plebeios. Nam in iis nemo Haſid, juxta dictum illud, *Populus terræ non eſt Haſid*, id eſt, pius aut Haſidæus. Deinde inter ſectas excludo eos, quibus hoc nomen non tribuitur. Nam non tribuitur omnibus. Non ergo nomen eſt peculiare

Digitized by Google

alicujus ſectæ, ſed generale omnium eorum qui ſic vocabantur ex qualibet ſecta. Quanquam dubito an ex Saducæis aliqui Haſidæi fuerint, & magis inclino in negantem ſententiam. Qua de re dicam alias. Viderit nunc Serarius utrum ego in magno errore ſim, an ipſe qui mentem meam non intellexit, ac proinde aerem verberat, dum me oppugnat.

Aſtutè vero Druſius τοὺς in Ioſepho ἁγίους diſſimulavit, ſolorumq; τῶν ὁσίων meminit, ut ijs generatim viderentur impij
201 *opponi, ſicque generatim pij omnes intelligerentur.* Quomodo diſſimulavi τοὺς ἁγίους, qui in Ioſepho nuſquam extant, comparent? Vnica tantum editio Græca mihi viſa quam Frobenius excudit. In ea habetur ἀγαθῶν, non ἁγίων. Adducam ipſamet verba fidei meæ cauſſa, Ορῶν δὲ τὸν Αλκιμον ἤδη μέγαν ὁ Ιούδας γενόμενον, καὶ πολλοὺς διεφθαρότα τῶν ἀγαθῶν καὶ ὁσίων τοῦ ἔθνους, &c. Si ea mihi mens fuiſſet, quam vult Serarius, tum profectò nomen ἀγαθῶν omittere non debuiſſem. Contrarium teſtabitur me ſenſiſſe vel unus liber Haſamonæorum à me in Latinum ſermonem olim converſus.

ADDENDA.

• Libri Iuhaſin.

Fol. 25. p. 4. • *Iſmael Phabi filius ſummus ſacerdos & Haſidæus miniſtravit decem annis.* Similiter Eleazar filius Harſum Haſidæus erat & Pontifex undecim annis, qui vixit Antigoni Sochæi tempore. Iuha. fol. 15. pag. 1. Haſid etiam vocatur Hyrcanus rex is quem Herodes occidit, & Mariamne Herodis uxor nuncupatur Haſida, id eſt, ſancta vel pia; vel certe Haſidæa. Sunt qui dicant Sedeciam regem fuiſſe חסיד גדול Haſidæum magnum. Pheſict. fol. 46. col. 2.

Digitized by Google

CAP. 13.

Refutata complexio Serarij.

COgor eadem ſæpè repetere. Cogit me Serarii loquacitas καὶ πολυλογία. Pag. 243. ait, *Ideoque nihil ſupereſt jam aliud quàm ut complexionem hanc inſtituam. Haſidai fuerunt cum eſſent Machabai. Et ÿ neque erant in genere pÿ, neque in ſpecie Phariſai, multo minus Saducai. Eſſeni ergo fuerunt.* Anteà probavi ex Phariſæis fuiſſe qui Haſidæi,
id eſt, חסידים vocarentur. In his Aquiba præceptor Aqui- 202
læ Pontici. Poſſem ergo hujuſmodi complexionem contra inſtituere. Haſidæi fuerunt cùm eſſent Machabæi: & ij neque peculiariter Heſſæi erant, neque Phariſæi: Ergo in genere Haſidæi erant qui pietate præſtabant & excellebant inter ſapientes, certis quibuſdam ritibus & cæremoniis inter ſe devincti. Subnectit Serarius Hyrcanum vocari Haſid generali notione, quemadmodum ibidem vocatur Saddic id eſt, juſtus: *Ita ut male*, inquit, *pag. 34. à Druſio vertatur Haſidaus, nec bene grandiuſcula ſcribatur Pius.* Serarium non novi: Fortè ſenex perſpicillo uſus eſt, cùm mea legeret, ex eo genere quòd litteras grandiores facit. Nam nulla ibi in pius littera grandiuſcula, ne quidem pag. 41. ubi verba Gorionidis ex Ebręo in Latinum converti. Aut fortè libido mentiendi eum coegit hoc ſcribere. O anguis, ô vipera. Sed unde ſcit, aut quis ei dixit, Hyrcanum non fuiſſe Haſidæum? Nam vocatur חסיד, & id nomen non tribuitur promiſ-
cuè omnibus. Multi juſti ſunt, qui tamen non ſunt pii, 203
id eſt, Haſidim. Iam vero plus eſt pium eſſe quàm timentęm DOMINI, licet per timorem DOMINI ipſa pietas innuatur. Quæro nunc à Serario, qui me tam multa in-

terrogavit, qua notione putet accipi debere hoc nomen in Iohaſin, quo in loco autor ait. *Tunc Iudas circumcidit Haſidæos*, id eſt, החסידים? & an ibi non poſſit verti pios? & an ſolos Heſſæos circumciderit.

Cap. 14.

An Heſſeni Nazirai.

Heſſeni gens Pythagorici inſtituti.] Zona. 173. ab Herode honorati 174.

Aſſerit hiſtoricus unus Ebræorum liber, qui Iuchaſin nominatur, Heſſenos Nazaræos eſſe. Verba ſunt Serarii lib. 3. cap. 8. Autor libri illius eſt Abraham Zachuth Salmanticenſis, a me ſæpe nominatus. Is non aſſerit Heſſenos Nazaræos eſſe, ſed vocat eos נזירים id eſt Nazirços vel Nazaræos, quæ vox ſignificat ſeparatos ac ſanctos, ſive, ut interpretantur LXX ἡγιασμένους. Quo ſenſu vocari etiam poſſent פרושים, i. Phariſæi. Nã & ea vox ſanctum
204 aliquando denotat. Quod non aſſerat Naziræos eſſe vel ex eo liquet quod eorum parentem faciat Iudam Galilæum. *Primus*, inquit, *autor & inceptor Heſſenorum erat Iudas Galilæus*. Deinde ſubnectit, *& iſti fuerunt cauſſa rebellionis Iudæorum contra Romanos*. Quomodo ergo Naziræi eſſe potuerunt, ſi tam recens eorum initium? nos ſcimus antiquiores eſſe, nec dubitamus quin alii fuerint Heſſeni à Naziræis, cùm amborum diſtinctis nominibus mentio fiat apud autores.

Cap. 15.

An Iacobus Apoſtolus Heſſenus fuerit?

RIdiculum eſt quod ſcribit Serarius pag. 252. Veriſimile videri S. Iacobum, antequam Apoſtolus eſſet, Heſſenum fuiſſe, idcircóque κατ᾽ ἐξοχὴν vocatum fuiſſe Juſtum

Iuſtum (chaſid) ut eodem loco refert Euſebius. Agnoſ-
cis, opinor, tua verba Serari: in quibus Iuſtum chaſid in-
terpretaris, ut etiam pag. 246. *Horum alteruter, vel ex iis*
certe fuit Rechab, qui à Suida ὁ δίκαιος dicitur, Ebraicè
Haſid. Id tibi explicandum relinquo. Ego certe non
capio. Davus ſum, non Oedipus. Nam Haſid non ſi- 205
gnificat Iuſtum, ſed, ſanctum ac pium. Si tantopere de-
lectaris vino veteri, quare nunc præfers novum? Nam
ante te nemo ita interpretatus eſt Haſid, & Ebræi aperte
diſtinguunt, ut alibi docuimus. Cui firmando Abraham
Zachuth, quem ſupra nominavi, *Si libri titulum feciſſem*
Liber juſtorum, minuiſſem gloriam ſanctorum, id eſt Haſidim,
qui ſunt pro certo ſapientes. Nam populus terræ non eſt Haſid.
Ecce haud obſcure innuit duo. Primum ſanctos vel Ha-
ſidæos omnes ſapientes eſſe: deinde plus eſſe ſi quis alium
Haſid, id eſt, ſanctum aut pium appellet, quam ſi dicat
eum Saddic, id eſt, juſtum eſſe. Atque hæc ſunt illa
magna & gravia, de quibus in principio libri tertii, *Sed*
quia de his, inquis, *non minutiora tantum, cujuſmodi fere*
ſunt, quæ à Druſio perſtringuntur: ſed magna etiam & gravia,
quæ ad Chriſtianæ religionis decus & ornamentum ſpectant,
quæri ſolet, bipartita mihi eorum erat explanatio. Ite nunc
Ieſuitæ, & hunc veſtrum commilitonem laurea donate,
ob tam præclara in Eccleſiam Chriſtianam merita. Nam 206
abſque illo eſſet neſciremus Iacobum Apoſtolum Heſ-
ſæum fuiſſe. Quis enim Novatorum hoc obſervavit?
imo cui unquam in mentem venit?

CAP. 16.

An Heſſeni Rechabitæ.

HEſſenos Rechabitas eſſe, & poſt Ægyptiacam exo-
dum cœpiſſe ſcribit Serarius, nihil de eo etiam du-
bitans.

Digitized by Google

bitans. Teſtes pro ſe adducit duos. Prior eſt Suidas. Poſterior Nilus, qui Aſcetici principio ſcribit Iudæos à Ionadab oriundos Heſſæos appellari. Suidæ verba ſunt, Ἐσσαῖοι Ἰουδαῖοι ἀσκηταὶ, πρόγονοι Ἰωναδὰβ υἱοῦ ῥηχὰβ τοῦ δικαίου. Quæ ſi vera, tunc majores ſive deceſſores Ionadabi fuerunt Heſſæi. Hoc primum: deinde ſecta illa fuit antiquiſſima, cùm ante Simeonem Iuſtum nullæ ſectæ memorentur. De Rechabitis Ierem. 35. 5. & deinceps, *Poſui coram filijs domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos, Bibite vinum. Qui reſponderunt, non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noſter, præcepit nobis dicens, Non bibetis vinum vos & filij veſtri*
207 *uſque in ſempiternum. Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris.* An hæc omnia Heſſenis conveniant, viderit Serarius? Primum enim Heſſeni non habitabant in tabernaculis. Deinde agriculturæ operam dabant. Poſtremo Rechabitarum certæ familiæ nomen erat, non ſectæ. Quocirco ἐπέχω. Præſtat ſuſpendere judicium, quam temere aſſentiri aliis.

CAP. 17.

An Rechab ſignificet currum.

Rechab, quando eſt nomen proprium viri, ſcribitur Ebraice רֵכָב Rechab, id eſt, ῥηχάβ. Sed Iud. 1. 19. in textu Græco editionis LXX. legitur ῥηχὰβ pro eo quod in Ebræo רֶכֶב currus: quod ſcriberetur Recheb, aut ἀρχαϊκῶς Racheb, ut Habel dicimus & Phares, pro Hebel & Pheres. Forte Græci legerunt רֵכֶב, cùm puncta deeſſent, & nomen proprium eſſe putarunt. Scire licet in aliis libris addi, καὶ ἅρματα σιδηρᾶ αὐτοῖς. Duæ igitur interpre-
208 tationes coaluerunt.

Cap. 18.

Digitized by Google

Cap. 18.

Quinam peculiariter juſti cognominati ſint.

INter eum qui pius eſt & eum qui eſt juſtus, diſcrimen eſſe ſupra docuimus. Nunc oſtendemus quoſdam peculiariter juſti cognomine affectos fuiſſe. Sunt autem Methuſala, Samuel prophetes, Simeon is qui Alexandrum excepit, Rechab pater Ionadabi, Iacobus apoſtolus, Nathan filius Iehielis autor libri Aruch. Quin plures ſint, quibus hoc epitheton tribuatur, nullus dubito: ſed illi mihi nondum obſervati. Abraham Zachuth in Iohaſin fol 8. *Methuſala juſtus obiit ſeptem diebus ante diluvium.* Idem in prooemio libri fol. 2. *Quanquam Samuel propheta vocatur Samuel Iuſtus in fine capitis quod incipit* במה בהמה יוצאה בשבת. *Similiter & Simeon Iuſtus.* Hunc Ebræi ferè cum Iaddua confundunt. Ioſephus eum facit filium Oniæ, & nepotem Iadduæ, ut etiam autor Iohaſin fol. 137. *In diebus Antiochi erat Onias filius Iaddua pater*
Simeonis juſti. Sed quod ſequitur, *& ſtatim Simeon filius* 209
ejus qui egreſſus eſt ad Alexandrum, arguit magnam imperitiam hiſtoriarum, niſi pronomen ejus referatur ad Iadduam. Idem alibi cum ſuis popularibus conſentit, & fol. 66. pag 2. cauſſam reddit cur juſti cognomen acceperit, ita ſcribens, *In Chronicis Chriſtianorum relatum quod juſtus cognominatus fuerit propterea quod erat.*

רחמן עם העם לא כראשנים

clemens erga populum non ſicut priores. Ioſephus Orig. Iudaic. lib. 12. cap. 2. τελευτήσαντος Ονίου τοῦ ἀρχιερέως. ὁ παῖς αὐτοῦ Σίμων γίνεται διάδοχος ὁ καὶ δίκαιος ἐπικληθεὶς, διά τε τὸ πρὸς θεὸν εὐσεβὲς καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὔνουν. Iuſtus etiam cognominatur Rechab pater Ionadabi, unde apud

Digitized by Google

Suidam ὑοῖ ῥιχὰβ τȣ̃ δικαίȣ, *filij Richab Iuſti:* & Iacobus Apoſtolus apud Euſebium, quem Serarius ideo Heſſenum fuiſſe putat, juſtum cum pio, id eſt, Haſid nimis inſcite imperiteque confundens. De autore libri Aruch aliquando dubitatum fuit. Mirari libet. Nam in edi-
210 tione Veneta, quæ in folio complicat, diſerte, *Compoſuit eum R. Nathan Iuſtus filius Iehiel, nepos Abraham, ex urbe Roma.*

ADDENDA.

Chriſtus in novo fœdere quandoque δίκαιος *vocatur, ut in Actis & alibi. A ſanguine Habel juſti. Matth. 23. Hieron. pag. 267. col. 2. Multi in ſcripturis ſanctis juſti appellantur, ut Zacharias & Eliſabeth, Iob, Ioſaphath & Ioſias &c.* יוסף הצדיק *Ioſeph Iuſtus. Beniam. in Itiner. fol. 10. pag. 1. edit. Breſ. Inter eos eſt ſepulchrum Ioſeph juſti, filij Iacob patris noſtri, ſuper eum pax. Quo ſenſu quidam juſti vocentur in ſacris litteris Hieron. epiſt 46. fol. 98. col. 1. Idem Simeonem Iuſtum appellat eum qui Chriſtum in ulnis ſuſcepit contra Helvidium, cap. 4. qui Simeonem Iuſtum inter amplexus parvuli &c. Manahem 69. 1. Dicit R. Iuda filius R. Salom, non invenis vocatos fuiſſe juſtos niſi duos qui ſuperſtites fuerunt in mundo, Noe & Ioſeph: Noe, Nam dicitur Noe vir juſtus. Ioſeph, quia dicitur, Vendiderunt pro argento juſtum. Hieron. de Script. Eccleſ. Iacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iuſtus. Idem Hegeſippus in quinto commentariorum. Vide Hieron. pag. 119. & pag. 268 col. 1. Iuſti appellantur, non quod omni vitio careant, ſed quod majori parte virtutum commendentur.*

Cap. 19.

Digitized by Google

Cap. 19.

An Herodis junioris tempore fuerint Ieroſolymis Heſſeni.

DE hac re dubitandi cauſſam dederunt mihi ſcriptores novi fœderis, nullam eorum memoriam uſurpantes. Id Serarius more ſuo prave intellexit, ac ſi dixiſſem nullos eo tempore in Iudæa fuiſſe Heſſæos. Non ea mihi mens, ſed tantùm dubitatio de Ieroſolyma. Verba mea clara ſunt, *Quin ex hoc genere aliqui fuerint Ieroſolymæ ante Alexandrum Iannæum dubitare non debemus, &c.* Et mox, *Concedimus ergo paucos ibi fuiſſe μονάζοντας, ut ſub Ariſtobulo & Herode magno. Dubito an etiam ſub Herode altero.* Nempe de illo mihi ſermo ſub quo Chriſtus paſſus eſt. Quòd ſi tum aliqui fuiſſent Ieroſolymæ, non eſt dubitandum quin adverſati fuiſſent Chriſto æque ac Phariſæi & Saducæi. Nam zelatores erant legis ut qui maxime. Sed hac de re nihil decerno. Forte pauciores 211
erant, ita ut nemo eorum unquam cum Chriſto congreſſus ſit. Poteſt etiam fieri ut in quiete ac ſilentio vitam tranſegerint: unde quidam eorum etymon accerſunt à verbo Chaldaico חשׁאי, in quo ſignificatio ſilentii & quietis Significat eadem vox ſtoream, pro quo in dictionario Chaldaico Munſteri perperam hiſtoria legitur.

Cap. 20.

An Heſſeni Cœlicolæ.

HEſſenorum alii erant μονάζοντες, alii κοινόβιοι. Hos exiſtimat quidam cœlicolas vocari in codice Iuſtianæo &c. Poteſt ita eſſe: tamen alii aliter de his ſentiunt,

Suidam υἱοὶ ῥιχὰβ τȣ̃ δικαίȣ, *filÿ Richab Iuſti*: & Iacobus Apoſtolus apud Euſebium, quem Serarius ideo Heſſenum fuiſſe putat, juſtum cum pio, id eſt, Haſid nimis inſcite imperiteque confundens. De autore libri Aruch aliquando dubitatum fuit. Mirari libet. Nam in edi-
210 tione Veneta, quæ in folio complicat, diſerte, *Compoſuit eum R. Nathan Iuſtus filius Iehiel, nepos Abraham, ex urbe Roma.*

ADDENDA.

Chriſtus in novo fœdere quandoque δίκαιος *vocatur, ut in Actis & alibi. A ſanguine Habel juſti. Matth. 23. Hieron. pag. 267. col. 2. Multi in ſcripturis ſancti juſti appellantur, ut Zacharias & Eliſabeth, Iob, Ioſaphath & Ioſias &c.* יוסף הצדיק *Ioſeph Iuſtus. Benjam. in Itiner. fol. 10. pag. 1. edit. Breſ. Inter eos eſt ſepulchrum Ioſeph juſti, filÿ Iacob patris noſtri, ſuper eum pax. Quo ſenſu quidam juſti vocentur in ſacris litteris Hieron. epiſt 46. fol. 98. col. 1. Idem Simeonem Iuſtum appellat eum qui Chriſtum in ulnis ſuſcepit contra Helvidium, cap. 4. qui Simeonem Iuſtum inter amplexus parvuli &c. Manahem 69. 1. Dicit R. Iuda filius R. Salom, non invenis vocatos fuiſſe juſtos niſi duos qui ſuperſtites fuerunt in mundo, Noe & Ioſeph: Noe, Nam dicitur Noe vir juſtus. Ioſeph, quia dicitur, Vendiderunt pro argento juſtum. Hieron. de Script. Eccleſ. Iacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iuſtus. Idem Hegeſippus in quinto commentariorum. Vide Hieron. pag. 119. & pag. 268 col. 1. Iuſti appellantur, non quod omni vitio careant, ſed quod majori parte virtutum commendentur.*

Digitized by Google

CAP. 19.

An Herodis junioris tempore fuerint Ieroſolymis Heſſeni.

DE hac re dubitandi cauſſam dederunt mihi ſcriptores
novi fœderis, nullam eorum memoriam uſurpantes.
Id Serarius more ſuo prave intellexit, ac ſi dixiſſem nul-
los eo tempore in Iudæa fuiſſe Heſſæos. Non ea mihi
mens, ſed tantùm dubitatio de Ieroſolyma. Verba mea
clara ſunt, *Quin ex hoc genere aliqui fuerint Ieroſolymæ*
ante Alexandrum Iannæum dubitare non debemus, &c. Et
mox, *Concedimus ergo paucos ibi fuiſſe* μονάζοντας, *ut ſub*
Ariſtobulo & Herode magno. Dubito an etiam ſub Herode
altero. Nempe de illo mihi ſermo ſub quo Chriſtus
paſſus eſt. Quòd ſi tum aliqui fuiſſent Ieroſolymæ, non
eſt dubitandum quin adverſati fuiſſent Chriſto æque ac
Phariſæi & Saducæi. Nam zelatores erant legis ut qui
maxime. Sed hac de re nihil decerno. Forte pauciores 211
erant, ita ut nemo eorum unquam cum Chriſto con-
greſſus ſit. Poteſt etiam fieri ut in quiete ac ſilentio vi-
tam tranſegerint: unde quidam eorum etymon accerſunt
à verbo Chaldaico חשׁאי, in quo ſignificatio ſilentii &
quietis. Significat eadem vox ſtoream, pro quo in di-
ctionario Chaldaico Munſteri perperam hiſtoria legitur.

CAP. 20.

An Heſſeni Cœlicolæ.

HEſſenorum alii erant μονάζοντες, alii κοινόβιοι. Hos
exiſtimat quidam cœlicolas vocari in codice Iuſtia-
næo &c. Poteſt ita eſſe: tamen alii aliter de his ſen-

 tiunt,

Digitized by Google

Suidam υἱοὶ ῥιχὰβ τοῦ δικαίου, *filÿ Richab Iuſti*: & Iacobus Apoſtolus apud Euſebium, quem Serarius ideo Heſſenum fuiſſe putat, juſtum cum pio, id eſt, Haſid nimis inſcite imperiteque confundens. De autore libri Aruch aliquando dubitatum fuit. Mirari libet. Nam in edi-
210 tione Veneta, quæ in folio complicat, diſerte, *Compoſuit eum R. Nathan Iuſtus filius Iehiel, nepos Abraham, ex urbe Roma.*

ADDENDA.

Chriſtus in novo fædere quandoque δίκαιος vocatur, ut in Actis & alibi. A ſanguine Habel juſti. Matth. 23. Hieron. pag. 267. col. 2. Multi in ſcripturis ſanctis juſti appellantur, ut Zacharias & Eliſabeth, Iob, Ioſaphath & Ioſias &c. יוסף הצדיק *Ioſeph Iuſtus. Benjam. in Itiner. fol. 10. pag. 1. edit. Breſ. Inter eos eſt ſepulchrum Ioſeph juſti, filÿ Iacob patris noſtri, ſuper eum pax. Quo ſenſu quidam juſti vocentur in ſacris litteris Hieron. epiſt 46. fol. 98. col. 1. Idem Simeonem Iuſtum appellat eum qui Chriſtum in ulnis ſuſcepit contra Helvidium, cap. 4. qui Simeonem Iuſtum inter amplexus parvuli &c. Manahem 69. 1. Dicit R. Iuda filius R. Salom, non invenis vocatos fuiſſe juſtos niſi duos qui ſuperſtites fuerunt in mundo, Noe & Ioſeph: Noe, Nam dicitur Noe vir juſtus. Ioſeph, quia dicitur, Vendiderunt pro argento juſtum. Hieron. de Script. Eccleſ. Iacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iuſtus. Idem Hegeſippus in quinto commentariorum. Vide Hieron. pag. 119. & pag. 268 col. 1. Iuſti appellantur, non quod omni vitio careant, ſed quod majori parte virtutum commendentur.*

CAP. 19.

An Herodis junioris tempore fuerint Ieroſolymis Heſſeni.

DE hac re dubitandi cauſſam dederunt mihi ſcriptores novi fœderis, nullam eorum memoriam uſurpantes. Id Serarius more ſuo prave intellexit, ac ſi dixiſſem nullos eo tempore in Iudæa fuiſſe Heſſæos. Non ea mihi mens, ſed tantùm dubitatio de Ieroſolyma. Verba mea clara ſunt, *Quin ex hoc genere aliqui fuerint Ieroſolymæ ante Alexandrum Iannæum dubitare non debemus, &c.* Et mox, *Concedimus ergo paucos ibi fuiſſe* μονάζοντας, *ut ſub Ariſtobulo & Herode magno. Dubito an etiam ſub Herode altero.* Nempe de illo mihi ſermo ſub quo Chriſtus paſſus eſt. Quòd ſi tum aliqui fuiſſent Ieroſolymæ, non eſt dubitandum quin adverſati fuiſſent Chriſto æque ac Phariſæi & Saducæi. Nam zelatores erant legis ut qui maximè. Sed hac de re nihil decerno. Forte pauciores 211
erant, ita ut nemo eorum unquam cum Chriſto congreſſus ſit. Poteſt etiam fieri ut in quiete ac ſilentio vitam tranſegerint: unde quidam eorum etymon accerſunt à verbo Chaldaico חשא, in quo ſignificatio ſilentii & quietis. Significat eadem vox ſtoream, pro quo in dictionario Chaldaico Munſteri perperam hiſtoria legitur.

CAP. 20.

An Heſſeni Cœlicolæ.

HEſſenorum alii erant μονάζοντες, alii κοινόβιοι. Hos exiſtimat quidam cœlicolas vocari in codice Iuſtinianæo &c. Poteſt ita eſſe: tamen alii aliter de his ſen-

tiunt, & fortaſſe cœlicolæ ſunt, quos Benjamin in Itinerario Samiin vocat, id eſt, שאמיין, quorum ſynagoga ipſius tempore adhuc erat in Meſraim urbe magna Ægypti. Nam Samaim eſt cælum: unde adjectivum שמיי cæleſtis vel coelicola, quod abſque punctis שאמיי ſcribebant cujus pluralis שאמיין Samiin cœlicolæ. Verba Benjamini apud interpretem, *Inde in Miſraim quatuor itinera*
312 *conficiuntur, urbem magnam juxta Nili ripas ſitam, ex qua toti regioni nomen eſt factum: in qua Iudæi bis mille ſunt, in duas diviſi ſynagogas: alteram Iſraelitenſium, quæ Samiin ſynagoga dicitur; altera verò Babylonienſium Irhakiin ſynagogam appellatam, id eſt,* עירחקיין. *Varius alteris atque alteris mos & ritus in annuarum lectionum diſtributione obſervatur. Quippe Babylonienſes conſuevere ſingulis hebdomadis Paraſſas ſingulas legere ea ratione qua toti Hiſpaniæ ſolennis eſt: itaque ſingulis annis legem abſolvunt. Iſraelitenſes verò ſingulas Paraſſas in ternos ordines dividunt, atque ita triennio legem perlegunt. Vtrique autem ſolenni ritu bis in anno ſimul conjuncti preces fundunt, die videlicet lætitiæ legis, & die feſto latæ legis.* Quæ dixi, ea velim accipi de cœlicolis Iudæis, non Chriſtianis, ſi modo aliqui Chriſtiani cœlicolæ fuerunt, quemadmodum colligere poſſumus ex Auguſtino.

CAP. 21.

An Heſſeni ſicarii.

313 SCholia Græca de ſicariis Act. 21. Ἄλλοι δὲ αἵρεσιν τινὰ παρὰ Ἰουδαίοις ἔφασαν εἶναι. Et mox, ἄλλοι δὲ Ἐσσηνοὺς σικαρίους ἐκάλουν, ἤγουν ζηλωτάς. Scribit eadem Theophylactus, cujus interpres Laurentius Sifanus I. V. Doctor divinat legendum σεκταρίους, id eſt, ſectarios. Sed non

eſt te-

eſt temerè diſcedendum a recepta ſcriptura, præſertim cùm in eo etiam Suidas conſentiat per ſicarios Phariſæos innui putans. Qua de re diximus lib. 3. Sicarios ex Iudæ Galilæi ſectatoribus fuiſſe colligimus ex Ioſephi de bello Judaico, l. 7. c. 29. Hos etiam Salmanticenſis Iudæus cum Heſſenis confundit. Nihil ergo mirum ſi à Græcis idem factum. Proprium dogma horum non agnoſcere alium dominum quam ipſum Deum. Vnde quia Cæſarem nolebant fateri dominum, graviſſima paſſi ſunt à Romanis. Heſſeni ergo ſicarii non omnes, ſed qui ex iis in ſectam Iudæ Galilæi tranſibant: quos etiam a zelo peculiari erga Deum, ζηλωτὰς appellarunt.

Cap. 22.

Mores, ritus & dogmata Heſſenorum.

Quid σεμνότης. Locus Ioſephi expenſus.

Σεμνότης eſt gravitas: item ſanctimonia & ſeveritas morum. Scribit autem Ioſephus Capt. Iud. lib. 2. cap. 12. τρίτον δὲ ὃ δὴ καὶ δοκεῖ σεμνότητα ἀσκεῖν, Ἐσσηνοὶ καλοῦνται. Quem locum Serarius non optime intellexit. Nam ejus hæc verba ſunt, *Cenſetur Eſſenorum genus* σεμνότητα ἀσκεῖν *præ duobus aliis, Saducæorum ſcilicet ac Phariſæorum generibus. Hoc enim totum, licet vix innuat interpres Rufinus, colligitur tamen ex Græco dum dicitur* τρίτον δὲ ὃ δὴ καὶ. Cum venia Serari, nulla in Græcis verbis comparatio, qualis apud interpretem Rufinum, qui vertit, *quod etiam probabilius habetur.* Quid igitur? Dicit hoc genus etiam σεμνότητα ἀσκεῖν. Quod ei commune erat cum Phariſæis, quos vocat αἱρετιστάς. Eſt autem αἱρετιστὴς, qui ſectam aliquam ſuſcepit. Quod ſi σεμνότης ſanctimonia, tum recte interpres Ebræus pro eo poſuit הם חסידים *ipſi ſunt ſancti*. Is eſt Abraham Zachut Salmanticenſis. 214

Heſſeni φιλάλληλοι

215 IN eodem loco, Ἰουδαῖοι μὲν τὸ γένος ὄντες, φιλάλληλοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων πλέον. οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, &c. Euſebius libro nono Προπαρασκ. hunc locum ex Porphyrio laudans eodem modo illum diſtinguit. Ceterùm videtur Rufinus uſus fuiſſe codicibus, in quibus ille ſic diſtinctus erat, φιλάλληλοι δέ. καὶ τῶν ἄλλων πλέον οὗτοι &c. ut illud πλέον referatur ad ſequentia. Verba Rufini, *Gente quidem Iudæi, verùm inter ſe mutuo amore conjunctiſſimi: & qui præter cætera voluptates quidem quaſi maleficia vitarent.* Hanc diſtinctionem juvat aliquantum copulans καὶ, quæ in textu Græco, ut vidiſti. Mihi ea non aſpernanda videtur. Sed nihil ſtatuo. Vltra enim quo progrediar, quam ut quid mihi videatur dicam, nihil habeo. Iudicium eſto penes eruditos.

Sententia eorum de fato.

ESſeni fatum rerum omnium dominum conſtituunt, & hominibus omnia fato contingere cenſent. Zona. 155. Vide infra 248. Eſſeni Deo aſcribunt omnia: animorum immortalitatem credunt: juſtitiam colunt. Zona. 189.

De continentia Heſſæorum.

ΕΓκράτειαν Xenophon ait τῆς ἀρετῆς εἶναι κρηπῖδα. Quid Heſſæi? τὴν δὲ ἐγκράτειαν, ait Ioſephus in Iudaicis, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσιν, id
216 eſt interprete Rufino *Continentiam vero ſervare, neque cupiditati ſuccumbere, virtutem maximam ducerent.* Plus dicit quàm Ioſephus. Fortè legit ἀρετὴν μεγάλην. Continentiam exercebant etiam a cupiditate lucri. Abraham Zachuth, *Moribus erant præditi optimis odio habentes lucrum, & cuſtodientes ſeipſos à ſcortatione.* Ceterum odit lucrum, qui dat operam ne lucro dedita ſit mens ejus,

ſive

ſive qui imperat cupiditati lucri. Id Græci dicunt ἐγκράτειαν ἀσκεῖν κέρδους. Cupiditati non ſuccumbere vel potius affectus domare ſignum eſt fortitudinis. Ben Zoma, *Quis fortis? qui domat affectus ſuos.* Ebraice הכובש יצרו qui ſubigit figmentum ſuum. Poſſes vertere, *qui imperat cupiditati.*

Diſſenſio eorum de matrimonio.

HEſſenorum alii coelibes agunt, alii uxorem ducunt. Zonaras
Abraham Zachuth, *Diviſi ſunt Heſſæi in duas ſectas* 189. Neque
(Ioſephus τάγματα vocat, ejus interpres vetus *collegia*) uxores ducunt neq; ſervos emunt:
quoad cõjugium. Secta una ex illis ducunt uxores; ad conſervationem ſpeciei, poſtquam probaverint eas tribus annis, ſi aptæ hoc iniquum eſſe
ſint ad pariendum, quod cognoſcunt ex ratione menſtruorum. 217
Ceterùm quando gravidæ ſunt non congrediuntur cum eis amplius, ut oſtendant ſe ad conſervationem generis humani, non ad voluptatem duxiſſe. Et ſecta ex illis non ducunt uxorem omnino, quia putant non inveniri fæminam, quæ cuſtodiat fœdus mariti ſui perfectè. De his Ioſephus ἁλώσεως lib. 2. cap. 12. quod in Rufino eſt 8. καὶ γάμου μὲν ὑπεροψία παρ' αὐτοῖς, τοὺς δὲ ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες ἁπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ἑαυτῶν ἐντυποῦσι· τὸν μὲν γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλασσόμενοι, (ſequentia deſiderantur in Euſebio) καὶ μηδεμίαν τηρεῖν πεπεισμένοι τὴν πρὸς ἕνα πίστιν. Et Rufinus interpres, *Itaque nuptias quidem faſtidiunt, alienos vero filios, dum adhuc molles ſunt, eruditioni traditos, pro cognatis habentes, ſuis moribus diligenter inſtituunt: non quia conjugia vel humani generis ſucceſſionem cenſeant perimendam, ſed quia cavendum putant intemperantiam fæminarum, nullam earum uni viro fidem ſervare credentes.* De illis idem Ioſephus ibidem aliquammulto poſt, Ἔστι δὲ καὶ 218
ἕτερον Ἐσσηνῶν τάγμα, ὃ δίαιταν μὲν καὶ ἔθη καὶ νόμιμα τοῖς ἄλλοις ὁμοφρο-

(Marginal note: rati, illud diſcordiæ incitamentum: ſed vitam ſolitariam agētes alii aliis miniſtrant.)

ὁμοφρονοῦν, διεστὼς δὲ τῇ κατὰ γάμον δόξῃ. μέγιστον γὰρ ἀποκόπτειν οἴονται τοῦ βίου μέρος τὴν διαδοχὴν τοὺς μὴ γαμοῦντας, μᾶλλον δὲ εἰ πάντες τὸ αὐτὸ φρονήσειαν, ἐκλιπεῖν ἅπαν τὸ γένος τάχιστα. Δοκιμάζοντες μέντοι τριετίᾳ τὰς γαμετὰς, ἐπειδὰν τρὶς καθαρθῶσιν εἰς πεῖραν τοῦ δύνασθαι τίκτειν, οὕτως ἄγονται. ταῖς δὲ ἐγκύμοσιν οὐχ ὁμιλοῦσιν, ἐνδεικνύμενοι τὸ μὴ δι' ἡδονὴν, ἀλλὰ τέκνων χρείαν γαμεῖν. Et Rufinus, *Eſt autem aliud Eſſenorum collegium, cibos quidem & mores legeſque ſimiles cum prioribus habens, diſtans verò opinione de conjugio. Maximam ſiquidem vitæ hominum partem, ſucceſſionem ſcilicet, amputare eos qui abſtineant nuptiis arbitrantur: quippe ſi in eandem velint omnes ire ſententiam, defecturum confeſtim genus humanum. Nihilominus autem cum tanta ipſi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent valetudinem fœminarum, & ſi conſtanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas in matri-*
219 *monia aſciſcunt. Nemo tamen cum prægnante concumbit, ut oſtendant quòd nuptias non voluptatis ſed liberorum cauſſa inierint.* Videndus nunc, ſi videbitur, Plinius lib. 5. cap. 17. & Solinus, cap. 46.

De contemptu divitiarum.

Divitiarum & opum contemptores eſſe ſignificat Ioſephus per hæc verba, καταφρονηταὶ πλούτου. Idem innuit Abraham Salmanticenſis, cùm ait eos ex labore vivere & lucrum odiſſe. Verba Ebræa ſunt נהנים מיגיעם ושונאי בצע utilitatem capiunt ex labore ſuo & odio habent lucrum. Nam בצע lucrum: unde בוצע בצע lucri avidus, lucrio, Proverb. 1. 19.

De bonorum communione.

Zonaras 189. κοινὰ τὰ χρήματα ἐ-

Bona omnia communia habent. Quod malo te Ioſephi, quàm meis verbis cognoſcere. Ait ergo lib. 2. Haloſ cap. 12. καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς τὸ κοινωνητικὸν, (in Euſebio τὸ κοινωνικὸν) οὐδὲ ἔστιν εὑρεῖν κτήσει τινὰ παρ' αὐτοῖς ὑπερέ-

Digitized by Google

ὑπερέχοντα· νόμος γὰρ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας δημεύειν τῷ τάγματι τὴν οὐσίαν, ὥστε ἐν ἅπασι μήτε πενίας ταπεινότητα φαίνεσθαι, μήθ᾽ ὑπεροχὴν πλούτου· τῶν γὰρ ἑκάστου κτημάτων ἀναμεμιγμένων μίαν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι, id eſt, interprete Ruſino, *Rerumq; apud eos communicatio admirationi habetur, neq; invenias alterum alteri opulentia præſtare: legemque ſibi dixerunt, ut qui diſciplinam ſuam ſectari vellent, bona contubernio publicarent. Ita enim fore ne vel paupertatis humilitas, vel divitiarum dignitas appareret: ſed permixtis facultatibus, velut inter fratres unum eſſet omnium patrimonium.* Abraham Zachuth, *Omnes ipſi divitias inter ſe communes habent. Nam quicunque ingrediuntur morem eorum conferunt opes ſuas in theſaurum. Inde aluntur, & ſufficienter præbentur illis cibus & veſtes. Inde quoque dant iis quibus volunt; ſed non dant quicquam proximis ſuis niſi cum venia majorum. Quòd ſi accipere quis noluerit è theſauro quantum ſatis eſt, detinent eum in macilentia.* Rurſum Ioſephus Orig. lib. 18. cap. 2. τά χρήματά τε κοινὰ αὐτοῖς ἐστιν, ἀπολαύει δὲ οὐδὲν ὁ πλούσιος τῶν οἰκείων μειζόνως ἢ ὁ μηδ᾽ ὁτιοῦν κεκτημένος. Quæ ſic Gelenius Latina fecit, *facultates in commune poſſident, nec aliquis dives magis utitur ſuis bonis, quàm quivis nihil poſſidens.* 221

χουσι ... ies communes habent. Quare di- 220 ves omniū pauperrimo nihilo vivit lautius.

De moribus Heſſæorum.

MOribus ſunt probatiſſimis. Quod indicat Ioſephus Orig. lib. 18. cap. 2. cùm ait, βέλτιστοι δὲ ἄλλως ἄνδρες τὸν τρόπον. & Abraham Salmanticenſis, inquiens, והם בעלי מדות טובות. Id pro eo habendum ac ſi dixiſſet, *homines ſunt præditi optimis moribus.*

Agriculturæ dediti ſunt.

IOſephus ibidem, καὶ τὸ πᾶν πονεῖν ἐπὶ γεωργίᾳ τετραμμένοι. quod reddunt, *& agris colendis in totum dediti.* Hinc elucidabis quod in Iohaſin, *utilitatem capiunt ex labore*

Zonaras 189. labores agriculturæ capeſſunt.

Vide pag. 626. *ſuo: & poſt orationem eunt parumper negotiatum* (ſi modo להסתחר ſignificat negotiari) *& ad faciendum opus ſuum; idq́; cum licentia majorum.* Poſſes reddere להסתחר ad obeundum negotiorum cauſa. Sed ſi negotiabantur, errat Serarius ſcribens Heſſenos negotiationis expertes fuiſſe pag. 211. Nam qui permutant aliquid, etiam negotiari dicuntur.

Servos nullos habent.

222 OYTE γαμετὰς εἰσάγονται (aliqui, non omnes. Vide quæ ſuprà hac de re notavimus) οὔτε δούλων ἐπιτηδεύουσι κτῆσιν· τὸ μὲν εἰς ἀδικίαν φέρειν ὑπειληφότες, τὸ δὲ στάσεως ἐνδιδόναι ποίησιν. αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν ζῶντες ἐπὶ διακονίᾳ τῇ ἐπ' ἀλλήλοις ἐπιχρῶνται. Verba ſunt Ioſephi Orig. lib. 18. cap. 2. quæ ſic interpres Gelenius in Latinum ſermonem tranſtulit, *nec uxores habent nec ſervos, quòd alterum ad injuriam communis naturæ pertinere cenſeant, alterum tranquillitati vitæ parum commodum. Quare per ſe ipſi viventes invicem ſibi miniſtrant.* De ſervis aſſentior. Naturâ enim omnes liberi ſumus: unde injuriam ei facit, qui aliquem in ſervitutem redigit. Scitum illud *Servum hominem homini vel iniquitas fecit vel adverſitas.* Nam qui bello capti ſervabantur, propriè ſervi dicebantur: unde & mancipia nuncupata quaſi manu capta. Ceterùm tranquillitati vitæ non adverſatur matrimonium, ſi uxor bona & pudica obtigerit. Qualem qui invenit (rara inventu eſt) invenit bonum, teſte Sopho, & elicuit favorem à DOMINO.

223

De quæſtoribus eorum.

RErum omnium, quas communes apud illos eſſe diximus, quæſtores & procuratores habent de quibus Ioſephus Orig. lib 18. cap. 2. ἀποδέκτας δὲ τῶν προσόδων χειροτονοῦντες, καὶ ὁπόσα ἡ γῆ φέροι, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἱερεῖς διὰ ποίησιν

ποίησιν σίτου τε καὶ βρωμάτων, id eſt, *quæſtores creant viros probos ex ſacerdotum numero, qui ex agrorum reditibus & frugum proventu cibos eis conficiant.* Et captæ Iudeæ lib. 2. cap. 12. χειροτονητοὶ δὲ οἱ τῶν κοινῶν ἐπιμεληταὶ καὶ ἀδιαίρετοι πρὸς ἁπάντων εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι, id eſt, interprete Rufino, *Deſignatos autem communium rerum procuratores habent, & ad uſus omnium ſingulos indiviſos.*

Ab unctione abſtinent.

LIcet unctionis uſus frequens eſſet apud Iudæos, tamen ejus expertes erant Heſſæi, quod probri loco ducerent oleum. Ioſephus ἁλώσεως lib. 2 cap. 12. κηλῖδα γὰρ ὑπολαμβάνουσι τὸ ἔλαιον, κἂν ἀλιφῇ τις ἄκων, σμήχεται τὸ σῶμα. *pro macula ducunt oleum, & ſi quis invitus unctus fuerit, abſterget corpus.* Codices Euſebiani, τοὔλαιον, κἂν 224
ἀλειφθῇ τις ἄκων. Rufinus, *Mundiciis corpus abſterget.* Lectio alia, *munditiis corpus abſtergere.* Sub. probro ducunt. Quid legit cùm ita verteret?

Albis veſtibus utuntur.

SEquitur in Ioſepho, τὸ γὰρ αὐχμεῖν ἐν καλῷ τίθενται, λευχειμονεῖν τε διαπαντὸς, .i. Rufino interpretante, *quoniam ſqualorem decorem putant, dummodo ſemper in veste ſint candida.* Videtur rationem habere ex illo Salomonis, *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida:* quod tamen Eccl. 9. 8.
aliter intelligendum. Vide Quæſtiones meas. Paullò poſt ait Ioſephus καταστολὴ δὲ καὶ σχῆμα σώματος ὅμοιον τοῖς κατὰ φόβου παιδαγωγουμένοις παισίν. Forſan hoc vult, Amictus autem cultuſque corporis qualis puerorum ſub pædagogo cum metu agentium. Sed in Rufino, *Amictus autem cultuſque corporis omnibus pueris in metu & ſub cura magiſtri agentibus par eſt.* Niſi legendum, *ut pueris.* Quæ particula interdum deſideratur, ut in illo Horatii, *nec excitatur claſſico miles gravi.* Nam ſenſus eſt, *ut miles.* 225

Priorem ſententiam expreſſit Iudæus Salmanticenſis per hęc verba, Pueri omnes qui ingrediuntur morem eorum, unicam tantum veſtem habent æqualem omnibus. Verba Ebræa ſunt הנערים אשר בבנסים במנהגם אין להם כי אם לבוש אחד שוה לכולם: Tu expende lector. Mihi nunc non vacat.

Mutatorias nullas habent.

SEmper eadem veſte utuntur, quam non deponunt donec vel uſu vel tempore penitus detrita fuerit. Idem de calceis proditum. Ioſephus, οὔτε δὲ ἐσθῆτας, οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσι πρὶν ἢ διαῤῥαγῆναι τὸ πρότερον παντάπασιν, ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ. *nec veſtes nec calceos vel ſoleas mutant, niſi aut omnino conſciſſis prioribus, aut longi temporis uſu conſumptis.* Salmanticenſis cùm dixiſſet pueros, qui in eorum diſciplinam aſciſcuntur, unam tantum veſtem geſtare: addit, *& ſimiliter calceos* ſub. eoſdem ſemper habent, *nec mutant eos donec detriti fuerint*. Quæ de viris alii rectius accipiunt.

Nihil emunt aut vendunt.

226 SAlmanticenſis, *Non venditur quicquam inter eos, ſed dant indigenti gratis.* Ioſeph. ΟΥδὲν ἐν ἀλλήλοις οὔτε ἀγοράζουσιν οὔτε πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρήζοντι διδοὺς ἕκαστος τὰ παρ' αὐτοῦ, τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται, καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἀντιδόσεως ἀκώλυτος ἡ μετάληψις αὐτοῖς παρ' ὧν ἂν ἐθελήσωσι. Codex Euſebianus aliquantum hîc variat. Notabo has varietates. Primum in eo eſt, ΟΥδ' ἀγοράζουσί τι. deinde τὰ παρ' ἑαυτῷ, poſtremo χωρὶς τῆς μεταδόσεως ἀκωλύτως, & mox ἐθέλωσι. Rufini latina ſunt, *Nihil autem inter ſe mercantur aut vendunt, ſed egenti quiſque quod habet præbens, refert ab eo quod ipſe non habet: quamvis etiam ſine permutatione cunctis libera ſit facultas à quibus libuerit accipiendi quod opus ſit.* Porrò autem negotiatio fit etiam permutando. Quod

forte

forte in mente habuit Salmanticenſis, cùm diceret, *poſt preces abeunt parumper negotiatum.* Poſſumus exponere, *obitum negotia*, quod fit circumeundo. Nam סחר circumivit. Cogitemus amplius. Nihil temerè ſtatuendum.

De pietate in Deum.

MAnſueti ſunt & religioſi. Salmanticēſis, יש להם ענוה 227
ויראת השב *præditi ſunt manſuetudine ac timore* NOMINIS id eſt, DOMINI. Timor DOMINI aliud nihil eſt quàm pietas καὶ θεοσέβεια. Ioſephus, πρός γε μὴν τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς: præcipuè circa Deum religioſi ſunt. Sequitur in Ioſepho, πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων. πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι, κατὰ ταῦτα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασιν ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν διαφίενται. Euſebius ἀφεῖνται. *Namque ante ſolis ortum nihil profani loquuntur, ſed ei patria quadam vota celebrant, quaſi ut oriatur precantes. Deinde ad quas venerunt ſinguli artes à curatoribus dimittuntur.* Sudat hìc Serarius. Nam ſi ſoli vota faciebant, non erant alieni à crimine idololatriæ, quod qui committunt Solicolæ vocantur. Salmanticenſis hæc ita interpretatur. *Antequam oriretur ſol, non loquebantur niſi de laudibus Dei benedicti, &c.* Quæ planè firmant expoſitionem ejus.

Quid precatione finita faciant.

POſt preces conferunt ſe ad opera. Quiſque artem 228
quàm novit exercet. Præcipue agriculturæ dediti ſunt, ut dictum eſt. In opere manent uſq; ad horam quintam, quæ nobis undecima ante meridiem. Tum rurſus in unum congregantur linteiſque præcincti velaminibus corpus abluunt frigidâ. Habentur hæc in Ioſepho lib. 2. cap. Iud. cap. 12. Sed paullo aliter apud Iudæum Salmanticenſem, *Poſt preces eunt parumper negotiatum & ad faciendum opus ſuum, & hoc licentia majorum ſuorum. Poſt*

lavant corpus aqua frigidâ ad debilitandum deſiderium coitus expandúntque ſuper caput ſuum ſudarium album. Apud Ioſephum σαυλόνως valet, *contentè*, *ſtudioſe* : & σκεπάσμασι λινοῖς, interprete Rufino, *velaminibus lineis*. Ceterum λινοῖς abeſt in Euſebio, Σκέπασμα tegumentum, velamen, operimentum, tegmen.

De Prandio.

229 *Poſt lotionem ſedent ordine, & ponunt ante unumquemque linteum: coquus autem dat unicuique ſcutellam cocti edulii, & ante benedicit ſacerdos proferens eam, poſt benedicunt ipſi quoque & dant laudem Deo benedicto. deinde redeunt ad opus ſuum uſque ad veſperam* Hæc Salmanticenſis Abraham, quæ apud Ioſephum his verbis concepta leguntur, καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν, εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἔνθα (alias ἐν ᾧ) μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων ἐπιτέτραπται παρελθεῖν. αὐτοί τε καθαροὶ καθάπερ εἰς ἅγιόν τι τέμενος παραγίγνονται τὸ δειπνητήριον. καὶ καθιζάντων (alias κατεσθέντων δὲ) μεθ' ἡσυχίας, ὁ μὲν σιτόποιος ἐν τάξει παρατίθησι ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος ἑκάστῳ παρατίθησι. (verbum hoc, cum ſupra legatur, hîc redundare videtur. Sanè abeſt in codicibus Euſebianis, quos Robertus Stephanus excudit) προκατεύχεται δὲ ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς (in Euſebio, προκατάρχεται ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς ἁγνῆς οὔσης καὶ καθαρᾶς) καὶ γεύσασθαί τινα πρὸ τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον ἀριστοποιησάμενος ἐπεύχεται πάλιν (Euſebius habet ἀρισ. δὲ ἐπεύχεται μᾶλλον) ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν Θεὸν (ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς) Quæ paren-
230 theſi concluſa, non habentur in Euſebianis. ἔπειτα ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας, πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης τρέπονται. Quorum verborum hæc ſententia eſt : Poſt hanc purificationem in proprium quoddam domicilium conveniunt, quo nemini alterius opinionis ſive ſectæ conceſſum intrare. Ipſi verò puri tanquam in ſacrum quoddam

dam templum ingrediuntur locum prandii. Vbi cùm quietè conſederunt piſtor ordine apponit panes, coquus vero unius edulii ſcutellam ſingulis. Sacerdos autem ante cibum precatur: nam cibum guſtare ante precationem nefas. Poſtquam pranderunt rurſum ſacerdos precatur. Sic incipientes & finientes Deum honorant, tanquam cibi largirorem. Poſt ſacras veſtes deponunt & àd opera redeunt uſque ad veſperam.

De cæna.

VEſperi domum reverſi à labore cœnant eo modo quo pranderunt, unà conſidentibus hoſpitibus, ſi qui forte intereà advenerint. Quod indicant hæc Ioſephi verba Græca, *δειπνοῦσι δ' ὑποστρέψαντες ὁμοίως συγκαθεζομένων τῶν ξένων, οἱ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες.* Paullò aliter 231
Salmanticenſis, *Veſperi veniunt domum & adducunt hoſpites quicquid præparaverint illis*, אורחים proprie viatores.

De ſilentio.

OΥδὲ κραυγή ποτε τὸν οἶκον, οὔτε θόρυβος μολύνει (alias μιαίνει, polluit inquinat) τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλλήλοις καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. τοῦτο δὲ αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ ποτὸν μέχρι κόρου. Verba ſunt Ioſephi ex ſecundo Halos. quæ ſic Rufinus Latina fecit, *Nec vero clamor unquam tectum illud nec tumultus inquietat: quum etiam loquendi ordine alius alij cedant, eorumq́ſ ſilentium extra tectum conſtitutis arcanum quoddam videatur venerabile. Cujus quidem rei perpetua ſobrietas cauſſa eſt, quodque apud eos edendi aut potandi modus ſaturitate definitur.*

Quid ſine curatorum licentia faciant.

TΩN μὲν οὖν ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅτι μὴ τῶν ἐπιμελητῶν προσταξάντων ἐνεργοῦσι, δύο δὲ ταῦτα παρ' αὐτοῖς αὐτεξούσια, ἐπι-

κουρεία

232 κυρία καὶ ἔλεος. βοηθεῖν τε γὰρ τοῖς ἀξίοις ὁπόταν δέωνται καὶ καθ' αὑτοὺς ἀφίεται, καὶ τροφὰς ἀπορουμένοις ὀρέγειν, id eſt, Rufino vertente, *Sed quamvis aliarum rerum nihil ſine precepto faciant curatoris, tamen in his duobus, hoc eſt, in jurando & miſerendo ſui juris ſunt. Nam & ſubvenire dignis, cùm opus eſt, ſuo arbitrio cuique licet, & indigentibus alimenta porrigere:* Abraham Zachuth, *Non faciunt quicquam abſq; licentia majorum ſuorum, niſi ut proſint indigentibus & pauperibus, & etiam ut fleant & plangant.*

Nil cognatis dant abſque venia curatorum.

ALiquid cognatis dare abſque curatorum venia non licet. Ioſephus, τὰς δὲ εἰς τοὺς συγγενεῖς μεταδόσεις οὐκ ἔξεστι ποιεῖσθαι δίχα τῶν ἐπιτρόπων. Vbi notabis curatores, quos alibi ἐπιμελητὰς appellat, hîc ἐπιτρόπους dici. Salmanticenſis ubique גדולים, id eſt majores vocat, ut in hoc loco, *Inde* (ex theſauro videlicet) *dant cui volunt, ſed non propinquis ſuis, niſi licentia majorum ſuorum.*

Vexantur non vexant.

233 De ſapientibus dicunt Ebræi.

הם בעלבים ואינם עולבים

vexantur, & non vexant, vel, ſi mavis, *affliguntur, & non affligunt*. Idem de Heſſenis ſcribit Salmanticenſis. Sanè in horum numero erant qui ſapientes quoque dicebantur.

Iræ moderantur & à mendacio abſtinent.

IOſephus, ὀργῆς ταμίαι δίκαιοι, θυμοῦ καθεκτικοί. Rufinus, *Iracundiæ moderatores juſti ſunt, indignationem cohibent.* Sequitur in Ioſepho, πίστεως προστάται, εἰρήνης ὑπουργοί, & Rufino, *fidem tuentur, paci obſecundant.* Apud Salmanticenſem Iudæum, *Neque faciunt iniquitatem, neq; loquuntur mendacium.* Sed in Ioſepho, καὶ πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν, ἰσχυρότερον ὅρκου. *quicquid ab iis dictum, jurejurando firmius.*

Non

Non jurant.

SAlmanticẽſis, שומרים עצמם מהשבועה *cuſtodiunt ſe ipſos à juramento.* Id pro eo habendum ac ſi dixiſſet, cavent diligenter ne unquam jurent. Quin ipſum juſiurandum, ut ait Ioſephus, perjurio deterius exiſtimant. Iam enim mendacii convictum arbitrantur, cui ſine Deo non creditur. Verba Græca ſunt, *τὸ δὲ ὀμνύειν αὐτοῖς περίϊσταται, χεῖρον τι τῆς ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες. ἤδη γὰρ ἤδη καταγνῶσθαι φασὶ τὸν ἀπιστούμενον δίχα θεοῦ*, lib. 2. cap. 12. captæ Iudææ. 234

Quo fine legant commentarios veterum.

IOſephus, *Σπουδάζουσι δὲ ἐκτόπως περὶ τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, μάλιστα ἢ τὰ πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλέγοντες. ἔνθεν αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν παθῶν ῥίζαι τε ἀλεξιτήριοι καὶ λίθων ἰδιότητες ἀνερευνῶνται.* Rufinus, *Summum autem ſtudium veterum ſcriptis adhibent, ea maximè inde quæ animo & corpori expediant eligentes. Hinc illis morborum remedia, ſtirpes medicæ, quámque vim propriam ſinguli lapides habeant rimantibus conquiruntur.* Salmanticenſis, *Intendunt in ſapientiam Legis è qua educunt ſapientias Phyſicas ad intelligendum naturas ſtirpium & animalium.*

Quomodo novitios probent.

QVanta cautione ac religione admittant eos qui ad ipſorum ſectam primum accedunt, diſcere poteris ex Ioſepho, cujus verba quia prolixiora ſunt, brevitatis cauſſa nunc omittam. 235 Tantum adferam quæ Salmanticenſis hac de re notavit. Sunt autem hæc, *Quum aliqui volunt ingredi morem vel ritum eorum, non ſtatim aut eveſtigio recipiunt eos, ſed cibum & potum eis præbent annum integrum, & dant in manum eorum ſecurim, induúntque eos indumento candido. Poſt exactum annum, ſi viderint mores bonos eſſe, adducunt eos in medium cœtus ſui, docentque baptizare, ut aſſueſcant eſſe ſancti. Denuò poſt biennium introducunt*

De Quæſtoribus. Zonaras 189. Quæſtores & terræ frugũ & corũ quæ aliunde afferuntur deſignant.

Digitized by Google

cunt eos in cœtum ſuum, & antequam comedant cum eis adjurant eos, quod honorabunt Deum benedictum ſupra omnes res, & quòd verſabuntur cum omnibus in judicio & in juſtitia, atque adeò quòd odio proſequentur improbos. Qui volet, poterit hæc cum Ioſephi verbis contendere. Ego nunc propero ad alia.

De juramento præſidum.

SAlmanticenſis, *Si fortè contigerit ut quiſpiam eorum ſit caput ſuper eos adjurant eum quòd non imperabit ſuperbè aut arroganter, quòd non induet veſtem aliam à conſueta illis,*
236 *etiam quod excutiet manus ſuas ne prehendat munus, & quòd odio proſequetur rapinam, & quod ſibi cavebit ab omni immunditia & improbitate. Quod ſi animadverterit ſignum aliquod aut arcanum in lege, patefaciet illud ſociis ſuis, non aliis: & ſuper omnia cuſtodiet legem Moſis, honorabitque nomina angelorum nota ordini.* Vide nunc, ſodes, Ioſephum: quem, ſi recta hæc, Serarius non rectè intellexit, dum juramentum eorum, qui noviter acceſſerunt, cum præſidum juramento confundit. Nam clare illa interpres Ebræus diſtinxit. Sed fieri poteſt ut erret Salmanticenſis. Cui firmando verba illa Ioſephi, τοιούτοις μὲν ὅρκοις τοὺς προσιόντας ἐξασφαλίζονται, id eſt, interprete Rufino, *His quidem execrationibus explorant & quaſi præmuniunt accedentes.* In eodem eſt. *Neq; aliquid de myſteriis conſectaneos celare.* Libri antiqui, *conſecrarios.* puto legendum, *conſectarios.* Græce hoc legitur, καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἱρετιστάς. Ne quid celem, verba Græca, quæ modo ex Ioſephi co-
237 dice produximus, in Euſebio non habentur. Tantum ibi eſt, τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι. Sunt aliæ varietates, ut cum pro συναγωνιεῖσθαι in Euſebio legitur συναδικεῖσθαι, & pro προβάλλεσθαι in eodem eſt ἀποβάλλεσθαι & pro ὀμνύουσι, ὄμνυσι, & pro μετέλαβεν, παρέλαβεν. Similiter pro ἐξυβρίζειν, ἐξυβρίζαι,

βρίζειν & pro ἀεὶ παρέξειν πᾶσι, πᾶσι μὲν παρέξειν. Sed hæc
leviora. Pergamus ad alia.

Delinquentes quomodo puniant.

*IVs dicturi inter ſe congregantur centum viri, qui eos quos
deprehenderint reos & improbos expellunt è cœtu ſuo. Qui
autem ſectæ violatores ſunt, eos cibant herbis malis donec at-
tenuetur corpus eorum & moriantur fame. Quandoq; accidit
cùm vident vicinos morti ut eos in gratiam recipiant, expia-
tum ſatis hoc modo peccatum arbitrantes. Ceterum quicunque
hunc morem ingreditur, non licet ei comedere è manu aliorum.*
Hæc Salmanticenſis. Quæ apud Ioſephum his verbis con-
cepta ſunt, τοὺς δὲ ἐπ' ἀξιοχρέοις ἁμαρτήμασιν ἁλόντας ἐκβάλ-
λουσι τοῦ τάγματος. ὁ δὲ ἐκκριθεὶς, οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ δι-
αφθείρεται. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδυμένος, οὐδὲ τῆς
παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύναται μεταλαμβάνειν. ποηφαγῶν δὲ 238
καὶ λιμῷ τὸ σῶμα τηκόμενος διαφθείρεται. διὸ καὶ πόλλους ἐλεή-
σαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς ἀνέλαβον, ἱκανὴν ἐπὶ τοῖς
ἁμαρτήμασιν αὐτῶν τὴν μέχρι θανάτου βάσανον ἡγούμενοι. περὶ
δὲ τὰς κρίσεις ἀκριβέστατοι καὶ δίκαιοι, καὶ δικάζουσι μὲν οὐκ ἐλάττους
τῶν ἑκατὸν συνελθόντες. τὸ δὲ ὁρισθὲν ὑπ' αὐτῶν ἀκίνητον. In Eu-
ſebio hæc paullo aliter leguntur, οἱ δὲ ἁλόντες καὶ ἐκβληθέν-
τες, κακῷ μόρῳ φθείρονται. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδε-
μένοι, οὐδὲ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύνανται μεταλαμβάνειν,
ποηφαγοῦντες δὲ καὶ λιμῷ διαφθειρόμενοι ἀπόλλυνται. διὸ δὴ
πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀνάγκαις ἀνέλαβον, ἱκανὴν
τιμωρίαν δεδωκέναι νομίζοντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τὴν μέχρι
θανάτου βάσανον. Rufini Latina ſunt, *Deprehenſos verò in
peccatis à ſua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit
condemnatus, miſerabili plerumque morte conſumitur. Illis
quidem ſacramentis ac ritibus obligatus neq; capere oblatum
ab aliis cibum poteſt: herbas vero pecudum more decerpens &
fame exeſus per membra corrumpitur. Ob id etiam plurimos*

Digitized by Google

239 *plerumque miſerati extremum ſpiritum agentes receperunt; ſufficientem pro peccatis eorum, quæ uſque ad mortem adduxerit, pœnam luiſſe cenſentes. In judiciis vero ſunt diligentiſſimi atque juſtiſſimi. Diſceptant autem non minus quàm centum in unum coacti: quod autem ab his decretum fuerit immobile manet.*

Reverentia erga Moſen.

Σέβας ῥ᾽ μέγιςον παρ᾽ αὐτοῖς καὶ τὸν θεὸν τὸ ὄνομα τῦ νομοθέτυ, καὶ βλασφημήσῃ τις τῦτον κολάζεσϑαι θανάτῳ. Salmanticenſis, *Ex fundamentis ſectæ ipſorum eſt quod poſt honorem Dei laudandi maximi faciant Moſen doctorem noſtrum ſuper eum pax, adeo ut ſi loquatur quis ex illis verbum blaſphemiæ contra Moſen puniendo puniatur ad mortem.*

Senes honorant.

Idem de Phariſæis ſcribit Zonaras pag. 289.

SAlmanticenſis, *Tribuunt honorem ſenibus, nec loquuntur coram eis niſi venia impetrata.* Ioſephus τοῖς ῥ᾽ πρεσβυτέροις ὑπακύειν καὶ τοῖς πλείοσιν ἐν καλῷ τίθενται δέκα γῦν συγκαθεζομένων ὐκ ἂν λαλήσειε τις ἀκόντων τ᾽ ἐννέα *ſenibus obedire*
240 *& pluribus pulchrum ducunt. Si ergo decem ſimul ſedeant nemo loquitur invitis novem.* Vult dicere, niſi venia impetrata a reliquis novem. Rufinus nullo ſenſu, *& plurium quorum decreto*, niſi legendum *earum* pro quorum. Fuit aliquando tempus cùm putarem vertendum, *& majoribus*. Nam πλείων major. Nunc muto, & placet *pluribus*, ſi videlicet plures ſint, tum unus non audet loqui, niſi licentia ei detur. Puto hanc ſententiam veram eſſe. Rufini vetuſta exemplaria, *& plurimum quorumque decreto*.

Decorum ſervant in ſpuendo.

KΑὶ τὸ πτύσαι ῥ᾽ εἰς μέσυς, ἢ τὸ δέξιον μέρ☉ φυλάσσονται. *ſpuere in medios* (ſenes vel homines videlicet) *vel in dexteram partem vitat.* Rufinus habet, *in medium eorum*, εἰς μέσον αὐτῶν, nempe πρεσβυτέρων aut πλειόνων, id eſt, plurium.

rium. Si non in dexterum latus, ergo in ſiniſtrum ſpuebant.

De obſervatione Sabbathi.

Φυλάσσονται καὶ ταῖς ἑβδομάσιν ἔργων ἐφάπτεσθαι διαφερώτατα Ἰουδαίων ἁπάντων. οὐ μόνον γὰρ τροφὰς ἑαυτοῖς πρὸ ἡμέρας μιᾶς παρασκευάζουσιν, ὡς μὴ δὲ πῦρ ἐναύοιεν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. 241
ἀλλ' οὐδὲ σκεῦός τι μετακινῆσαι θαῤῥοῦσιν, οὐδὲ ἀποπατεῖν. Quæ ſic Rufinus interpretatus eſt, *Sabbathis quoque operationem aliquam contigiſſe omnibus Iudæis diligentiùs cavent. Neque cibum ſolùm ſibi pridie præparant, ne videlicet illo die ignem accendant, ſed neque vas aliquod transferre audent, imò nec alvum purgant.* Salmanticenſis, *Obſervant ſabbathum obſervatione excellenti & non transferunt vas de loco in locum, etiam neceſſitates ſuas difficulter ſolvunt* .i. alvum aut ventrem exonerant vel ad ſeceſſum eunt. Quod aliis diebus dum faciunt, parva aſcia vel ſecuricula foſſam pedis unius fodiunt veſtéque ipſam circumtegunt, ne Dei radios injuria afficiant: deinde effoſſam terram in foveam retrahunt, loca ad hoc deligentes ſecretiſſima. Licet autem naturalis hæc ſordium egeſtio ſit, poſt eam tamen iis, velut pollutis, ablui ſolent. Hæc ferè Ioſephus. Quæ Salmanticenſis in pauca contraxit, *Die autem primo tegunt ſecuri, quod egreſſum eſt è corpore ipſorum, poſteà tegunt pul-* 242
vere Locus non ſine vitio Nam non tegunt excrementum ſuum ſecuri, ſed ea foveam fodiunt, quam deinde veſte contegunt ſedentes, poſt egeſtam alvum terra operiunt. Hæc quia ſine operatione non fiunt, ideo in ſabbathis alvum non exonerant. Quod illis facile ob tenuem victum quo utuntur. Porphyrius apud Euſebium, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἄλλως οὐ θοικεύουσιν, ἢ βόθρον ὀρύξαντες εἰς βάθος ποδιαῖον, περικαλύψαντες θαματίων, ὡς μὴ ταῖς αὐγαῖς ἐνυβρίζειν τοῦ θεοῦ. τοσαύτη δ' ἐστὶν αὐτῶν ἡ λιτότης ἡ περὶ τὴν δίαιταν, καὶ ἡ

Nam ſabbathis non licet fodere quod unum ex patribus operũ, quos vocãt אבות מלאכת. Vide Sepher Miſvoth fo.12.col.2. Sunt autem patres hujus modi xxxix. Vide locum.

 ὀλιγότης,

ὀλιγότης, ὡς ἐν τῇ ἑβδομάδι μὴ δεῖσθαι κενώσεως, ἣν τηρεῖν εἰώθασιν ἐν ὕμνοις τῷ θεῷ, καὶ εἰς ἀνάπαυσιν.

Diviſio eorum in quatuor partes.

Διῄρηνται δὲ κατὰ χρόνον τῆς ἀσκήσεως εἰς μοίρας τέσσαρας, καὶ τοσοῦτον οἱ μεταγενέστεροι τῶν προγενεστέρων ἐλαττοῦνται, ὥστε εἰ ψαύσειαν αὐτῶν ἐκείνους. ἀπολούεσθαι καθάπερ ἀλλοφύλῳ συμφέροντας. Has quatuor partes, id eſt, *μοίρας*, Rufinus ordines appellat. Vide illum, ſi vacas & ſi placet.

Longævitas.

243 Καὶ μακρόβιοι μὲν ὡς τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ ἑκατὸν παρατείνειν ἔτη, διὰ τὴν ἁπλότητα τῆς διαίτης, ἔμοιγε δοκεῖν καὶ τὴν εὐταξίαν. Salmanticenſis, *Sunt ex illis qui vivant uſque ad centum annos, eo quod cavent ſibi à cibo multo & eduliis variis.*

Tolerantia in adverſis. animas credunt immortales eſſe.

Zonaras 189. animorum immortalitatem credunt.

Salmanticenſis, *Et ipſi fortes ſunt in fide ſua ſi moriendum ſit pro nomine Dei & pro uncto ejus. Innotuit autem fortitudo eorum in bello quod Iſraelitæ geſſerunt cum Romanis, ne comederent cibum pollutum, & ne loquerentur rebellionem contra Moſen. Nam eorum membra igne combuſta fuerunt, neque tamen verba deprecationum locuti ſunt ad percuſſores. Contrà ex illis quidam ſubſannabant eos & recipiebant pœnas hilari vultu, cum reputarent, licet corpus corrumpatur, tamen animas interitus expertes eſſe. Quod ſi vincta eſt anima in corpore, nihilominus ſoluto vinculo tempore mortis aſcendit ipſa ſurſum, nec eſt ullum velum dividens, & animæ bonæ*
243 *abeunt ultra Oceanum in paradiſum inferiorem ſub linea æquinoctiali; malæ autem animæ abeunt ad interitum in terram tenebrarum & umbræ mortis.* Vide nunc quæ Ioſephus hac de re ſcripſit in Iudaicis lib. 2. cap. 12. pag. 725. Porphyrii apud EVſebium hæc ſunt, ἐκ δὲ τῆς ἀσκήσεως ταύτης τοσαύτην πεποίηνται καρτερίαν, ὡς στρεβλούμενοι καὶ λογιζόμενοι καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵν᾽ ἢ βλασ-

φημήσωσι

φημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσυνήθων, οὐδέτερον ὑπομένειν. διέδειξαν δὲ τοῦτο ἐν τῷ πρὸς ῥωμαίους πολέμῳ. ἐπεὶ δὴ οὐ κολακεῦσαι τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρῦσαι ὑπομένουσι, μειδιῶντες δὲ ἐν τὸν ἀλγηδόσι, καὶ κατειρωνευόμενοι τῶν τὰς βασάνους προσφερόντων, εὔθυμοι τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν, ὡς πάλιν κομιούμενοι. καὶ γὰρ ἔρρωται παρ' αὐτοῖς ἥδε ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα καὶ τὴν ὕλην οὐ μόνιμον αὐτῶν, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαγένειν. καὶ συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας αἰθέρος, ῥύμῃ φυσικῇ κατασπωμένας. ἐπειδὰν δὴ ἀνεθῶσι τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν, οἷον δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένας, τότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι.

Quod quidam eorum futura prædicant.

ΕΙΣΙ δὲ ἐν αὐτοῖς οἳ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκειν ὑπισχνοῦνται, βίβλοις ἱεραῖς καὶ διαφόροις ἁγνείαις καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαιδοτριβούμενοι. σπάνιον δ' εἴποτε ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀστοχήσουσιν. Hæc Ioſephus. Quid Salmanticenſis *Qui ſectam eorum ingreditur*, inquit, *nunquam inde exit, & inveniuntur in eis viri loquentes futura, & hoc ob ſeparationem eorum & ſanctitatem eorum, & quod ſervent ſeſe ab immunditia, & quod plurimum conſentiant cum prophetis.* Apud Euſebium Pamphili pag. 239. ἀπὸ δὴ τῆς τοιαύτης διαίτης, καὶ τῆς πρὸς ἀλήθειαν καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀσκήσεως, εἰκότως ἐν αὐτοῖς πολλοί, οἳ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν, ὡσὰν βίβλοις ἱεραῖς καὶ διαφόροις ἁγνείαις καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαιδοτριβούμενοι. σπάνιον δ', εἰ ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀστοχοῦσι. Sequitur in Euſebio, ταῦτα μὲν ὁ πορφύριος ἐκ τῶν παλαιῶν, ὡς εἰκὸς, ἀναγνωσμάτων, τῇ τῶν δηλουμένων ἀνδρῶν εὐσεβείᾳ τε ὁμοῦ καὶ φιλοσοφίᾳ ἐν τῷ τετάρτῳ συγγράμματι τῶν σπουδασθέντων αὐτῷ περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς ἐμαρτύρησεν. 245

De nu-

De numero Heſſæorum.

246 IOſephus Orig Iuda. lib. 18. cap 2. ubi de Heſſenis, *καὶ τοῦτο πεπράχασιν*, inquit, *ἄνδρες ὑπὲρ τετρακισχίλιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες.* Nec variat Philo. Salmanticenſis circiter quinque millia ponit. והם קרובים לחמשה אלפים נזירים. Quòd notandum duxi, quia in hiſtoria Ebraica Iudas legitur eduxiſſe in bellum octo millia Haſidæorum, ut vel hinc probabiliter colligas Haſidæos alios eſſe ab Heſſenis. Quanquam argumentum hoc non adeo firmum eſt, nec ego innitor ei ſoli. Alia me trahunt in contrariam ſententiam.

Locus habitationis.

HAbitabant pagatim ſive vicatim, id eſt, *κωμηδὸν*. Philo, *Οὗτοι τὸ μὲν πρῶτον κωμηδὸν οἰκοῦσι τὰς πόλεις ἐκτρεπόμενοι διὰ τὰς πολιτευομένων χειροήθεις ἀνομίας*, &c. Non eſt illis una civitas certa, ſed in ſingulas multa domicilia transferunt. Ioſephus capt. Iud. lib. 2. cap. 12. *μία δ' οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ μετοικοῦσι πολλοί.* Vide Plinium lib. 5. cap. 17. Solinum, cap. 38. Sciendum vero portam
247 fuiſſe Ieroſolymæ quæ Heſſenorum dicebatur, cujus meminit Ioſephus capt. Iud. lib. 5. cap. 13.

Si tamen Philo de alio genere Heſſenorũ nõ loquitur: quod video quoſdam exiſtimare, quibus ego non contradico. Non dum enim hoc mihi ſatis liquet.

Hoſpitalitas.

QVàm hoſpitales fuerint docet Ioſephus per hæc verba, *καὶ τοῖς ἑτέρωθεν ἥκουσιν αἱρετισταῖς, ἀναπέπταται τὰ παρ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ ἴδια. καὶ πρὸς οὓς οὐ πρότερον εἶδον εἰσίασιν ὡς συνηθεστάτους.* Et mox, *κηδεμὼν δ' ἐν ἑκάστῃ πόλει τοῦ τάγματος ἐξαιρέτως τῶν ξένων ἀποδείκνυται, ταμιεύων ἐσθῆτα καὶ τὰ ἐπιτήδεια.*

Peregrinatio.

ITer faciunt ſine viatico: arma tamen propter latrones geſtant. Idem Ioſephus, *διὸ καὶ ποιοῦνται τὰς ἀποδημίας οὐδὲν μὲν ὅλως ἐπικομιζόμενοι. διὰ δὲ τοὺς λῃστὰς ἔνοπλοι.*

De Deo.

De Deo.

QVod primo loco dictũ oportuit pœne prætereiam. De Deo ita ſentiunt ut credant omnia ipſius providentia regi, ac gubernari. Ioſephus Orig. lib. 18. cap. 2. Ἐσσηνοῖς ἐπὶ μὲν θεῷ καταλιπεῖν φιλεῖ τὰ πάντα ὁ λόγος. ἀθανατίζουσι δὲ τὰς ψυχάς, id eſt, interprete Gelenio, *Eſſenorum verò placitum univerſitatis regimen citra exceptionem* 248
Deo aſſerit: immortalitatem animis. Fatum etiam agnoſcunt. Idem Ioſephus lib. 13. cap. 9. Orig. Iudaicarum, τὸ τῶν Ἐσσηνῶν γένος πάντων τὴν εἱμαρμένην κυρίαν ἀποφαίνεται, καὶ μηδὲν ὃ μὴ κατ' ἐκείνης ψῆφον ἀνθρώποις ἀπαντᾷ. Quæ ſic Gelenius in Latinum ſermonem convertit, *Eſſeni vero omnia in fati poteſtate eſſe affirmant, nec quicquam hominibus præter fati decretum accidere.*

Zonaras 189. Eſſeni Deo adſcribunt omnia.

Vide Zona. 155. cujus locum deſcripſimus ſupra 215.

Quod ſeorſim & non in templo ſacrificent.

AD *templum donaria mittentes ſacra ibi non faciunt, quod ſanctioribus utantur cæremoniis, quapropter excluſi à communi fano ſeorſim ſacrificant.* Verba ſunt interpretis Gelenii, quæ Græce leguntur Orig. lib. 18 c 2. εἰς δὲ τὸ ἱερὸν ἀναθήματά τε στέλλοντες, θυσίας οὐκ ἐπιτελοῦσι διαφορότητι ἁγνειῶν ἃς νομίζοιεν, καὶ δι' αὐτὸ εἰργόμενοι τοῦ κοινοῦ τεμενίσματος, ἐφ' αὐτῶν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦσι.

Zonaras 189. Donaria in templum mittũt ſed in eo non immolant, de expiationibus à cæteris diſſentientes. Vnde cũ à communi ſacrario arceantur privatim ſacrificant.

CAP. 23.

Quænam fundamenta fidei.

DEfunctum me putabam, & ecce adhuc unum capitulum Serarii, in quo diſputat, *An Druſius ſit hæreticus?* Id leget, me autore, qui aliquando ridere volet. In libello meo de Haſidæis petieram abs eo, ſi quid eſſet in ſcriptis meis hæreticum, ut de eo me admoneret. Id quia facere non potuit aut noluit, confugit ad ineptiſſimas ineptias.

Digitized by Google

Quid loca & ſcholæ, inquit, *in quibus vel didiciſti vel docuiſti docéſque hactenus?* Locus & ſchola non faciunt hæreticum, ſed error contumax in fundamentis fidei. Fundamenta fidei ad ſalutem neceſſaria, quibus ceu fundamento quodam fides innititur. Noſtri articulos appellant, Ebræi vero עקרים, id eſt, radices. R. David in libro, ubi vocum ſenſa explicat, *Doctores noſtri conſueverunt vocare fundamenta rerum* עקר, id eſt, *radicem*. Hujuſmodi fundamenta Ebræorum alii 13. alii 26. ponunt. Quidam ſex tantùm enumerant. Autor Ioſeph Albo in libro
250 ICCARIM, id eſt, articulorum fidei: quos Apoſtoli nobis duodecim reliquerunt. Quibus alii poſteà plures adjecerunt ob exorientes ſubinde hæreſes. Qui in his errat, non ſtatim eſt dicendus hæreticus. Debet etiam contumacia accedere. Id cùm mihi largiatur Serarius, mirum eſt cur hæreticum vocet nondum contumaciæ convictum? Dicit eſſe aliqua in ſcriptis meis ἑτερόδοξα. Cur ea non profert? Cur, ſi protulit alibi, loca non indicat? ut poſſim vel errorem emendare, vel corrigentem admonere. Nam errare poteſt & qui alium reprehendit. *Sed hæreſis eſt dicere hæreticum non eſſe, qui in aliquo eorum, quæ ad fidei materiam ſpectant, modo id è magnis & præcipuis capitibus non ſit, errat pertinaciter.* Vbi hoc dico? Iterum affingit mihi, quæ nunquam ſcripſi, nunquam cogitavi. *Imo hæreticus eſt*, inquit, *qui quodcunque fidei caput pertinaciter negat, ſive magnum ſive parvum, ſi modo parvum.* Dubitat an ſit caput ullum parvum, & meritò. Nam quod ad ſalutem requiritur, parvum dici nequit. Sunt
251 ergo præcipua capita quæ dixi. In ceteris minore periculo erratur, ut ſi quis neget virginem Mariam conceptam in peccato originali, aut Petrum Romæ fuiſſe. Verba Auguſtini, *qui in Eccleſia morbidum aliquid pravúmque ſapiunt,*

Digitized by Google

ſapiunt, &c. ex ipſo Auguſtino enarranda ſunt. Nam ſequitur eo in loco, *ſuáque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt.* Ergo morbidum pravumque dogma quod peſtiferum, id eſt, quod mortem adfert animámque occidit. Oſtende tale quid in libris meis. Vbi ego prava dogmata defendo, qui nulla tracto? Vbi ea defenſare perſiſto, aut monitus emendare nolo? Vis dicam, Serari? Sed non dicam, & potiùs reprimam me, & ad alia pergam.

In hiſtoria nulla hæreſis.

VBi nuda hiſtoria, ibi nulla hæreſis eſt. Qui Chriſtum
ſub Pontio Pilato paſſum negat, hæreticus eſt, quia
negat quod articulis fidei continetur. Similiter qui Chri-
ſtum Cæſaris Auguſti tempore natum, Cyrino præſide
cenſum negat, hæreticus eſt quia illud negat quod Euan- 252
geliſtæ adfirmant. Idem dicendum de iis qui Patriar-
charum, Moſis &c. hiſtoriam negant. Nam negant ipſam
veritatem, hoc eſt, vetus inſtrumentum, in quo nihil
habetur, quod non ſit veriſſimum. Hiſtoria tradit Chri-
ſtum natum anno Herodis trigeſimo tertio. Si quis hoc
negaret, & anno 34. natum diceret, an protinus tibi hæ-
reticus eſſet? Si tibi; non mihi: credo nec iis quibus cor
ſapit. Sic non eſt qui negat ex fluviis paradiſi Nilum eſſe,
ut nec is qui inter eos Gangen ponit aut Indum. Error
hic eſt in hiſtoria, non hæreſis. *Sed in hiſtoriis, noſtro etiam
ævo, hæretica plura inſerunt Carrio, Funccius, Sleidanus.*
Quid hoc ad rem? Si Theologica inſererent, an ob id
hiſtoria eſſet theologia? Hoc volo dicere, qui nudam &
meram hiſtoriam tractat, nulla dogmata inſerit, etiam
ſi erret, non poſſe dici hæreticum. Similiter.

In Grammatica nulla hæreſis.

QVatenus Grammatica eſt, nulla in ea hæreſis, etiam
253 cùm ſeſe ad ſacrarum litterarum explicationem ſurrigit, modo intra terminos ſuos ſe contineat. Quos ſi excedat Grammaticus, jam non Grammaticus eſt, ſed Theologus; veluti ſi dogma novum comminiſcatur, aut adferat aliena ab analogia fidei. Sic dico, Qui in Theologiam extraneas opiniones invehunt, invectaſque propugnant aut propagant contùmaciter, ſi Grammatici ſunt, tranſiliunt fines ſuæ profeſſionis. Porro Scripturam depravat, & qui eam malè interpretatur. Tales non ſemper ſunt hæretici. Alioqui quis interpretum non eſſet hæreticus? Quis enim interpretando non aliquando errat? Et labitur ſapiente vel ſapientior. Quod Græci dicunt Αμαρτάνει δὲ ϗ σοφὸς σοφώτερος. Ille hîc, ego alibi, maxime ille qui minime ſe putat. Contra hæc argumentatur Serarius ab exemplo Melanchthonis & Bezæ, quos ait Grammaticos fuiſſe: unde colligit in Grammatica etiam hæreſin eſſe. Argumentum tale eſt, Melanchthon & Beza Grammatici fuerunt, ergo in Grammatica hæreſis eſt: ergo nos poma natamus,
254 ergo baculus ſtat in angulo. Si Grammaticus fuit Melanchthon, quia Grammaticam ſcripſit, fuit etiam Theologus. Nam multa opuſcula theologica edidit. Similiter Beza Theologiam profeſſus eſt Genevæ, ubi Lemanus lacus eſt, quem tu tu Serari ſapientiæ Calvinianæ fontem appellas. Sed forte neuter eorum fuit doctor Theologiæ. Quid hoc ad propoſitum? Gradum illum hodie imperitiſſimi facile conſequuntur. Pecunia, mihi crede, facit doctorem, non eruditio. Vnde multi thyrſigeri, pauci Bacchi. Sic eſt profecto. Nec omnes coqui ſunt qui cultros geſtant, nec omnes theologi qui docto-

ratum

ratum adepti. Sola eruditio facit ut aliquis Theologus vere audiat. Eruditio, inquam, & ſcientia Dei, hoc eſt, rerum divinarum ac ſacrarum litterarum. Quas qui probe intelligunt, & ex mente Spiritus ſancti enarrare poſſunt, Grammatici ſunt divini. Siquidem ut Grammatici proprie vocantur poetarum interpretes, quos & litteratos dicunt, ita Grammatici ſacrarum litterarum appel-
lari poſſunt earum interpretes, hoc eſt, Theologi. Hoc 255
ſenſu Melanchthon, Beza & ſimiles grammatici fuerunt. Quibus adjungi poſſet, ſi vellet, veluti cādida cum corvis columba jungitur, Nicolaus Serarius. Quanquam nihil minus quàm columbam refert ſuis moribus, cum ubique tam ſit mordax, & ſcripta edat felle plena. Pręterea neſcio an dici poſſit interpres ſacrum litterarum, qui eas tam male ſæpenumero interpretatur. Tales Hieronymus hæreticos appellari poſſe dicit. Si vere, tum Serarius eſt hæreticus, & in eum quadrat quod alteri objicit. Verba Hieronymi, *Quicunque aliter Scripturam intelligit quàm ſenſus Spiritus ſancti flagitat, licet de Eccleſia non receſſerit, poteſt tamen hæreticus appellari, & de carnis operibus eſt eligens quæ pejora ſunt.* Hæc habui Serari, quæ reſponderem ad prolixum tuum librum de tribus ſectis Iudæorum, quem Trihæreſium inſcripſiſti. Si quid omiſſum, id notabitur aliàs. Nemo unquam reprehenſus eſt, qui e mag-
na ſegete reliquit ſtipulas aliquas ad ſpicilegium. Si reſ- 256
ponſum paras, per me hoc tibi licet? ſed tamen ſuaſor tibi ſum & ad honorem tuum pertinet ut alium quæras tibi parem, quicum contentionis ſerram reciproces. Nam primum quæ laus Theologo, ſi Grammaticum vincat? contra quantum dedecus, ſi ab eodem vincatur; deinde mihi non vacat nec etiam lubet ita litigare. Alia ſunt quæ agam. Si modeſte mecum egiſſes, modeſte quoque

Digitized by Google

reſpondiſſem. Nunc liberior fui, quia me tam libere pro-
vocaſti. Habet & muſca ſplenem & formicis ſua bilis in-
eſt. Qui dicit quæ vult, debet audire quæ non vult. Tuum
non erat rem litterarum permiſcere cum Religione.
Sciebas, ſaltem ex libris meis diſcere potuiſti, mihi ne-
gotium eſſe cum imperitiæ magiſtris & miſologis. Qui-
bus cur te ſocium adjungere volueris, neſcio. Non enim
certe indigebant tuo patrocinio apud populum, ſub quo
judice hæc lis litigatur. Sed pares cum paribus, ut eſt in
proverbio, facile congregantur. Nihil ita homines con-
257 ciliat, ut morum ac ſtudiorum ſimilitudo. Eſt ergo quod
gaudeant beneque ſperent mei adverſarii. Nam optio
eis acceſſit coryphæus theologum Serarius. Ego jam nunc
mihi metuere incipio. Quid agam? aut quo me vertam?
fodere non valeo, mendicare erubeſco. Sed extra jocum.
Bonis & eruditis viris ſatis dictum eſt, neſcio an etiam
tibi. Si ſapis, cedes veritati à qua vinci pulchrum eſt.
Nulla ætas ad diſcendum ſera. Nec refert à quo quid diſ-
cas, dummodo diſcas. Ne reſpice cantharum, ſed quod
in eo. Sæpe oliter verba oportuna locutus eſt. Si laicus
cum Scriptura loquens contra ſynodum, ut ait Gerſon,
audiendus eſt: multo magis ego Grammaticus contra
ἀγράμματον Serarium. Quem pro clauſula moneo ut poſt-
hac æquior ſit iis, e quorum libris tam multa didicit,
quos per contemptum grammaticos & novatores appel-
lat; in queis Munſterus, Scaliger, Melanchthon, Beza,
Caſaubonus & alii. Nam de me nihil dico, cui ſi aliquid
debet, à quo ſi aliquid didicit, nunquam agnoſcet. Va-
leat ergo.

I. DRV-

Digitized by Google

I. DRVSII SPICILEGIVM TRIHÆRESII *NICOLAI SERARII.*

P*Ag. 1. mercem Batavam*] Non Batavam, mi homo? ſed Friſicam. Quippe tam autor quam typographus ambo nunc in Friſia degunt. Sed fortaſſe tibi Friſia eſt Batavia. 259

Et quia non magna de re &c.] erras. Nam vix ulla in hiſtoria Machabæorum quæſtio major aut difficilior quam quæ de Haſidæis.

Verum quia injuſta] quam injuſta fuerit docebit te liber meus de tribus ſectis Iudæorum.

Ab fidei catholicæ adverſario] neque me noſti, neque quid ſit fides catholica; ideo adverſarium vocas, qui eſt ejus propugnator acerrimus.

Pag. 2. Novator] Si Druſius Serario novator, qui nova emendat? Serarius Druſio erit veterator, qui vetera depravat.

Pag. 4. Chelakim] Cur non potius Chalakim. Nam in lectione Ebraica חֲלקִים partes. Sic Chalakoth ſcribendum, .i. חלקות. Nam Chelakoth nuſquam extat, quod ſciam. Appello tuam fidem, diva Moneta. Cæterum 260
חלקים non tam ſunt hæreſes aut ſectæ quam partes diſſidentium, ut in ſciſmate aliquo. Sic uſurpatur id nomen in Iohaſin pag. 118. *Diviſi ſunt in duas partes. Vna caput deportationis: altera Saadiam adjuvit.*

Ex Sophon. 3. verſ. 9.] neq; in hoc verſu neque in toto Sophonia voces illæ inveniuntur. Quid ergo vidit, cum hæc ſcriberet Serarius? Nam patrum non eſt mentiri.

Pag. 7. Sebovaos] rectius, *Sebuaos*, id eſt, σεβουαίους, qui a

Sebua

Sebua ſic appellati primo doctore Samaritanorum: cujus collega Doſitheus, a quo Doſithei ſive Doſitheani.

Pag. 17. ſegregis Druſii] Segreges dicuntur qui ab aliquo grege ſe ſejungunt. Nam etiam hæretici ſuos greges habent. Ab his fateor me ſegregem eſſe. Quod ſi de alio grege loquitur meus Serarius, errat. Nunquam enim me ſejunxi a grege catholicorum orthodoxorum, qui recte de rebus opinantur ac ſentiunt..

261 *Erga me catholicum*] Catholicorum duo genera. Alii recte de rebus fidei ſentiunt: alii male. Recte ſentiunt, qui à vero ſenſu Scripturæ non diſſentiunt. Talem ego me eſſe profiteor. Nam ſi alicubi diſſentio, id fit me inſciente. Monitus libenter mutabo. Vtinam de catholico Serario idem dici poſſet.

Pag. 28. ut Radar, quinetiam à Pagnino citatur] Doceri cupio quis ſit Radar. an legendum Radac? Radac, id eſt, רדק quod valet *R. David Kimchi*. Sic Raſai, id eſt, רשי *R. Salomo Iarhi ſive Iarchi*: Abbreviaturæ ſunt notæ.

Pag. 29. Nam & Iudæi Gorionidem iſtum perantiquum ſtatuunt] Qui nunc Gorionides appellatur, ſcriptor eſt novitius, gente Iudæus, qui popularibus ſuis egregie impoſuit. Videtur tamen uſus Ioſephi hiſtoria Ebraica, unde pleraque quæ libro ſexto, qui peculiariter vocatur, *Liber bellorum Domini*.

Pag. 32. Carthago apud Ioſephum lib. 1. Antiquit. cap. 7. in Gr. & alios; D. Hieronymo epiſt. 133. teſtante, Tharſis vo-
262 *catur*] Cum hæc ſcriberes neque Hieronymum conſuluiſti, neque ipſum etiam Ioſephum. Verba Hieronymi ſunt, *licet Ioſephus τ pro θ littera mutata, Græcos putet Tarſum appellare pro Tharſis*. Eſt autem Tarſus urbs Ciliciæ, Pauli apoſtoli patria. Ioſephus loco citato, θάρσος δὲ Θαρσεῖς. οὕτως γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν ἡ Κιλικία. Σημεῖον δὲ, ταρσὸς γὰρ

Digitized by Google

γὰρ παρ' αὐτοῖς τ̃ πόλεων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται μητρόπολις οὖσα, τὸ ταῦ πρὸς τὴν κλῆσιν ἀντὶ τοῦ θῆτα μεταβαλλόντων. Admirari libet incredibllem Serarii diligentiam.

Pag. 36. Cur in ſolis ergo Cheſidim) male ſcribis Cheſidim pro Chaſidim. Nam Ebraice eſt חסידים, cujus ſingularis חסיד Haſid ſive Chaſid, qui malè quoque à te Cheſid legitur Hæc & alia non vulgarem arguunt inſcitiam ſermonis Ebraici, cujus tam te adeo peritum eſſe putas, ut etiam doctiſſimos quoſque auſus fueris laceſſere & in arenam provocare.

Pag. 42. differentia dicitur Pereſch] non Pereſch, ô bone: ſed Hephreſch, id eſt, הפרש, quæ forma nominis frequens apud magiſtros.

Pag. 48. bis Choréb legitur pro Chocheb. .i. χωχὲβ, quod nunc legunt χωχὰβ, ſtella vel ſydus. 252

Pag. 49 ſtella principalis vel ſydus domini] verius, *ſtella Baal ſive Iovis.* Nam Baal ζεὺς, Iupiter. Vide comment. meum ad voces N. T. 251

Non, ut in Latino Sartam] legendum Sartan, cum N in fine. Ebraice סרטן, quod & Saratan: unde σαράταν in Græcis Epiphanii.

Μωζανη] Olim emendavi μωζανὴμ. i. מאזנים; quod nunc legunt Mozenaim. Sic apud Ioſephum eſt μεσρὴμ pro μεζραὶμ & in novo Fœdere Εφρὴμ pro Εφραὶμ. Vide, ad voces N. T.

Pag. 52. Arba Tura] Nullus eſt liber hoc nomine. Pag. 63. *autor Arba Turim.* Hoc rectum. Sed Serario perinde eſt. Turim an Tura dicatur pluma non intereſt. Patres contemnunt hujuſmodi titivilitia.

ארבעה טורים Liber eſt quẽ Ebraice ſcripſit Rabbenu Iacob. ejus mentio in Iuchaſin fol 33. p. 2. in principio.

Pag. 57. ſuperſunt adhuc hodie Iudæi quidam] Non Iudæi ſimpliciter; ſed Iudæi Samaritæ: a quibus inſula illa dicitur, inſula Samaritarum, ut eſt apud Geographum Arabem,

bem, quem Scaliger laudat: à quo Serarius hæc habet,

Adeo ut neque ſanari agros tum vellent] videlicet ſabbatho. Quod clarum ex Luc. 6. 7. Sed amplius id firmat liber Tanhuma. In eo habetur fol. 5. col. 1. *dicit R. Hiia filius Abba de nomine R. Levi; non licet ponere ſputum ſuper oculum ſabbatho, eo quod ſit quaſi medicina ſabbatho.*

Pag. 67. Sed addit hoc loco mirabile quid S. Hieronymus de Phariſæis noſtris] Cur addidiſti *noſtris*? An quia catholici erant? videtur. Nam etiam catholici aliqui Phariſæi ſunt, teſte catholico Genebrardo. Qua de re aliàs.

Pag. 81. Phariſæos vocant hæreticos Epiphanius & Philaſtrius] Quam vellem hæc à te non ſcripta. Nam periculum ne novatorum aliquis te Phariſæum dicat etiam hæreticum eſſe, fretus Epiphanii ac Philaſtrii autoritate. Quod tua paternitas non libenter audiet, ſcio: nec injuria. Nam, ut ait Agatho, *hæreticus ſeparatur à Deo vivo &*
265 *vero, & conjungitur diabolo ac angelis ejus.*

Pag. 112. Nec enim Phariſæi multo ante Chriſti tempora, ut ex Ioſepho colligitur, extiterunt] Hæc pugnant cum iis quæ habentur in Trihæreſio lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 11.

Neque lex per templum jurare prohibebat] Dubito. Nam qui præcipit ut per ſolum Deum juremus, idem præcipit ne per alium juremus. Sane Prophetes Ieremias optimus divinæ legis interpres cap. 5. verſ. 7. *Filii tui,* inquit, *dereliquerunt me & jurant per eos qui non ſunt Dii.* Iam vero quis Prophetarum per templum juravit unquam.

Pag. 117. Levit. 19. 12. in Ebraico ad verbum eſt, non jurabitis in nomine meo ad falſum ſeu mendacium: quod Exod. 20. 7. Deut. 5. 11. Aſſumere nomen Domini in vanum] Iurare לשקר falſo, & jurare לשוא in vanum differunt. Iurat falſo qui pejerat: jurat in vanum qui temere & levi de cauſſa.

Digitized by Google

cauſſa. In commentario ſuper Aboth, fol. 60. pag. 2. *Iuramentum vanum eſt quando quis jurat non neceſſaria de cauſſa: juramentum falſum, quando quis jurat alteri de aliqua* 266
pecunia & pejerat.

Odio habebis inimicum tuum ſumptum ex Deut. 25. 19.] Non perſuades. Nam ibi agitur de delenda memoria Amaleci, qui publicus erat hoſtis Iſraelitarum. An, qui hoc jubet, jubet privatum inimicum odio proſequi? non videtur. Appello ad eos qui judicio pollent.

Pag. 118. ſcribit dogmata quædam Phariſæorum materialiter hæretica eſſe, *nec tamen propterea*, inquit, *Phariſæi propriè hæretici fuerunt*. Id non intelligo ταχύς τις ὢν Quocirca velim explicet mihi clariùs mentem ſuam meus Serarius. Nam hæreticus eſt qui dogmata hæretica pertinaciter tuetur. Id faciebant Phariſæi: ergo &c Reſpondeo, non omnia dogmata, quę nunc ſunt hæretica, in veteri eccleſia talia fuiſſe. Nam alioqui etiam Heſſeni hæretici fuiſſent.

Non eo modo quo pro ſtultis maluit Mat. 23. fatuos Beza dicere] Locus eſt Matth. 23. 19. μωροὶ καὶ τυφλοί. quem Beza vertit, *fatui & cæci*. Id occulte taxare videtur Serarius, ac ſi Græcum vocabulum potius ſtultum denotaret, 267
nempe ubi legimus, *ſi ſal infatuatum fuerit*, vertendum erit de ſententia Serarii, *ſi ſtultum fuerit*. Nam in Græco ἐὰν μωρανθῇ. Quis interpretum locum hunc ita convertit?

Pag. 122. Si enim faſtuoſi, ambitioſi, proximorum deſpicientes &c. ſive catholici, ſive Lutherani, Calviniani, &c. ſumus, Phariſæi ſumus, & cum Phariſæis, quod avertat clementiſſimus DOMINVS, æternæ filii Gehennæ] Ab his vitiis ſi alienum ſe putat Serarius convincet eum præfatio Trihæreſii: quam cum primum legerem, ſubiit recordatio Phariſæi illius, cujus mentio extat in Euangelio, vide-

Digitized by Google

batque mihi Serarium audire ad hoc exemplum ita precantem, *Ago tibi gratias pater Lojola, quòd non ſim ut alii homines imperiti, neque etiam ut iſte Grammaticus. In omni ſcibili doctus ſum, & novi quid Deus pater filio in aurē dixerit.* Sane proximum deſpicit, qui eum toties per contumeliam novatorem & grammaticum appellat. Huc accommodabis illud Hieronymi, *Væ vobis miſeris, ad quos vitia*
268 *Phariſæorum tranſierunt.*

Pag. 127. Duo Ioſe] horum mentio in Aboth. cap. 1. Ioſe filius Ioazari Haſidæus, erat, è loco qui Sareda vel Sereda vocatur oriundus: unde אִישׁ צְרֵידָה dicitur, id eſt Saredæus: Ioſe vero filius Iohannis vacatur איש ירושלם Ieroſolymitanus. Ambo fuerunt capita Sanhedrin, videlicet unus princeps, id eſt נשיא, & alter pater domus judicii, id eſt, אב בית דין.

Pag. 128. R. Iochan] aut operæ hîc errarunt, aut manus Serarii. Nam legendum, *R. Iohanan* vel *Iochanan*, id eſt, ר׳ יוחנן qui obſidioni Vrbis interfuit initio: e qua feretro, ut mortui ſolent elatus à diſcipulis, incolumis pervenit ad Veſpaſianum: à quo, quod Romanis faveret, humaniter exceptus fuit.

De Tarphon & Aquibæ colloquium eſt in Pheſictha 441.

Pag. 129. R. Delphon, de quo nihil uſquam] antea monui legendum eſſe Terphon, qui & Tarphon, cujus honorifica mentio in Iohaſin.

Alius R. Aquiba] Vnius duntaxat meminerunt Ebræi, qui fuit proſelytus ex filiis filiorum Siſaræ, cujus nomen
269 per totum orbem celeberrimum. Quo die vitam cum morte commutavit, natus eſt Rabbi ſive Ribbi. Ita per excellentiam vocatur R. Iuda Hannaſi, qui & Rabbenu Haccados.

Pag. 138. R. Simeon Gamalieletes] Hîc duo culpanda. Primum n. Gamalieletes dicit pro Gamalielides: deinde duorum

Digitized by Google

duorum Simeonum dicta uni tribuit. Prior fuit filius Hellel, qui dixit, *Omnibus diebus vitæ meæ fui educatus &c.* Alter fuit filius Gamalielis, quem Serarius imperite Gamalieletem appellat. Ejus dictum eſt, *Super tria mundus &c.* Cui per otium licebit aut libebit patrum ſententias apud Serarium cap. 17. cum libro Aboth, Cracoviæ impreſſo, contendere & examinare, plura forte alia errata ipſius deprehendet. Mihi nunc non vacat.

Pag. 140. Novatores tamen Iunius & Tremellius, ne novitatis nihil, ubicumque occaſiuncula eſt, invehant, Zaducæos dicunt] Nihil hic novum. Nam Syri Sade cum Zai permutant. Itaque ex Syro vertentes ſcripſerunt Zaducæi id eſt, זדוקאי. An etiam Syrus interpres quem antiquiſſi- 270
mum eſſe conſtat, novator eſt? Nempe quicquid ad palatum Serarii non ſapit, vinum novum eſt, licet vetuſtiſſimum & optimum fuerit. Vſq;adeo aſſuevit vino inſipido veteri. Nam etiam vappam antiquam præfert muſto generoſiſſimo.

Quamvis Sade littera rectè etiam per Z effertur] imò non recte id fit, niſi ubi Euangeliſtæ hoc faciunt, ut in Nazareth & Nazaræus Matth. 2. 23. Syros imitati, qui idem quoque faciunt, ut diximus, in זדוקאי Zaducæi: ſed quia Græci ſemper ſcribunt Σαδδουκαῖοι per σ, non eſt temere ab hac ſcriptura recedendum. Siquidem Z peculiarem characterem habet in Alphabeto, videlicet Zai ſive Zain. Qui ergo Zaducæi ſcriptitant, Syros, non Græcos, non Ebræos imitantur.

Pag. 143. A quo fortè Seboveni Samaritæ] iterum ſcribit Seboveni pro Sebuæi vel Sebueni: quos à Sabbæo ſocio Theodoſii, qui coram Ptolemæo Philometore cauſſam Samaritanorum egit, deducere cum Serario nimis abſurdum eſt. Vide ſis Elenchum Scaligeri. 271

Pag. 145. Ad ipſum paullò ante depictum Doſitheum fecit transfugium] Hæc eſt mera inſcitia. Nam Doſitheus is, qui Samaritanos docuit legem, vixit Sennacheribi ævo. Quomodo igitur potuit Sadocus, qui diu poſt floruit, ad ipſum transfugere?

Pag. 145. ſacrorum librorum numerum truncabant &c.] Perperam hic teſtis adducitur Elias Levites. Nam is non dicit Saducæos prophetas repudiare. Quid igitur? *non credunt*; inquit, *niſi quod in lege ſcripta*. Lex ſcripta, id eſt *νόμος ἔγγραφος* comprehendit etiam Prophetas & Hagiographa: unde Saducæi teſtimonium proferunt in Ilmedenu contra reſurrectionem, videlicet ex Iob. 7. 9. *deficit nubes, & abit: ſic qui deſcendit in ſepulchrum non aſcendit.* Scio in alia ſententia eſſe omnes patres, in queis & Iſidorus Orig. lib. 8. ubi de hæreſibus Iudæorum, *Saducæi*, ait, *quinque tantum libros Legis recipiunt, Prophetarum vaticina reſpuunt.*

272 *Pag. 151. Reſpondeo τὰ ἀμφότερα poſſe dici de pluribus &c.*] Hæc ſumpta ſunt annotationibus Bezæ. O te felicem Serari qui Bezam novatorem habeas magiſtrum, qui hæreticum Grammaticum nactus ſis præceptorem.

Pag. 153. Samaritani duplices inveniuntur] Si duplices Samaritani, etiam duplices erunt Iudæi. Nam alii colebant idola tempore regum: alii à cultu idolorum prorſus alieni erant, ut qui poſt Babylonicam captivitatem vixerunt. Quis hæc legens riſum teneat? cùm eadem gens initio idola coluerit, & poſt, meliùs edocta, ſine idolis fuerit: An qui nunc unius Dei cultor, ante idolatra fuit, à ſe ipſo diverſus eſt? An ideo duplex Salomo, quia aliquando Deos falſos coluit?

Pag. 155. Saducæi aliquando vocantur Samaritani] ubi ſic vocantur? Nam Ebræi ſere hos Chuthæos, Illos

M I N I M, id eſt, hæreticos appellant.

Pag. 156. Doſitheus ad Samaritarum ſeſe factionem tranſtulerat] imo miſſus fuit ad docendum eos legem: unde ad eum ſecedere non potuit Sadocus, ut anteà monui.

Pag. 183. quid bonus aliud faciat ſtomachus &c.] Si tam 275
bonus tibi ſtomachus, cur non concoquis cibum quem prębent editiones vulgarię, 1. Machab. 7. 13 *& primi Aſsidæi qui erant in filiis Iſrael?* Sed tu hic præfers cibum novum Aſidæi, & mirabilem habes ſtomachum, qui modo veteri, modo novo edulio delectetur. Ego de meo jure conqueri poſſem, qui tam varios cibos non concoquit. Credo vinum in cauſa eſſe, quod tu bibis mere theologicum, cùm ego grammatico, hoc eſt, tenui zytho aut villo contentus ſim.

Pag. 192. Quæ apud Ebræos longis efferuntur punctis, ea Chaldæi & Syri non rarò corripiunt] Hæc regula vera eſt in participiis, ut קטול quod Syri & Chaldæi enuntiant קְטִיל occiſus. Alia ratio ęſt nominum: Nam forma הַכִּיר uſitata in hac dialecto, quæ etiam (τ) immutatum retinet in emphaſi, ut יָקִיד ardens יָקִידָא ὁ καιόμενος קָרִיב propinquus קָורבא ὁ συγγενὴς. Ceterum in Trihęreſio Serarii per- 276
peram Barach legitur pro Bàruch, id èſt, ברוך benedictus.

Pag. 235. An ὅσιοι benigni potius, quam pii ac ſancti nuncupandi?] Quis hoc dicit? Melius tamen redditur pii quam ſancti. Nam etiam קדוש ſanctum denotat, qui Græce ἅγιος. חסיד latius patet. Nam etiam benignum ſig. aliquando. Sane Pſal. 16. 10. quod in antiqua declaratione *ſanctum tuum*, in alia nupera eſt, *quem benignitate proſequeris.* Quid culpas? Sic Pſal. 78 *carnem benignorum tuorum*, erga quos tu fuiſti benignus. Rurſum Pſal. 148 *benignis ejus* paſſive, in quos benignitatem exercuit.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 240. qui ad Druſianum palatum magis ſint] Ad meum
palatum ſunt omnes qui verum dicunt, aut ſaltem pro-
babiliter loquuntur. Ego Genebrardum virum doctum
fuiſſe ſcio, nec eum rejeci ſimpliciter: tantum, quia meis
libris uſus erat, non debere mihi fraudi eſſe, ſi aliquid
obſervo, quod ab eo etiam obſervatum. Nam quæ ſuſpi-
277 cio poteſt cadere in me, qui nihil ipſius, cùm primum
Quæſtiones meas ederem, videram aut legeram, præter
ea quæ de legendis Rabinis compoſuit, & quæ in Gram-
maticam Clenardi notavit?

*Pag. 327. Rectè igitur Druſi facis, quòd hæretici nomen
horreas, & culpa non vacarim ego, ſi catholicus cùm eſſes, hæ-
reticum appellarem*] Catholicum eſſe Druſium ante dictum
& probatum eſt. Culpa ergo tu non vacas, qui eum hæ-
reticum appellas. *Sunt* inquit Gregorius, *multi qui impe-
rito zelo ſuccenduntur, & ſæpe dum quoſdam quaſi hæreticos
inſequuntur, hæreſes faciunt.*

*At verò uſitatum ut quos turpificat iſta hæreſeos labes
maxime, ii omnium minimè tales velint haberi.*] Magis
uſitatum ut leviſſima de cauſa cuipiam objiciatur hære-
ſis. Imperiti Theologi aliud nihil crepant, ſi quis ab iis
vel in minimo diſſentiat. *Nullum infamiæ genus*, inquit
Eraſmus, *ſceleratius quàm hereſeōs, quod iſti ſtatim impin-
gunt ſi quis eos vel nutu offendat.* Et mox, *velut obliti pro-
feſſionis ſuæ non aliud profeſſi ſint, quam ut bonorum virorum*
278 *nomina linguæ ſuæ virulentia contaminent, ac prorſus juxta
Pſalmographi vaticinium, Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpen-
tes, venenum aſpidis ſub labiis eorum. Ita qui debebant Chri-
ſtianæ pietatis prædicatores eſſe, ſtudio ſunt alienæ famæ ob-
trectatores. Et qui ſe profitentur hierophantas, exhibent ſyco-
phantas. Et quod prodigii ſimile, homines ad bene dicendum
infantiſſimi, ad mordendum & calumniandum linguam ha-
bent;*

bent: & aliàs prorſus à Muſis et Gratiis alieni, in conſpurcanda bonorum virorum fama, ſalſi ſibi videntur & venuſti. Poſtremò quod per ſe non poſſunt, per ſubornatos agunt, conducto Choerylo quopiam aut malo rhetore. Tanta eſt lædendi libido, tanta ſitis rei cum facillimæ tum ſceleratiſſimæ.

Pag. 328. Dic igitur, ſodes, Catholicus es an non?] Iam dixi, iterumque dico, me Catholicum eſſe, vel, ſi hoc non eſt ſatis, Catholiciſſimum. Viciſſim te interrogo, Dic, ſodes, Serari Orthodoxus es an non? Orthodoxum quem dicam noſti, eum videlicet qui de rebus fidei rectã opinionem habet. Dic igitur aperte ac rotunde, nihil tergiverſando, nihil fringultiendo, *noſter es, an adverſariorum?* Si noſter es, orthodoxus es, & libentiſſime ſi quid in te ſcripſi, revoco. 279

Pag. 329. Cur non potius eſſe te quàm vocari doles?] Si eſſem, dolerem: nunc quia non ſum, ſi vocer hæreticus, non admodum doleo. Satis magnum hodie argumentum eſt ad convincendum aliquem hæreſeωs, ſi linguarum peritus ſit, ſi Græce & Ebraice calleat, ſi communem ſententiam in omnibus non ſequatur. Quo argumento te non eſſe uſum, demiror. An verebaris ne in te retorqueretur? Spondeo Serari, quotquot eſt uſpiam novatorum, ex iis neminem conceſſurum minorem hanc, *Serarius eſt Græcè & Ebraicè doctus.* Nihil etiam periculi ab aliis qui te probe norunt. Contra potius ſic argumentabuntur, Serarius neque Græce neque Ebraice ſcit, ergo non eſt hæreticus.

Cur Calvini magiſtri dogmatumq́ pravam electionem non vel tandem corrigis?] Calvinum magiſtrum nunquam habui: neque in ipſius verba unquam juravi. Prava dogmata libenter corrigam, ſi aliqua in libris meis deprehendero. Quis me monuit unquam? Tantum adhuc à te 280

E e impe-

impetrare non potui. Quæ hæc eſt improbitas? Vocare hæreticum, quem convincere non poſſis hæreſeos. Tu ergo, qui magiſter es in Iſrael videris. Si hæreticus ſum, doce me eſſe ſolidis argumentis. Libri mei proſtant publice. Inde convinci cupio.

Pag. 331. Quæ de vocabulo עקר in hac pagina diſputat, ea ſumpſit ex Thiſbi Eliæ Levitæ. Sciendum vero triplicem ſignificationem habere. Primo ſignificat radicem. Secundo ipſum Deum. Tertio יסוד, id eſt, fundamentum cujuſque rei. Ipſum Deum ſignificat cum dicunt בופר בעקר, quod Fagius reddit, *negat primum fundamentum.* Hoc ſignificatu ſumitur Pſalm. 12. 5. in editione Chaldaica מאן דכפרין בעקרא *qui negant ipſum Deum.* Tales Græce ἄθεοι dicuntur. De his in Ilmedenu fol. 3. col. 2. *N mo dicit linguam malam ſive calumniam, niſi prius negaverit ipſum Deum, juxta illud, Qui dicunt, linguis noſtris prævalebimus, labia noſtra penes nos ſunt, quis dominus nobis?* In tertia ſignificatione uſurpat autor libri, qui פסיקתא vocatur, fol. 69. col. 3. *Frumentum tuum, muſtum tuum & oleum tuum. Hæc ſunt fundamenta domus* יסודי הבית, *quemadmodum ait de iis David, Vinum lætificat cor hominis, ut ſplendere faciat faciem ejus ſupra oleum, & panis cor hominis ſuſtentat. Docet hæc eſſe* עקר הבית *fundamentum familiæ ſive domus*, id eſt, fundamenta. Cur fundamenta? An quia iis domus carere non poteſt? Sunt enim certe panis & vinum ad vitam ſuſtentandam homini neceſſaria.

שורים חב עקר כל-נכסי השרת Sepher מג 186. 2. Ideo R. Ioſe dicebat, In vita mea nõ vocavi uxorem meam uxorem, nec
281
bovẽ meum bovem, ſed uxorem vocavi familiam, & bovem agrum.

P. 334 Sed Calvinianus es] hoc negant miſologi amici tui, Cum iis ergo tibi poſthac res erit niſi palinodiam cecineris. Quod, ſi te novi, nunquam facies. Citius Tyria maria movebis & cælum terræ miſcebis. Nolim
282 te tam pertinacem eſſe. Cede, cede viris tantis. Quod ſi

aliter

Digitized by Google

aliter tibi viſum, fiat: para te. Nam affirmanti probatio incumbit. Ego jam ſatis dixi, ſatis declaravi me, ſatis reſpondi ad nugamenta tua. Vale.

ADDENDA
& MVTANDA.

Pag. 50. teſte etiam R. Salomone] R. Salomo non dicit Phariſæos in locum Nazaræorum ſucceſſiſſe: ſed verbum פרש, à quo Phariſæi, eandem ſignificationem habere cum verbo נזר, unde Naziræi dicti. Quod verum eſt. Nam utrumque denotat ſeparare, neque tamen ex eo ſequitur quod vult Forerius. Verba R. Salomonis habentur pag. 47.

Pag. 60. poſt, & Iohaſin. fol. 21. adde, nec non Cabvenaki (commentarius eſt in Proverbia Salomonis) Proverb. 6. 20. ad locum, *Qui mittit lites inter fratres:* inquiens, *ut diſcipulus ille qui teſtabatur coram Rabban Gamliel, R. Ioſuam arbitrari precationem veſpertinam eſſe* רשות *licitam: qua res cauſſa fuit multarum contentionum in Iſrael.*

Pag. 78. ad caput de violatione ſabbathi, adde, ſabbathum autem violari putabant & ab eo qui alium ſanabat, quod Græci dicunt θεραπεύειν. Imo ne ſputum quidem licebat eo die ponere ſuper oculos, quod ſpecies quædam medicinæ putaretur. In Ilmedenu, fol. 5 col. 1. *Dicit R. Hija filius Abba de nomine R. Levi, Vetitum eſt ponere ſputum ſuper oculum in ſabbatho, eo quod ſit quaſi medicina in ſabbatho.* 283

Pag. 135. Carai] alii, Carræi, cum duplici R. quæ littera apud Ebræos rarò geminatur: ideo prætuli Caræi unica R. 285

Digitized by Google

Pag. 137. Alia ſunt quæ dubitationem movent] ut quod
ab Eccleſia defecerint poſt conſtitutum canonem : dein-
de quod argumentabantur contra reſurrectionem, ex
Iob. 7. 9. In libro Tanhuma, qui & Ilmedenu, niſi le-
gendum Ielammedenu, fol 2. col. 4. *Duo ſunt ſecula, ſecu-
lum hoc & ſeculum venturum. Qui ſe in bono exercet hoc
ſeculo, bonum comedet in hoc & in futuro. Id Saducæi negant,
& dicunt, deficit nubes & abit: ſic qui deſcendit in ſepulchrum
non aſcendit.* Alius eſt liber qui פסיקתא vocatur, In eo
memoria uſurpatur Saducæorum fol. 26. col. 3. per hæc
verba, *Dixerunt Saducæi, Clamamus nos contra vos ô Phari-
ſæi, quia dicitis, Scripta ſacra contaminant manus, & libri*
286 *publicanorum non contaminant manus. Dixit R. Iohanan filius
Zachai, Non hoc tantùm dicimus, ſed etiam aſini oſſa munda
eſſe, & oſſa Iohannis Pontificis polluta. Dixerunt, juxta dile-
ctionem eorum ipſa polluta ſunt. Similiter ſcripta divina.*

Pag. 140. Doſitheus enim, qui hos primus inſtituit &c.]
Nam vixit diu ante inſtitutum canonem: unde non mi-
rum ſi prophetas rejecerit, qui Ezræ tempore aut paullo
poſt primùm in canonem relati ſunt.

FINIS.

IOSE-

Digitized by Google

IOSEPHI SCALIGERI
IVL. CÆS. F.
Elenchus Trihæreſii
NICOLAI SERARII.

Ejus in ipſum Scaligerum animadverſiones confutatæ.

EIVSDEM

delirium fanaticum & impudentiſſimum mendacium, quo Eſſenos Monachos Chriſtianos fuiſſe contendit, validiſſimis argumentis eluſum.

Digitized by Google

IOSEPHVS SCALIGER

I. DRVSIO ſuo S.

Franekeram Friſonum.

3 QVoties mihi in mentē venit ſermonum, quos inter nos habuimus nuper, quum tu & Heynſius noſter me domi conveniſtis, non poſſum facere, quin tuis occupationibus iraſcar, per quas factum, ut reditum tuum fruſtra expectaverim. Poſtridie enim ejus diei allatum eſt mihi à Nundinis Tribæreſion Nicol. Serarii, quod fuerat ſermonum noſtrorum unicum argumentum, quum ex Catalogo nobis aliqua ejus ſpes facta eſſet: quanquam magna & præclara minantes illi Catalogi non raro corvum deludunt hiantem, tum quia ſæpenumero libri promiſſi non ſtatim, ſed in ſequentes Nundinas aliquando etiam poſt annum prodire ſolent: tum etiam pro ſpecioſis titulis centones, ſtercoreas diſquiſitiones Magicas, plauſtra farraginum, temulentarum Furiarum πολεμμικὰ βακχεύματα accipimus.

4 Πολλοὶ γὰρ βόσκονται ἐν Εὐρώπῃ πολυφύλῳ
Βιβλιακοὶ χαρακῖται ἀπείριτα δηριόωντες
Στρήνευς ἐν ταλάροις ——. Sed bene eſt, quod per auctoris inexhauſtam diligentiam non licuit nobis diutius tam optatæ lucubrationis fructu carere. Quamvis non ſoleo, neque poſſum, libros niſi compactos legere, tamen, quæ mea fuit præter ſolitum impatientia, non potui a foliis, ita ut ſoluta erant, oculos abſtinere. Ergo in aditu illius ſacrarii rem incredibilem didici, paucis diebus tam longum opus abſolutum fuiſſe, cauſſam componendi & edendi unum Druſium allegari. Poſt nundinas autumnales conceptum, ante Vernales natum. Obſtupui, fatebor enim, & de illis Patribus excidit mihi exclamare:
Οἷοι πέπνυνται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. Quantum enim eſt

Novato-

*Novatorum , quos ipſe vocat , non potuiſſet biennio dedolare,
quod ille duobus menſibus , aut fortaſſe paucioribus diebus ex-
aſciatum dedit; ut nemo glocitantem Gallinam audiverit quum
illud ovum poneret. Tantum vero opus tot ſcriptorum teſti-
moniis inſtructum , tanta librorum impenſa farctum , tam
exiguo tempore abſolvi potuiſſe , idque eo tantum nomine, ut* 5
*pro una vocula Hebraiſmi male à ſe interpretata ſupplicium
de Druſio ſumeret, haud ſcio , an iſtis Novatoribus perſuaderi
poſſit. Non enim ſunt* ταχυπειθεῖς *Itaq;, mi Druſi, hoc tibi de-
bent ſtudioſi , quod propter te ſolum ille liber & conceptus &
in lucem editus eſt : quum tamen aliquis Vafer Novator ſuſpi-
cari poſſet à longo tempore proviſam fuiſſe illam argumento-
rum copiam : neminem ſine pennis volare poſſe , tantum ædi-
ficium ſine tempore non potuiſſe exædificari : forte fortuna te
Catulum interveniſſe, qui illud Capitolium dedicares. Sed bona
verba , Patrum non eſt mentiri , præſertim ubi in Novatores
declamandum eſt. Eſt n. hominum genus modeſtiſſimum, in-
nocentiſſimum , ac minime* συκοφαντικόν. *quod me tacente
dicta & ſcripta eorum teſtantur. Tanto igitur miraculo ebrius
pergo : & quia in ſolo pronao unius miraculi aura adeo afflatus
fui, non dubitavi, quin etiam in epiſthodomo viderem , quod
magis mentem meam afficeret. Non me fefellit opinio. Mirifi-
cum problema ultro oculis incurrit ,* An Druſius ſit hæreti- 6
cus, *Minimo minus auctori iraſci cæpi , qui libro nomen fecit
Tribæreſion, non Tetrahæreſion. Quid verbis opus eſt? patien-
tia mea vim feci. Vlterius feror. Quum nihil præter mira-
cula à fronte & à tergo viderem , ſyllogiſmum cæpi conficere
neſcio in qua figura, ſi principium , ſi finis talia , ergo & me-
dium quoque plenum miraculorum eſſe. Reſeratis adytis, quan-
tum folia ſoluta patiebantur , huc illuc oculis ac mente vagans,
ut Æneas aëris in campis , video Heroas , Melanchthonem,
Wolfium, Gelenium, Munſterum, alios , hæreticorum appella-
tione,*

Digitized by Google

*tione, beneficii loco an honoris cauſſa à Serario affectos. Cauſ-
ſam comminiſci non potui, niſi forte ea ſit, & ea profecto eſt,
quod ex illis alii Hebraice, alii Græce doctiſſimi fuerunt: præ-
clare de poſteritate meriturum Serarium, ſi hac terribili &
ſacra appellatione eos numero doctorum eximat, qui tantum
nomen in litteris meruerunt. Scaliger vero, quem homuncio-
nem & Traſonem vocat quidam Martinus Delrio ex eo piſtri-
no, homo neſcio, an bellua, an potius lutum ſtercore maceratum,*
7 *ille, inquam, Scaliger dum nimis curioſis oculis omnia aucu-
patur*, Se quoque principibus permixtum agnovit Achi-
vis. *Non putabam unquam me hoc debiturum Serario, quod
me comitem illis addiderit, quos ille non odiſſet, niſi prius ipſis
invidiſſet. Hinc illæ lacrimæ. Satis juſta cauſſa odii eſt apud
patres, ſi aliquis aliquid ſcire videatur. Te, qui pluſquam* xxv.
*annos litteras Hebraicas docuiſti, quem nemo niſi aut ſtipes aut
malignus ſit, ejus linguæ optimum interpretem eſſe negare au-
deat, te inquam, ſuis luminibus officere indignatur, & quum
vix primis Hebraiſmi rudimentis tinctus ſit, quod quidem
ipſius ſcripta oſtendunt, in uno verbulo ſe a te jure caſtigatum
impatienter ferens, tantum abeſt, ut culpam deprecetur, ut
ultro expoſtulatum veniat. Hæc ſunt compendia Rhetorices
illius Scholæ, quicquid in buccam venerit, qua jure qua inju-
ria defendere. Non te diutius detinebo. Dicam quid fecerim.
Non vacavit mihi omnia ejus percurrere. Melius horas meas
collocare poſſum: & præterea habes tu quoque quod hic agas.*
8 *imo tuum negotium eſt. Quæ tantum ſubciſivo poſt cœnam
tempore aliud pane agens ſublegere potui, ea in capitula qua-
dam conjeci, ne aut impune nos reprehenderit, (quæ æquo ani-
mo ferremus, ſi non morbo animi & inſtituto illius familiæ,
ſed veri amore hoc faceret) aut tot errores inultos ferat. Quan-
tum enim peccaverit, ſi ab ipſo confeſſionem non expreſſero
ſat eſt, ſi eruditis probavero. Equidē hactenus ab omni conten-*

tioſo

Digitized by Google

tioſo genere ſcripti alienus fui. nunc cæpi alius eſſe. certum eſt, quoties claſſicum canent, me calumnias non diſſimulaturum. Si conviciis tantum agitur, aut ea diſſimulabimus, aut modeſto reſponſo eludemus. Novatores ſumus: ipſi ſunto Veteratores, neque profecto aliter, à me vocabuntur. Hæretici ſumus: ipſi Zelotæ dicuntor: ἥλῳ τὸν ἧλον, πατλάλῳ τὸν πάτλαλον. Literas rem ſanctiſſimam, malignitatis miniſtras habere noſtrum non eſt: & ; ſi noſtra intereſſe putaremus, ipſi hoc jam occuparunt, & ſui juris fecerunt. Sed quid facias? λέγειν μὲν αἰσχρὸν. καὶ σιωπῆσαι βαρύ. Nulla injuria me affecit neque ſi affeciſſet, ad me pertinere putarem, non magis, quam quæ illius familiæ Dæmoniacus Delrio, retrimentum inſcitiæ, & ſterquilinium calumniarum meretricia & pluſquam Zelotica impudentia in nos evomuit, quæcunque ſcilicet livor & ζηλοτυπία illi Aſino dictavit. 9 Ad illius inſaniam caſtigandam carnifice opus eſt, non reſponſo. Ita boni & modeſti illi Patres bene merentur quotidie de ſanctiſſimo illo cognomento, quod ſibi vindicarunt. in quo locum non habet illud, ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντιλοιδόρει. Captant occaſiones maledicendi. Neminem eminentium virtutum ſine contumelia appellant. Vt canes loca mundiora veſtigant, ubi immingant, ita iſti non temere in ullum genus hominum maledicam linguam ſolvunt, aut virulentum ſtilum ſtringunt, niſi in quibus aliquid invidioſum eſſe ſuſpicantur. Nam alios non morantur. Hæc ego olim ridens potius, quam indignans poſtremo imperavi mihi illis reſpondere, & ab hoc homine incipere. Tuas partes tibi non præripio. quæ ad te ſpectant, tuum eſt illa curare. Tuus enim campus eſt. Quid dicam aut quomodo diſputationem meam inſtituam, equidem neſcio. Hoc tantum ſcio, illum in iis, in quibus nos 10 perſtringit, parum candidum, in Græcis puerum, in Hebraicis infantem, in hiſtoria harum hæreſeon nullius judicii, in appellandis viris longe illo melioribus nullius pudoris eſſe. Quic-

quid ex hac diſputatione orietur, tibi decrevi mittere. Multa enim ejuſmodi à nobis habent amici, etiam quædam, quæ à me profecta eſſe fortaſſe non meminerim ſi oſtendant mihi. Quo in loco apud te futura ſint, non magnopere laboro. Sat eſt, ſi ſemel legeris. Vale, Lugduni Batavorum VII. *Eid. Iuni Iuliani.* CIƆ. IƆ CIIII.

Duplex

Digitized by Google

Duplex hallucinatio de Herodianis. Zelota. Sebuai Sampſai. Heliognoſta. Baalzebub. Philaſtrii de Herodianis hallucinatio. Philaſtrii hæreſes diſcuſſa.

CAP. I.

PRocedat igitur in numerum, quod non ordo, 11
ſed caſus ſubminiſtravit. Conjicienti oculos
in primum librum occurrit quartum caput,
ubi in principio de Herodianis hæc ait:
Quartam Herodis Regis, aut Tyranni potius, &
ejus, qui ei ſucceſſit filii Archelai tempore narrat idem Ioſe-
phus libro 11. cap. 12. exortam apud Iudæos factionem. Ne-
gabat ea, oportere his ullos, præter Deum unum, eſſe Dominos,
cum ut illi apud S. Ioannem cap. 8. verſ. 33. gloriarentur,
Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſervivimus unquam. Ne-
gabat ea propter etiam ullum à Iudæa gente Romanis pen-
dendum tributum. Hæc ille. Quamvis multæ ſunt hic hal-
lucinationes, duæ tamen illæ præcipuæ ſunt. Prior, 12
quum Herodianorum hæreſiarchen fuiſſe dicit Iudam
Galilæum. Certe Hæretici vocantur ſaltem aut ab argu-
mento hæreſeos, aut a patriarcha ejuſdem. Argumen-
tum vel materia hujus hæreſeos eſt, reges mortales reji-
cere. Igitur ἀντιβασιλεῖς, aut ἀντιδυνάσαι, aut tale quid co-
gnominandi erant, non autem ab Herode, qui βασιλεὺς
& δυνάστης fuit. Imo Herodiani dicendi erant potius, qui
mortales reges agnoſcunt, & illis parent, qualis fuit He-
rodes. Quis enim ſine ſtomacho aut riſu exciperet, ſi
Sadducæos δευτερωτὰς vocarem, quia δευτερώσεις rejiciunt?
A patriarcha hæreſeos ſane potius vocandi erant, vel à
patria Patriarchæ, Gaulonitæ, Galilæi. Profecto ſi non
expreſſis verbis ſaltem non obſcure Ioſephus indicat à
Iuda Gaulonita ἰδίας αἱρέσεως patre Galilæos & Gaulo-

 nitas

nitas potius, quam aliter vocandos fuiſſe. Apud Euſeb: IIII. cap. 22. Hiſt. pag. 41. Εσσαίων ϗ Γαλιλαίων mentio fit, quæ ſecta decem annis poſt obitum Herodis initium
13 habuit, eique cauſam dedit cenſus a Quirinio actus, & patrimonium Archelai in fiſcum redactum. Hoc enim indignatus Galilæus ille cæpit in vulgus ſpargere, *Non Romanis, ſed Deo parendum eſſe.* Quid ſubjectum hujus hæreſeos, aut tempus cum Herode commune habent? Quanta eſt hæc deliratio? Quod compendium Rhetorices illi patrocinari poteſt? Herodiani qui ſint, in EVſebianis oſtendimus. De illis vero mira hallucinatio apud Philaſtrium: *Herodiani Herodem regem Iudæorum percuſſum ab Angelo ipſum, ut Chriſtum ſperantes expetunt.* Nam ſi eſſet Herodes ille Agrippa, de quo Actuum cap. XII. quomodo Euangelium potuiſſet eorum meminiſſe? Altera Serarii hallucinatio eſt, quum ex loco Ioannis, *Semen Abrahæ ſumus, nemini unquam ſervivimus*, ab Herodianis dictum putat: quę potius à promiſcuo populo dicta ſunt, in quo erant Magnates, Infimates, Docti, Indocti, Phariſæi, Saducæi, & fortaſſe nulli Herodiani. neque enim neceſſe eſt: & non tam magnus erat adhuc eorum
14 numerus. Sed mirum Ioſephum ſcribere quartæ hæreſeos auctorem fuiſſe Iudam illum Galilæum, quæ tamen intra eum videtur conſtitiſſe, & ſtatim cum eo extincta fuiſſe. Act. v. 37. Sed ſi Galilæi novam ſectam conſtituebant, iique meruerunt, ut à Serario in cenſum hæreticorum aut factioſorum potius referrentur, cur omiſſi ſunt Zelotæ illi Ieroſolymitani templi inſeſſores? Nam & ἄιρεσιν fuiſſe nemo negare poteſt. Ioſephus 803. τῦτο γὰρ ἀυτὺς ἐκάλεσαν ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἀλλ' ὐ ζηλώσαντες τὰ κάκιστα τῶν ἔργων, ϗ ὑπερβαλόμενοι. Fuerant alii ζηλωταὶ, ſive Kannæi, corpus devotum, σύστημα θεοσεβὲς, καὶ τάγμα

καὶ τάγμα εὐλαβὲς ſanctimoniæ vitæ ac obſervationi legis deditum: ex quo ad Chriſti diſcipulatum tranſiit Simeon Kannæus Matth. x 4. Suidas ζηλωταὶ, νόμου φύλακες. In eodem capite ſequitur Hæreticorum quorundam Catalogus, quē Serarium, quum ſit vir multæ lectionis, miror à Rabano potius excepiſſe quam ab Iſidoro, unde accepit Rabanus ducentis annis plus minus Iſidoro poſterior. Sed de hæreticis, qui ab eo recenſentur, alibi dicetur. 15
Nam hæc omnia Serarius ignoravit, quemadmodum & qui eſſent Sebuæi οὐδ' ὄναρ intellexit. Sunt autem שבועאי, id eſt Ἑβδομαδῖται ab eo dicti, quod ἑβδομάδας ἑβδομάδων celebrabant, & ideo ſepties Pentecoſten in anno inſtaurabat. inde fiebat, ut Pentecoſte in Autumnum, in hiemem, in ver incideret. Propterea veriſſime dixit Epiphanius eos μεταπεθεικέναι τοὺς καιροὺς τῶν ἑορτῶν, ἐν δὲ μετοπώρῳ τὴν πεντηκοστὴν ποιεῖν. Non ſolum tamen ἐν μετοπώρῳ, ſed in quatuor anni articulis. Quod vero adjicit Azyma, & Scenopegiam alieno anni tempore celebraſſe σκηνοπηγίαν quidem in Vere, πάσχα in autumno: potuerunt fortaſſe imaginarium Paſcha & Scenopegiam agere, ut imaginarias πεντηκοστάς. Nam divinare hoc eſt, non affirmare. De Hæreticis Catalogi Philaſtrii Epiſcopi Brixienſis nimis levi brachio defungitur. Nam eos accuratius diſcutere intererat ejus, qui de hæreticis diſputationem inſtituit. Nos de illis infra amplius dicemus. Interea mendoſe Heliognoſtos dici non negabit, qui mediocriter Græce eruditus eſt. Ἡλιογνῶσται enim, 16
non ἡλιόγνωστοι recta ratio poſtulat, quam ἀναλογίαν vocant. Atqui ſi κατ' ἀναλογίαν recte dicitur, non tamen κατ' ἔννοιαν. Nam ἡλιολάτραι aut ἡλιοσεβεῖς dicendi erant. Ii ſunt, qui ad ſolem orientem adorabant, ut eſt apud Ezekielem VIII. adverſus inſtitutum divinum legis Moſaicæ. Ab

iſtis profecti qui *Σαμψαῖοι* dicebantur, שמשאי, *ἡλιάζοντες*, *ἡλιασταὶ*, *ἡλιακοί*. Epiphanius Hæreſi xxxiii. *Σαμψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται ἡλιακοί*: quamvis de ſole oriente adorato tacuit. Sed illi erant Eſſeni, aut ab Eſſenis, ut alibi aperietur. Kaiani quare uſus obtinuit ut dicerentur potius, quam Kainani, quærant eruditi. Namque hic analogiæ vis facta eſt. Muſoritæ eſt barbara compoſitio, neque inde me ulla Grammatica extricare poteſt. Troglodytæ, qui & capite xxii. ſubterranei dicuntur, & ſine ulla cauſſa a Philaſtrio iterantur, quam vere ex viii. 11. 12. Ezechielis deducantur, verba Philaſtrii cum verbis Prophetæ collata fidem fecerint. *Vbi, inquit, Seniores cum turi-*
17 *bulis, idola colunt ſpeluncis habitantes abditis.* Verba Prophetæ: *Et ſeptuaginta viri de Senioribus domus Iſrael, & Iezonias filius Saphan ſtabat in medio eorum ſtantium ante picturas: & unuſquiſque habebat turibulum in manu ſua, & vapor nebulæ de ture conſurgebat. Et dixit ad me: Certe vides, fili hominis, quæ Seniores domus Iſrael faciunt in tenebris, unuſquiſque in abſcondito cubilis ſui.* In Græco: *ἐν σκότει, ἐν τῷ κοιτῶνι τῷ κρυπτῷ αὐτῶν* neq; *τρωγλοδύται*, neq; *ὑπόγειοι*, vel *ὑποχθόνιοι* dici poſſunt, ubi nullæ ſpeluncæ ſunt, ſed penetralia domus, & abdita cubilium. *Muſcicolas*, id eſt *μυολάτρας a muſca Accaronis.* inquit, *ad quam miſit Ochozias Rex.* In II. Reg. 1. 2. legitur, *Ite, conſulite Beelzebub Deum Accaron.* Hic nulla eſt muſca Accaronis, ſed Beelzebub Accaronis, à quo Beelzebubitæ dici debebant. Sed Beelzebub, id eſt Deus Muſcæ, à Scriptura dicitur יאבגל per contumeliam, ut alibi oſtendimus, non quod Accaronitæ eo nomine numen ſuum dehoneſtare voluerint; (quis enim *τὸ σεβιζόμενον ὑβρίζει*;) Sed multi erant
18 Baalim: & apud illas gentes *εἰδωλομανεῖς* nunquam Baal dicebatur ſine conſtructivo, Baal Samaim *οὐράνιος*, Baal-

recem,

reem, Βρουλεὺς, quem ridiculo nomine ſcriptura Baal
phegor vocat, quod eſt πορδεὺς, non βρουλεύς. Sic illud
Accaronitarum idolum, meo judicio, dicebatur Baal-
Zebahim Deus victimarum, immolationum, ſacrificio-
rum, joculari vocabulo ſcriptura vocavit Deum Muſcæ,
quod in templo Ieroſolymitano muſcæ carnes victima-
rum non liguriebant, quum tamen Gentium fana a muſ-
cis infeſtarentur propter nidorem victimarum. Ideo
in Arcadia Heroi cuidam Myagro, antequam hoſtiæ cæ-
derentur, res divina fiebat, ne muſcæ ad eas advolarent.
Pauſanias, Εν ταύτῃ τῇ πανηγύρει Μυάγρῳ προθύουσιν, ἐπευχό-
μενοί τε κατὰ τῶν ἱερείων τῷ ἥρωϊ, καὶ ἐπικαλούμενοι τὸν Μύαγρον.
Itaque quod Ochozias rex miſerit ſcitatum oraculum
Beelzebub idoli Accaronitarum, ideo ullam hinc Hære-
ſin Muſcicolarum exortam fuiſſe, neque ſequitur, ne-
que verum eſt. Vnus tantum Baal ſine conſtructivo no-
minabatur κατ᾽ ἐξοχήν. iſque erat Baal Samaim, de quo to- 19
ties in ſcriptura. Reliqui Dii dicuntur Baalim abſolute in
libris ſacris, quum ſinguli apud gentes iſtas cum con-
ſtructivo ſuo conciperentur. Ideo Baalitæ non debebant
diſtingui à Muſcicolis, ſiquidem ulla Muſcicolarum hæ-
reſis fuiſſet. Sed hos male divulſit Philaſtrius, ut Troglo-
dytas à Subterraneis. *Aſtaritæ, & Remphanitæ.* puto ἀστρῖται.
τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ρεμφάν. Amos v. 26. Act. 7. 43. Ideo
ſequentes *Molochitæ* apud eundẽ Philaſtrium, ad iſtos per-
tinent, ex eodem loco Amos: ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν Μολόχ.
à quibus *Tophethitæ* non magis ſeparãdi erant q̃ *Troglodit.æ*
à Subterraneis. In loco Tophet ſiquidem Idolo Moloch
infantes igne luſtrabantur. *Puteoritæ,* inquit, *qui fodiebant
ſibi puteos, qui non poſſunt capere aquam ſalutarem.* Intelligo
eſſe vocem ibridam, puteoryctas, compoſitam ex Latino
& Græco. Sed in Græco eſt, λάκκους ὤρυξαν. Λακκορύκται
igitur

Digitized by Google

igitur dicendi erant, non Puteoryctæ. Sed ſi ex illo com-
20 mate ulla hæreſis divinanda fuit, cur non & ex 27. dicam aliam hæreſin fuiſſe, quæ lignum patrem, lapidem matrem vocabat? Quis enim negaverit eandem conſequentiam eſſe? Neque quicquam certum eſt in *Bahalitis*, aut *Balaamitis*. *Hæreſis*, inquit, *quæ Bahal idolum aut Balaam pſeudoprophetam, qui de Meſopotamia venerat contra Moſen beatiſſimum, aſſerunt nomen accepiſſe*. Qui hoc aſſerebant, quomodo a Bahal idolo deducunt, ſi a Balaam Pſeudopropheta? *Pythoniſſæi* nulli profecto fuerunt: neque ulla conſtans cauſſa adferri poteſt. Sed nimis ſibi indulſit in hæreſibus divinandis, quæ neque fuerunt, neque eſſe potuerunt, quum, ſi hoc modo inveſtigandæ erant, longe probabiliores adferri poſſent, ut Soccoth benothitæ, Nergelitæ, Aſimæi, Nebahaſitæ, Tartacitæ, Adramelecitæ, Anamelecitæ: Nam idola illa ſuos cultores habuerunt. Sed hoc modo quot idola fuerint, tot genera hæreſeon aut ſectarum inſtituenda fuiſſent. Apud eundē quoq; ſcriptorem in altera parte operis, quot hæreſes poſt Chri-
21 ſtum narrantur fuiſſe, quæ nullæ fuerunt? & tamen non ſolum ibi, ſed etiam apud Epiphanium omiſſa eſt omnium vetuſtiſſima ἡ τῶν ὑπὲρ νεκρῶν βαπτιζομένων.

Karraiun, Rabbanim, Locus Benjamin ſuppletus. ejus interpretatio Latina caſtigata, Iudæi idololatræ. Herodiani non erant Gaulonitæ. Cudæi. Ganæi. Karraim non ſunt Sadducæi. Karraim unde dicti.

Cap. 2.

In eodem capite in verbis Leonis Africani putat mendum eſſe *Carraun*, & legendum *Carraim*. Sciat, qui Hebraice à Iudæis dicuntur קראים, eoſdem Arabice קראון

Karravvun dictos. Quemadmodum contraria factio dicti ſunt Hebraice רבנים, *Rabbanim*, Arabice רבאניון *Rabbaniun*. De utriſque luculentus locus extat apud Benjamin Tudelenſem pag. 31. ſed peſſime acceptus ab interprete alioqui viro optimo & doctiſſimo, qui nunquam legerat Iudæorum alios Rabbanim, alios Karraim dici. Verba interpretis: *Suntque Iudæi circiter bis mille, qui* 22
cum Magiſtris congregantur, hoc eſt Sapientum diſcipulis. Aliter ſenſeris, ſi Hebraica conſulueris: ושם כמו אלפים יהודים רבנים מהם כמו חמש מאות קראים בצד אחר ובינהם ובין הרבנים שהם תלמידי חכמים מחיצה: *Et ibi ſunt circiter duo millia Iudaorum Rabbanaorum, & ex illis circiter quingenti Karraim in uno latere: inter quos & Rabbanaos, qui ſunt ſapientes ſive Doctores, eſt paries integerinus, aut ſepes.* Item pag. 33. verba interpretis: *Inde quatuor dierum itinere Dophros* (Cophtos id eſt, Cyprus) *diſtat; ubi cœtus Iudaorum una cum Magiſtris eſt*, ושם יהודים רבנים וקבוץ: *Et ibi ſunt Iudæi Rabbanæi, & congregatio.* Satis conſtat doctiſſimum virum fugiſſe, qui ſint Iudæi Rabbanim, neq; profecto ullus ante nos indicavit. Longe pluria ſunt vel ſequius ab eo interpretata, vel, quia non intelligebat, omiſſa. Sic pag. 50. *In eaque ſunt Iudæi ducenti fere docti.* Quos *doctos* vocat, Hebraicus textus habet רבנים *Rabba-*
nim. Infra *Literales* exponit, qui in eodem textu קראים. 23
Cap. v. Verba Serarii: *Nam Heliognoſti, & qui deinceps ordine ſequuntur, omnes, ſolis exceptis ultimis, Herodianis ſcilicet, Idololatræ fuerunt, non hæretici.* Quæro ab eo Ophitæ nonne Idololatræ erant? certe τὸν ὄφιν ἐδόξαζον, unde eorum appellatio. Et eorum ſectam εἰδωλολατρείαν vocat Epiphanius. Quare igitur inter Hæreticos recenſentur? Samaritanos, qui Nergel, Aſima, Tartac, Adramelech colebant, negare Idololatras fuiſſe, hoc vero

eſſet

eſſet frontem non habere. Quare Minim vocantur à
veteribus Iudæis? Heliognoſtę, Tamuzitæ, Aſtarothitæ,
nonne erat populus Dei? & tamen Idololatræ, qui minus
Hæretici jure vocentur, qui legem Moſis habebant, tem-
plum Dei venerabantur, & tamen cultu idolorum polluti
erant? Itaq; perperam negat eos Hæreticos cenſendos, aut
ſaltem neget Ophitas hęreticos fuiſſe, & fruſtra ab Epi-
phanio in hæreticorum cenſum relatos. Denique quoſ-
24 cunque recenſet Philaſtrius, Iudæi erant, præter Ophitas,
Caianos, Sethianos, qui erant Chriſtiani. Si de Societate
eſſem, non piguiſſet diſputare qui ſint Hæretici, quatenus
hæretici, & ejuſmodi - - *madidis cantat quæ Soſtratus alis.*
& certe mihi non defuiſſem in plauſtro onerando. Sed
hæc Patrum propria ſunt. Sequitur pag. 11: *Herodiani,
& illi, qui mortalibus dominis tributum obſequiumque nega-
bant.* Iam iſtos imaginarios Herodianos in ordine rede-
gimus. Addimus, quum captatores Chriſtum ab eo quæ-
rebant, liceretne cenſum Cæſari pendere, ex eo ſatis ape-
riri, eos terrenis regibus faviſſe, ac Romanorum partes
ſecutos, contra ac Gaulonitæ faciebant, qui Romanos
dominos aſpernabantur, & non niſi cælesti Regi Iudæos
ſubjici debere palam prædicabant. Quare Herodiani non
erant Gaulonitæ, ut inſigni errore paulo ante ſomnia-
bat Serarius. Miræ vero ſunt iſtæ appellationes Samari-
tarum apud Epiphanium Κυδαῖοι, Αναγωχαναῖοι. Κυδαίυς &
χυθαίυς certum eſt eoſdem eſſe, & ab Epiphanio diſtin-
25 gui, ut Eſſenos, Eſſęos, ſive ut ipſe commentus eſt, Ieſſęos,
& Oſſæos: ut verum ſit, quod pag. 12. Serarius dicit,
ſolere ſectas à Scriptoribus varias in partes ſecari minu-
tius. Sed ipſe has ſuperfluas diſtinctiones non animadver-
tit, quæ natæ ſunt ex diverſa lectione & orthographia:
unde quot diſcrimina nominum, vel potius pronuncia-
tionum,

tionum, tot ſectas eſſe putaverunt: quod etiam ſupra in Philaſtrio animadverti potuit. Sed qui ſunt ἀναγνωγαναῖοι apud eundem Epiphanium? Verbum nihili ſi continuatum legatur, ſed ſi ſecetur, adhibita exigua caſtigatione, verum eruetur: ἄναγνοι, Γαναῖοι. Nam גנאי ſunt ἄναγνοι, obſcœni. Itaque Græcum & Hebraicum nomen conjuncta legit Epiphanius ἀναγνογαναίους. In reliquiis chronicorum Euſebianorum Γαβίνιοι non γαναῖοι vocantur ex verbis Iulii Africani Ἡρώδης ἐπικτίσας τὴν Γαβινίων πόλιν τὴν ποτε Σαμάρειαν, Σεβαστὴν αὐτὴν προσηγόρευσεν. Aliquando putavimus legendum: ἀναγωγομιναίους. Nam ἀναγωγοὶ, ſunt pertinaces, contumaces, tenaces hæreſeos: Μιναῖοι, מינאי Hæretici. Etiam Minæos Nazarenos vocatos fuiſſe a Phariſæis ſcribit Hieronymus ad Auguſtinum. Quod 25
autem ait pag. 13. *Qui ſumma tamen earum perſtringunt capita, Lutheranos tantum nominant, Calvinianos, &c.* ſciat longe verius dici potuiſſe, ſi Loiolitas, Zelotas, Veteratores eo quis conjiceret. De Phariſęis diſſimulat ſe accepiſſe ex Oſiandro. Oſiander autem ex libro quodam Venetiis excuſo hauſit. Sed pios Patres, qui alios docere profitentur, ab aliis aliquid didiciſſe videri, contumelioſum eſt. Eadem pag. 13. citantur verba noſtra: *Sunt iſti Karaim de reliquiis veterum Sadducæorum.* Verum eſt nos ita olim ſenſiſſe, ſed mutanda eſt ſententia. Iudæi enim Hiſtoriarum imperitiſſimi nobis perſuaſerant Karraim eoſdem eſſe cum Sadducæis. Quo nihil falſius. Vidi Philippum Fredericum, ex Iudæo Chriſtianum, hominem πολύγλωσσον, qui Conſtantinopoli magnum uſum horum Karraim habuerat, eoſque intus & in cute probe noverat, Synagogæ eorum ſæpe interfuerat. Iurabat mihi nihil differre a reliquis Iudæis, niſi in rejectione
δευτερώσεων. Reſurrectionem, compenſationem meri- 26

 torum,

torum, ſupplicium peccatorum æternum, paradiſum, inferos juxta cum Iudæis credere. Hoc differre præterea quod longe probiores, quam Rabbanim eſſent, בעלי אמונה במשא ומתן *fideliſſimos in negotiationibus eſſe.* Denique quemadmodum Zelotæ hodierni ſe meliores oderunt, ita Iudæis Rabbanæis iſtos Karraitas non minus propter integritatem vitæ, quam propter Traditionum neglectum in odio eſſe. Addam teſtimonium Rabbi Abraham Zachuth: ומשם מתבאר כי הצדוקים אינם הקראים שבזמנינו כי אלו מודים בשכר ועונש ותחית מתים שאין כן בצדוקים. *Hinc manifeſtum fit quod Sadducæi non ſunt Karraim noſtrorum temporum: quum illi confiteantur remunerationem & pœnam, & reſurrectionem: quod non eſt in Sadducæis.* En confutatam validiſſimis duobus teſtimoniis à Iudæis ipſis Iudæorum de Karraitis ſententiam. Quare & nos quoque fatemur una cum illis erraſſe, qui meros Sadducæos eos eſſe putarunt. Ita decet viros ingenuos fateri
28 ſe tanquam homines errare poſſe, & cum error deprehenſus fuerit, illum defendere, pecudis non hominis eſſe arbitrari. Cedo ſis unum veteratorem, aut Zelotem, qui ſeſe vel in minimis peccaſſe fateatur, quum Serarius de verbuli Hebraici ignoratione verberatus recalcitret & volumina grandia in defenſionem inſcitiæ compararet. Videmus igitur Karraim non eſſe Sadducæos. Sed hæc explicanda ſunt. קָרָי non ab Hebræo קָרָא ſed à Iudaico קְרִי derivatur. קנאי καναναῖος, ὁ ζηλωτὴς: Matt. x. 4. cum Marci xiii. 18. non a קנא Hebræorum, ſed a Iudaico קנאי. Denique בנאי οἰκοδόμος, neque ab Hebraico בנה, neque à Syriaco בנא, ſed Iudaico בנאי. Ea omnia quia habent Ain poal cum Dages deducuntur a Piel, non a Kal, ad formam גנב. ideo habent kametz ſub ain Poal, & patach ſub Pe poal, ad quod deſignandum Iudæi, qui ſine api-

cibus vocalibus ſcribunt, injiciunt Aleph, קראי בבאי, קבאי. Sed קראי habet in Pepoal Kametz ad compenſationem daghes, cujus puncti capax non eſt Res, ut etiam tirones Hebraiſmi ſciunt. Quare Latine per du- 29
plex r r ſcribendum *Karrai*, ut Arabice *Karrawun*, per teſdid. Karrai igitur eſt addictus ſcripturæ; quæ vocatur קרא, ut qui peritus eſt ſcripturæ dicitur קרוי Karui. *καρȣι*. Hæc ſi non placent Serario Doctori Theologo, Novatores Grammatici non aſpernabuntur. Non enim hæc hactenus animadverſa ſunt.

Genitæ, Maſbothai. Theobulini. Cleobieni. Meriſſæi. Meriſtæ. Tubieni. Caprinum prælium & inſcitia de voce Lebad. *Gorionides duarum ſectarum duntaxat meminit in hiſtoria Hyrcani.*

Cap. 3.

Verba Serarii pa. 15. *Qui in Germania ſunt Calviniſtæ, in Gallia ſunt Huguenotti.* Sane qui in Germania Lojolitæ, iidem in Gallia Zelotæ. Rurſus: *Qui Lutherani, Martiniſtæ.* Et ſane qui Serariani, iidem Nicolaitæ. Ex Rabano; *Geniſtæ dicti, eo quod de genere Abraham eſſe gloriantur.* Cur potius ex Rabano & Honorio, quam ex Iſidoro, a quo ambo acceperunt? Sed *Genitæ*, id eſt γεννῖται
legendum, non γενιςαὶ, quod eſt verbum nulli rei. γεννῖται 30
ergo ad verbum Hebraice ſunt יחוסאי id eſt, nobiles, qui genus ſuum ad vetuſtiſſimum quendam auctorem referunt, quales Athenis γεννῆται. Qui non erant inſititii, ſed avum, proavum, atavum nominare poterant. *Eſnæi.* Primum *Eſnæi*, pro *Eſſenis*. *Marbonæi* ineptiſſime. Nam *Maſbothæi* dicebantur. Hegeſippus apud Euſebium lib. 2. Hiſt. Ecc. cap. 22. λέγεται ᾗ ὁ Θέβȣλις, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι

αὐτὸν ἐπίσκοπον, ὑποφθείρειν ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὧν. καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ; ἀφ' ὧν Σίμων, ὅθεν Σιμωνιανοὶ καὶ Κλεόβιος, ὅθεν καὶ Κλεοβιλινοὶ. καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθεανοί. καὶ Γορθαῖος, ὅθεν Γορθαιηνοί, καὶ Μασβωθαῖοι, ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταὶ, καὶ Μαρκιωνισταὶ, καὶ Καρποκρατιανοὶ, καὶ Οὐαλεντινιανοὶ, καὶ Βασιλειδιανοὶ καὶ Σατορνιλιανοί. Vbi proponuntur initio ſeptem tantum hæreſes, quum tamen 11. recenſeantur. Minus quoque nitide Μενανδριανισταὶ, qui Μενανδριανοί. Auctor enim non Μενανδριανὸς, ſed Μένανδρος dicebatur. Quum igitur iſti Maſbothæi profiterentur ſe

31 Sabbatiſmum à Chriſto didiciſſe, ex eo produnt originem appellationis ſuæ Nam משבותאי proprie ſunt σαββατισταὶ, Sabbatizantes, Sabbatarii. Quin enim שבות, id eſt, σαββατισμὸς dicitur δογματισμὸς ῥαββινισμὸς, aut ῥαββινισμὸς, ſcitum, decretum, doctrina Rabbinorum. דברי שבות λόγοι σαββατίσεως, id eſt ῥαββινισμός. חזאת שבות ῥαντισμὸς σαββατίσεως, aſperſio, condimentum, pigmentum doctrinæ Rabinicæ, aut decretorum Magiſtralium. Tres iſtas ſectas non advertit Serarius; Maſbothæos, Theobulienos, Cleobienos: quum tamen à Rabbano, & Honorio & aliis ejuſmodi ſcriptoribus manus non abſtinuerit, ut ex eis omnes ſectas erueret, quibus ſuum Trihæreſion inſtrueret. *Meriſei*, vel potius *Meriſſai* eſſent מרבאי, id eſt, ῥαντισταὶ Roratores, qui, ut videtur, irrorarent omnia luſtrali aqua, ut Iudæi ſolebant. Sed interpretatio adhibita, & lectio in margine Iſidori à Bon. Vulcanio publicati, quæ habet *Mereſe*, manifeſto aperiunt legendum eſſe *Meriſta*. Etiam hodie Iudæi

32 חולקים id eſt μερίζοντας vocant eos, qui ab aliquo diſſentiunt, & eſt proprie Scholaſticum verbum, quo utuntur in diſſenſionibus ſummorum Magiſtrorum, quales ſunt in libris juris Proculejanorum, & Sabinianorum. Sed

quum

Digitized by Google

quum dicat *ſeparaſſe Scripturas, non credentes omnibus Prophetis*, hoc potius pertinet ad Karraim, & non video quo applicetur nomen Meriſtarum. Sed Iuſtinus Martyr dialogo Tryphone Γενικῶν quidem καὶ μεριστῶν meminit: ſed qui fuerint divinandum poſteritati reliquit. Verba ejus ὥσπερ οὐδὲ Ἰουδαίους, ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις, Γενιστῶν; καὶ Μεριστῶν, καὶ Γαλιλαίων, καὶ Ἑλληνιανῶν, καὶ Φαρισαίων Βαπτιστῶν. &c. Vbi etiam de Hellenianis: ut tuto pronunciare poſſumus ab auctore, ſive Hæreſiarcha Hellenio dictos, ita quæ fuerit hæreſis illa; cujus ille Ἑλληνιος pater fuerit, nulla conjectura aſſequi poſſimus. Pag. 14. de Tubienis II. Maccab. 12. 17. Ipſe dicit à Tob loco. In qua nos quoque ſententia olim fuimus ante 30. annos. Sed poſtea animadvertimus id contra analogiam eſſe. Nam à Tub, Tubæus, & Tubenus fit τουβαῖος καὶ τουβηνὸς; non autem τουβιαῖος καὶ τουβιηνός. Illud enim ἰῶτα, quod antecedit, eſt de Themate, unde deducitur; radicale, ut Hebræi loquuntur, non paragogicum. Sed tamen τουβιηνοὶ poſſunt dici μακαρῖται, quod olim tantum per conjecturam, non autem affirmabundi dicebamus טובבא enim & טובינא à טובין μακαρισμοὶ deducuntur. Nunc vero id conſtantius affirmamus; poſtquam legimus R. Eliezer filium Samuæ ſacerdotem vocatum fuiſſe à Rab טוביינא דחכימי μακαρίτην τῶν σοφῶν. Non igitur peccavimus, qui conjecturam noſtram autoritate R. Abraham Zachuthi confirmari vidimus. Tamen non convenit hæc appellatio illi loco libri Maccabæorum. τουβιηνοὶ igitur μακαρῖται alia origine, alia autem οἱ οἰκοῦντες ἐν τοῖς τωβίου. Nam recte in melioribus codicibus Græcis 1. Mac. cap. 5 13. legitur, οἱ ὄντες ἐν τοῖς τωβίου. *qui habitant in locis Tobiæ*, ſive, ut Syri loquuntur, Tubiæ. Vnde habitatores τῶν τουβίου recte & ex ana-

ex analogia dicuntur τυβιλωοὶ, quia Iod eſt in nomine
34 τυβίυ, pro quo in aliis exemplaribus legitur τυβιν. & ita etiam legerat vetus interpres Latinus. Sed τυβίυ eſt recta lectio. Sequitur cap. 8. *An Gorionides duas tantum ſectas aſtruat.* Sed antequam illuc perveniatur, movetur Camarina de vocula *Lebad*, & *Lebaddam*, quæ tantas lites excitavit. Itaque ante prælium *jam cornu petit*, *& ſparſa proludit arena.* Primum igitur de Caprino prælio agamus. Hebræi, Syri, Arabes, Æthiopeſque, non habent quo exprimant nomen μόνος, μόνη, μόνον. Habent tantum Hebræi voculam *Lebad*, Syri *lelhud*, & *balhud*, Arabes *wahid*, Æthiopes *bahtit*, quam cum affixis perſonalibus componentes exprimunt μόνος, μόνη, μόνον. & plurale quoq;, ſiquidem affixa fuerint pluralia. *Lebaddi cathabti*, ſolus ſcripſi: *lebaddecha cathabta*, ſolus ſcripſiſti: *lebaddam cathebu*, ſoli ſcripſerunt. Et ita de aliis, Neque aliter unquam debet exprimi cum affixis, niſi per nomen μόνος. Sed quia Græcus aut Latinus ſermo non ſemper poteſt aſſequi ſenſum illius nominis, propterea aliquando fit,
35 ut pro *ſolo* dicatur *ſeorſim*. ut in Geneſ. xxi. 28. *Statuit Abraham ſeptem agnas gregis ſolas.* in Græco: ἑπλὰ ἀμνάδας προβάτων μόνας. Hic uterque ſermo non potuit aſſequi, quod Hebræus per ſuum *lebaddam* aut *lebaddehen* expreſſit. Nam quamvis litera poſtulat, ut μόνας vertatur, tamen ſententiæ non conſulitur, quæ obſcura manet, niſi pro voce *ſolas*, ponatur *ſeorſim* Sic poſtulat litera hunc locum verti Geneſ. 43. 32. *Ponite panes, & poſuerant illi ſoli, & illis ſolis, & Aegyptiis, qui cum eo edebant, ſolis.* Non aliter vertere poteſt, qui verbo verbum reddere vult, ſiquidem Hebraiſmo ſatisfacere poſtulat. Sed ut obſcuritas illa tollatur, pro *ſoli*, & *ſolis*, reddendum *ſeorſim*, ad perſpicuitatem orationis, non ad uſum Hebraiſmi.

Atqui

Digitized by Google

Atqui aliquando *lebaddo* aut *lebaddi* non poteſt niſi per
propriam notionem reddi, ut in illo, באלהים לבדו בטחתי
Baelohim lebaddo batahti: in Deo ſolo confido. Si vertero, *In
Deo ſeorſim confido*, vapulabo Grammaticis, ludibrium
debebo pueris. Tria igitur concludimus. Primo *lebad* 36
cum affixis nihil eſſe, niſi μόνος, μόνη, μόνον. Secundo,
lebad cum affixis propter perſpicuitatem orationis leniendum
eſſe, & pro eo *ſeorſim* vertendum, quod quidem
κατὰ συγχώρησιν, & quaſi δι' αἰτήματος fieri debet, & præfata
venia, Tertio, *lebad* cum affixis aliquando non poſſe
reddi niſi in ſua notione, hoc eſt per nomen μόνος, μόνη,
μόνον, non per χωρὶς, aut καθ' ἑαυτό. Nunc illud agitur,
utrum in verbis Gorionidæ *lebaddam* per ſecundum modum,
an per tertium reddendum ſit, hoc eſt, utrum *ſoli*,
an *ſeorſim* vertendum. Et mediocriter Hebraice doctus
videt obſcuritatem offundi ſi non per notionem ſuam
ſimplicem reddatur, *Et ſancti ſoli cum populo factionem
eorum ſequente, in partem alteram.* Hic nulla neceſſitas
adigit aliter vertere, quam per notionem primam: imo
ſi pro *ſoli*, ponatur *ſeorſim*, non ſolum obſcurus, ſed ineptus
ſenſus concipitur. Ponentur enim ſimul duo contraria,
ſeorſim & *cum*. Quod igitur nunquam Serarius animadvertit,
lebad cum affixis eſſe μόνος, μόνη, μόνον, ſatis
conſtat tam ex ejus verſione, quam ex pertinacia qua rem 47
puerilem tueri conatur. Nulla ſunt Societatis compendia,
nulla Sophiſmata, quæ eum a Grammaticorum
ſibilis vindicare poſſint. Tirocinium Hebraiſmi ſuum
ubique prodit. Nunc poſt velitationem pugnam committit:
proponit, *an duas tantum ſectas Gorionides aſtruat*.
Quam futile ſit hoc argumentum, vel ex hiſtoria, quam
proponit uterque Ioſephus, manifeſtum eſt. Phariſæi, &
Sadducæi tantum adhibentur in convivium à Rege.

 Duarum

Duarum igitur ſectarum duntaxat mentio fit tam à Flavio quam à Gorionide in eo loco. At ipſe trium mentionem fieri putaverat, & החסידים Haſidim eſſe Eſſenos. Vnde merito Druſio caſtigatus fuit. Iuvit etiam ejus errorem Munſteri editio mutila & mendoſiſſima, de qua poſtea agemus. Itaque toto hoc capite nihil vaniloquentius eſt, nihil futilius. Nihil minus ejus intererat, quam hoc ulcus tangere. Errores enim non defenſione, ſed diſſimulatione occultantur.

38 *Ioſephus Pſeudogurionides. Ejus editio a Munſtero publicata, multis partibus mutila, & mendoſiſſima. Imperite facere qui eum auctorem in hiſtoria teſtem producunt. Planum & imperitum Iudæum fuiſſe genere Gallum, nuperum ſcriptorem.*

Cap. 4.

NOn opus eſt tot verbis de Ioſepho Gorionide, quibus cap. 9. quæritur quis fuerit ille. Satis eſt ſi oſtendero, cujas fuit, quando vixit, cujuſmodi ſcriptor eſt. Gallum Iudæum fuiſſe ex agro Turonenſi non difficile eſt colligere, ut qui plus de illis, quam de aliis Galliæ tractibus agat. Recentem admodum fuiſſe arguunt verba locorum recentia, quibus utitur, *Tours, Amboiſe, Chinon.* Quæ loca poſt DC annos à natali Chriſti adhuc *Turones,* Ambaſia, Kainon vocabantur. Quare quum Munſterus videret eum Francorum & Gothorum mentionem facere, & Francos interfuiſſe exequiis Herodis, quos γαλάτας Ioſephus vocarit, ex eo ſolo potuit odorari hunc ſcri-
39 ptorem recentiſſimum eſſe, ac proinde Planum, qui nomen Ioſephi Hiſtorici ſibi vindicarit. Doctus ſane vir fuit Munſterus, cui multum debent literæ Hebraicæ,

quem

quem tamen non niſi contumelioſe appellat Serarius, civilitate ſolenni Sociorum uſus; tamen in præfatione, quæ editioni Gorionidæ Baſilienſi præpoſita eſt, multum æſtuat, ut probet Ioſephum Mattathiæ, & hunc impoſtorem eundem eſſe: & tota illa præfatione nihil aliud quam ſe traduxit. Vides igitur quam recens ſit ſcriptor. Inſcitiam pluſquam Iudaicam produnt infinita in illius libris ſparſa. Quod David in Neapolitano agro fuerit, quod multi veteres Patriarchæ, aut Iudices Hebræorum in Europa bellum geſſerint. Opus ſuum excerpſit ex Latino Rufini, Antiochum Pium nominat Latine, non ἐυσεβῆ Græce. Mariamen, ut Rufinus ex Ioſepho. Atqui in eo etiam ſui Hebraiſmi oblitus eſt. Nam Μαριάμμη Ioſephi nihil aliud eſt quam Μαριὰμ, non מרימי ut ipſe ex Rufino hauſit. Impudentiam etiam hinc portentoſam cum inſigni imperitia deprehendes. Fingit en. Aeram 40
ſive ἐποχὴν, quam vocat שנות לאמפרא׳ב *Annos Imperatoris.* Cujus anno 60. Romani Calabriam & Meſſanam cæperunt, ut inquit ille: quæ ſunt verba ex Chronico Euſebii, anno 3. Olymp. 126. Paulo poſt, anno 134 illius epochæ ſe natum dicit, hoc eſt annis 139. ante excidium Templi. Quid plura? Iudæum agnoſcas ſive inſcitiam ſive impudentiam ſpectes, Major vero ea fuit & impudentia & ſtupor: Dicit en. Æra Imperatoria 182. natum Iulium Cæſarem, ſe vero tunc fuiſſe annorum 51. anno autem ipſius Cæſaris 19. ſe ſeptuagenarium fuiſſe. Ioſephus vero Mattathiæ ſcribens anno 13. Domitiani, erat tantum annorum 57. Omnem ἀναισχυντίαν καὶ ἀναισθησίαν ſuperat quod quum legiſſet apud Rufinum cap. 25. libri 2. de excidio Ieroſolym. Ioſephum filium Gurionis (γωρίωνα Fl. Ioſephus vocat) una cum Anano Pontifice præpoſitum mœnium ſartis tectis fuiſſe, & Ioſephum

41 filium Mattathiæ Galilææ præfectum: ipſe duos illos Ioſephos unum Ioſephum Gurionis filium eſſe ſuſpicatus eſt, eundemque Sacerdotem & excidii Ieroſolymitani ſcriptorem. Hinc ſplendido mendacio perſuaſit gentis ſuę ſe eum ipſum eſſe ſcriptorem belli Iudaici, Ioſephum filium Gurionis ſacerdotem. Certe abſque eo impoſtore eſſet, Iudæi omnem hiſtoriam Maccabæorum, & excidii Ieroſolymitani ignorarent. Eodem enim modo, quo ipſe interpolavit, omnem hiſtoriam illam Iudæi hodierni, & paulo vetuſtiores Bibliorum enarratores referunt. Ne quis dubitaret ſe Ioſeph eſſe illum, quia a Chriſtianis Ioſephus vocatur, ita ſcribit: *Sic dixit Ioſeph filius Gurion Sacerdos. Ipſe eſt Iopſiphun, & quidem nomine diminutivo Ioſiphun. Ipſe eſt, qui vocatus eſt Ioſiphus, Græce, &* גושיפוס *Guſchipus Latine.* Et Craſſus ipſe qui ἀγέλαςος dictus fuit, hæc ſine riſu non legeret. Hunc nugatorium ſcriptorem primus Chriſtianis publicavit Sebaſtianus Munſterus cum Latina interpretatione ſua, & notis, ſed

42 admodum mutilum, ut ex editione Veneta colligitur, quæ eſt foliorum 155. Editio Munſteri incipit à folio 7. Venetæ, deſinit in folio 92. pagina poſteriore, ut de 155. foliis editionis Venetæ ſexaginta tria deſint in Munſtero. Prætera in editione Munſteri multa commata deſiderantur, multa verba omiſſa. In non paucis etiam ſcripti Codicis lectionem Munſterus aſſequi non potuit, ut ibi: השונים אשר לחסידים quod ipſe vertit: *Sed nec Eſſenos, qui de collegio piorum erant.* Quo nihil eſt ineptius. At certo certius in codice ejus fuiſſe השרים principes, de quo poſtea. Rurſus lib. 4. cap. 6. והבושים היו באותם תימים מחלק אחר הצדוקים. Quorum quamvis nullus idoneus ſenſus erui poteſt, tamen ita conatus eſt vertere: *Et hi confuſi fuerunt in diebus illis ab alia ſecta Saducæorum.*

Quis

Quis Hebræa intelligit? Quis Latina Munſteri? Sed moroſa lectio codicis ſui eum decepit. pro בושים enim בותים Cuthæi, id eſt, *Samaritæ*, legendum. Et mirum, tam eruditum Hebraice virum non vidiſſe nullum Hebraiſmi ſaporem in illis verbis eſſe, ſiquidem ita conci- 43
piantur, ut ipſe edidit. In Editione Munſt. lib. 3. cap. 11. ita legitur: וידבר זה אלקימוס כזבים רבים ויכניעם את דמיהדריוס. Quæ nemo intelligit: & tamen ipſe putavit mendo carere. At in editione Veneta recte concipitur: וידבר זה אלקימוס כזבים רבים לדימיתריאוס ויכעיסהו. *Et dixit iſte Alcimus multa mendacia Demetrio, & exacerbavit eum*: Apud Flav. Ioſeph. lib. 3. cap. 12. pag. 411. ita editum eſt de crudelitate Regis Iudæorum Alexandri: ὥστε διὰ τὴν τῆς ὠμότητος ὑπερβολὴν ἐπικληθῆναι αὐτὸν παρὰ τῶν Ἰουδαίων Θρακίδαν. *ut vocatus fuerit a Iudæis propter crudelitatem Thracidas*, id eſt gladiator homicida. In vulgatis Rufini editionibus: *Ideoq; propter hanc crudelitatis exaggerationem vocatus eſt à Iudæis Crucida*. Quia cruci affixerat non exiguum numerum Iudæorum, propterea Crucidam dictum putavit ille ſciolus, qui Rufini locum depravavit. At Pſeudogorionides legit Trucidam, proxime Græcam vocem à trucidando, hoc eſt ſicarium,
ἀνδροφόνον. על כן קראו את שמו אלכסנדר הדוקר במדקרות חרב. 44
Propterea vocarunt eum Iudæi Alexandrum transfodientem transfoſſionibus gladii, hoc eſt homines uno ictu transverberantem, & letaliter ſauciantem. In editione Munſteri eſt vox ipſa Crucida, ut hodie in editione Rufini legitur, קרקירב. A Munſtero, an ab alio hæc mutatio ſit, neſcio. Ejus Ioſephi Epitoma publicata eſt Baſileæ à Sebaſtiano Lepuſculo, ad cujus differentiam liber totus Pſeudogurionidæ vocatur ab Abraham Zacuth ספר בן גוריון הארוך. *Liber Gorionidæ longus*, id eſt, totus, integer.

 Vide.

Videmus igitur quis fuerit iſte Pſeudogurionides, qua impudentia, qua inſcitia. Et tamen non ſolum Munſterus, ſed & multi hodie ei potius in rebus Iudaicis credunt quam Flavio Ioſepho. Quod ſi illis aliquis ſenſus eſſet Critices, ne nominarent quidem. Præterea quum inquinatiſſimum eum ediderit Munſterus, ejus menda velle defendere, quod facit Serarius neque eruditi hominis eſt neque modeſti. Dupliciter enim peccatur, & quod
45 auctorem futiliſſimum producunt, & quod ex editione Munſteri potius, quam Veneta. Ex his eruditus Lector æſtimet Serarii judicium. Quod de Pſeudogurionide dixi, idem de Pſeudohegeſippo infimæ vetuſtatis ſcriptore dictum volo: non quod in eo ea portenta ſint, quæ in Pſeudogurionide: ſed quia multi in rebus Iudaicis non minus eo utuntur teſte, quam Flavio Ioſepho, propterea caſtigandos dico, qui malint a rivulo, quam à fonte haurire. Quid enim ille habet, quod non a Ioſepho, niſi in paucis, ubi ſtrenue mentitur?

Pſeudogurionidæ impoſturæ a Serario non animadverſæ. Vitis aurea Alexandri Iannæi Regis Iudæorum, Delirium Pſeudogurionidæ.

Cap. 5.

IN eodem capite 9. præclara argumenta colligit, quibus probet Flavium Ioſephum præſtantiſſimum ſcriptorem Pſeudogurionidæ larvato σύγχρονον fuiſſe. Iudæi, inquit, illum Gorionidem perantiquum ſtatuunt. Cre-
46 dite οἴκοθεν γὰρ μάρτυς. Perantiquiſſimum eſſe, qui infra ſexcentos annos eſt, & cujus nullus Iudæus ante 370. annos meminit qui credit illi ſumma vetuſtas ſit, quod ab hinc 400. annis geſtum ſit. Sed quò ἀδηλογία non progreditur?

greditur? *Ipſemet*, inquit, *ait ſe vidiſſe templum adhuc ſtans.*
Verba vero quæ ex Pſeudogurionide citat ex editione
Munſteri, neque illud (*cum lignis*) habent in editione
Veneta, neque feſtum ξυλοφόρια poteſt hic locum habe-
re, quum illud ſolenne ſemel tantum in anno obiretur.
At Pſeudogurionides dicit, quoties cum uxoribus, filiiſ-
que parvulis viri illa porta ingrederentur, ſe non niſi
cum ſumma ſanctimonia ingredi ſolitos. At quoties in
anno ingredi ſolebant? quoties opus erat vota nuncu-
pare, & perſolvere, ἐυχαριστήρια θύειν, & ejuſmodi reli-
qua. Itaque recte in Veneta editione hic locus concipi-
tur: *Et dixit Ioſeph Sacerdos filius Gurionis: Hac porta non
introibamus cum mulieribus, & parvulis noſtris niſi in ſan-
ctitate, & caſtimonia ingrediebamur, quoties ingrediebamur.*
Ita ad verbum, ubi nihil de lignis agitur. Quare fruſtra 47
putavit Serarius hic περὶ ξυλοφορίων agi, quod ſolenne,
ejuſque cauſſas, origines, ac ritum primi aperuimus li-
bro de Computis. Sed omnia ſciebat Serarius. Neque
fas eſt Veteratores a Novatoribus aliquid didiciſſe videri.
Vt autem Munſterus hunc locum interpretatus eſt, ſe-
mel tantum videtur hoc contigiſſe, & ſemel ea porta in-
greſſos fuiſſe: quum mens ſcriptoris ſit, quoties ingrede-
rentur, ea porta ingredi ſolitos, idque non niſi purifica-
tos, & quum eſſent in caſto, ut veteres Romani loque-
bantur. Vide vero prudentiam Pſeudogurionidæ, quam
non advertit Vir oculatiſſimus Serarius: *Et nos ad ipſam
domum non accedebamus, quia Sacerdotum locus eſt.* Quid?
ipſe dicit ſe Sacerdotem, & tamen Sanctuarium ingredi
non licuiſſe, propterea quod ſolis Sacerdotibus licebat?
Certe mendacem memorem eſſe oportet. Oblitus eſt ſe
Sacerdotem eſſe. Et acutiſſimus omnium Veteratorum
hoc non advertit? Rhetoricem vim Sociorum adhibet.

48 *Qui hæc loquitur, nonne quum Ieroſolyma, quum ejus templum adhuc ſuperſtes eſſet, vivebat?* Quaſi diceret, *Qui fingit hæc nonne verum dicit?* Item; *Dicit auctor ſuppoſititius. ergo verum eſt.* Majus paradoxon ſequitur, & Pſeudogorionidæ, cui non præter ſolitum ſtrenua hallucinatio excidit, & ſubtiliſſimi Serarii qui ſtuporem non odoratus eſt. Nam Pſeudogurionides de vite, cujus meminit Serarius, loquens ait eam ab Herode factam, & epiſtyliis illarum ingentium columnarum impoſitam fuiſſe. Atqui erat κειμήλιον domus Haſſamonæorum: eamque Pompeio dono dedit Ariſtobulus Alexandri regis filius. Quomodo igitur verum eſt ipſam vitem ſtetiſſe Ieroſolymis uſque ad ſupremam Sanctuarii deſolationem? In editione Veneta: *Et multi de Scriptoribus Romæ teſtati ſunt, quod viderint ipſam in deſolatione domus: Et ita teſtatus ſum ego Ioſeph filius Gurionis Sacerdos in libro, quem ſcripſi ad illos ſecundum hiſtoricos eorum.* Nimirum intelligit libros ad Appionem: in quibus tamen hujus vitis nulla men-
49 tio, ſed in lib. 14. cap. 5. ἔπεμψε γὰρ αὐτῷ (Πομπηΐῳ) μέγα δῶρον Ἀριστόβουλος ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων. Μέμνηται δὲ τοῦ δώρου καὶ Στράβων ὁ Καππάδοξ λέγων οὕτως. ἦλθε δὲ καὶ ἐξ Αἰγύπτου πρεσβεία καὶ στέφανος ἐκ χρυσῶν τετρακισχιλίων; καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἴτε κῆπος. Τερπωλὴν ὠνόμαζε τὸ δημιούργημα. τοῦτο μὲν τὸ δῶρον ἱστορήκαμεν καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν Ῥώμῃ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς τοῦ καπετωλείου ἐπιγραφὴν ἔχον Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως. ἐτιμήθη δὲ εἶναι πεντακοσίων ταλάντων. Strabonis ergo Cappadocis verba ſunt, qui eam ſive vitem, ſive hortum, (dubitat enim utro nomine appellet) ſe Romæ in Capitolio vidiſſe teſtatus; cum inſcriptione Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως. Ea vitis annis 33. plus minus a Pompeio in Capitolio dedicata fuit antequam Herodes templum a fundamentis inſtauraret.

Digitized by Google

Quomodo ergo Serarii diligentiam tam inſignis locus effugit? Quid ſi aliquis Novator in tam manifeſta culpa deprehenſus eſſet? Dicet ſe non curare hęc, quum tantum aliorum ſententias de hoc Plano Pſeudogurionide in 50
medium afferret. Sed tamen Socii non ſolent aliorum ſententias rejicere, niſi prius refellant, oppugnent, qui multum in ea pompa vectari ſolent. Concludit deinde: *Cæteris paribus Ioſepho Flavio, quam Gorionidæ adhærendum.* Non multi negotii erat concludere, utrum vero, an falſo credendum? Et ſane paucioribus verbis dixiſſet. x. Caput pertinet ad Druſium. Illud vero ridiculum, quod ſi pro *Peruſchim* dicere poſſumus, *egregios*, ſequi etiam, ut pro Sadducæis dici poſſit, *Iuſti*. Nam ſi Phariſæi ab auctore & Hæreſiarcha quodam nomine Pharis dicti eſſent, non potuiſſent dici egregii, non magis quam Nicolaitæ populidomi, quum tamen Nicolaus ſit *populidomus*, aut *populivictor*. Contra Sadducæi, quia à Sadduk hæreſiarcha, propterea non poſſunt dici Iuſti, propterea quod à proprio, non ab attributo nomine dicti ſunt. Et certe odium & æmulatio ſæpenumero hominem tranſverſum agit, ut vera cernere non poſſit. Toto hoc capite nihil aliud quam σκιαμαχίον video. Interea δοῖδυξ αὐξάνει. Nam 51
Socii libros de mole, non de ſententiis æſtimant. Claudit librum egregia coronide, in Hebræo non eſſe *pars altera*, ſed *alia*, quum multum differant Alius, & alter: idq; probari ex doctrina τῶν ὑποστάσεων τῆς ἁγίας τριάδος. Ego non video cur ad rem puerilem & Grammaticæ pulpæ probandam auxilium e penetralibus Theologiæ potius, quam è trivio Grammaticæ petat. Quis neſcit *Aliud* de pluribus dici, *Alterum* de duobus tantum? Scio etiam Veteres hæc confundere. Sed tamen jure ita diſtinguunt Grammatici. Hebræi vero non habent priva-

tum nomen quo *alterum* dicant. Tam enim *aliud*, quam *alterum* ipſis eſt אחר. Sed quum alterum volunt dicere utuntur nomine אחד *uno*. *Vnus interfecit unum*, id eſt alter alterum. II. Samuel 77. 6. At in verbis Pſeudogurionidæ legitur, *Sadducæi erant in Iſrael* לחלק אחר *in partem unam Haſidai* (id eſt Phariſæi) *ſoli cum populo ejus partes ſequente in factionem aliam.* Nam ſane quamvis Latine etiam dici poſſet *in alteram*, tamen uſitatius eſt dicere *in aliam*: ut quum Senatuſconſultum per diſceſſionem
52 fieret, qui rogaverat Senatum, ita dicebat: *Qui hoc cenſetis, illuc tranſite: qui alia omnia, in hanc partem.* Ecce τὸ *alia* dictum, quum tantum duæ eſſent ſententiæ. Quid igitur?

—— dic alium dic, Quintiliane, colorem.

Quod vero Pſeudogurionides non loquatur niſi de duabus ſectis, manifeſtum eſt ex illis לחלק אחר, & לחלק אחר, certe hic tantum duo ſunt: & quod alibi diximus, quum in hiſtoria duarum ſectarum mentio tantum fiat, Phariſæorum & Sadducæorum, & argumentum rei verſetur in duobus illis generibus hominum, tertium extra propoſitum addere, ſuperfluum eſſet, ne dicam ridiculum. Hic nemo non videt, quam inique ſe reprehenſum a Druſio ferat Serarius, quum doctiſſimum ſe Hebraice putaret eſſe. Quo magis culpæ patrocinatur, eo pluries offendit. Et certe inſignis eſt pertinacia.

De nominibus Hebraicis Planetarum. Serarii falſæ originationes
53 *confutatæ. Camul Mars. Arba turim liber.*

Cap. 6.

Lib. 2. cap. 1. quum paulo doctiores non dubitent פרושים a ſanctitate dictos tanquam ἀφορισμένους, quo tot

quo tot opiniones diverſas congerere, niſi quia hic mos eſt Declamatorum Societatis? Quid mea quum verum deprehendero, in falſis occupari? Qui Phariſæos a legum interpretatione dictos putant, tam falſo dicunt, quam imperite פורשים eos nominant, & exponunt *interpretes*. Nam illud verbum in eam notionem non uſurpatur, niſi in Piel. Hoc Tirunculi non ignorant. מפרשים dicuntur interpretes, non פורשים. Tam craſſus enim error excuſari neque meretur, neque poteſt. Nam פרוש *interpretatio* eſt a Piel non a Kal. Proinde neque ipſe Serarius ferendus, qui quum ſit φιλέλεγχος καὶ φιλόμωμος, tamen hoc non reprehendit. Sed excuſat eum ignoratio uſus hujus verbi. *Pareſchu Rabbothenu*, inquit, imo, ſi quid ego video, *Pereſchu*. Sed attendat Lector verba Hebraice peritiſſimi. *Dicuntur illi* פרושים *peruſchim, quaſi expoſitionibus ac interpretationibus tam à Deo, quam à majoribus per traditionem acceptis referti optimeque inſtituti.* Quæ hæc eſt τερατολογία, ut פרוש ſignificet 54
expoſitionibus inſtructum hominem? Certe ſi פרש in Kal, ut ipſi volunt, & Serarius poſt illos ſignificat exponere, explicare; Paul, hoc eſt paticipium paſſivum, erit expoſitus, explicatus. Quomodo igitur expoſitionibus inſtructum ſignificat? O acumen doctoris Theologi! Tædet anilis Grammaticæ. Quo ulterius progreditur, eo magis inſcitiam Hebraiſmi prodit: non raro etiam Helleniſmi, ut pag. 45. *Ex omni caſtello Galilaæ*, ἐκ πάσης κώμης Γαλιλαίας. Lucæ 5. 17. *Eſt veteris Interpretis*, inquiet. Quare mavult cum imperito interprete errare, quam culpam declinare? Sed in cap. 3. 48. melius aperit imperitiam Hebraiſmi in Hebraicis Planetarum nominibus ad originem ſuam referendis. Non enim videt eſſe propria Deorum nomina, & ne pro ipſis Diis

55 accipiantur, propoſitum eſſe nomen ſtellæ: Stella Iupiter, Stella Sol, Stella Saturnus. Ad diſtinctionem, inquam, nomen ſtellæ adjunctum, ne pro idolis ipſis, ac Diis, qui in templo colebantur, acciperetur. Quare quum *χωχὲβ ὀκμὸδ* interpretetur כוכב חכמות *ſtellam ſapientiæ*, *aut* כוכב חמור *ſtellam deſiderij*, præterquam, quod hæc ineptiſſima ſunt, ſatis oſtendit ſe non aſſecutum eſſe horum nominum figuram, quæ, ut dixi, propria Deorum ſunt, non vocabula accidentium. Ocmod enim eſt nomen Mercurii, ut Ocmol Martis, qui in veteri inſcriptione Camulus dicitur. Imagini enim Martis ſubſcriptum CAMULO DEO. Sic omnia iſta nomina Dii ſunt ut Beel בַּעַל, quem non ſemel diximus eſſe Iovem, quando ſine conſtructivo *κατ' ἐξοχὴν* uſurpatur. Illa autem nomina vel per nominativum, Stella Iupiter, vel per genitivum reddi poſſint, Stella Iovis, ex uſu Græcorum & Latinorum, atque adeo Prophetarum. *τὸ ἄςρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ρεμφάν* Amos 5. 27. Actor. 7. 43. & eodem loco Amos conſtructive dictum כוכב אלהיכם *ἄςρον τοῦ θεοῦ*
56 *ὑμῶν*. Itaque peregrina ſunt, non Hebræa, *ὀκμώδ*, *ὀκμὸλ*, ut Nergel, Aſima, Chamos, & ejuſmodi, quorum origo ab illarum gentium, unde prodierunt, dialecto petenda eſt, non ab Hebraiſmo. De Venere, quod זרוע, quod לחש, quam inepta, quam abſurda? Sunt, inquam, nomina propria, ut Nergel & alia, non Hebræa. Pag. 51. *Novatores vero noſtri*. Quamvis hæc contumelioſa ſunt, tamen quia Fanaticorum eſt divinare, accipio ſententiam hominis inter ſomniandum vera effutientis: & Veteratores, quia Traditiones humanas accipiunt, ut Phariſæi, Phariſæos eſſe. Pag. 52 *Arba tura*. An librum *Arba turim* habebat in animo, neſcio. Nam ſane alium non novi.

Πυγμῆ.

Digitized by Google

Πυγμῇ νίπλεσθαι. Ξέστης. Samaritarum ἐθνοβδελυξία. Locus Epiphanii correctus. Totaphoth, φυλακτήρια. Procbra. Gloſſarium correctum. Kimbi correctus. Hieronymus correctus. Pittacia.

Cap. 7.

PAg. 53. πυγμῇ νίπλεσθαι. ex Marci 7. 3. ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι. Syrus reddidit *briloith*, 57 accurate, diligenter. Arabicæ duæ diverſæ paraphraſes omittunt, tertia ab illis diverſa exponit *ſæpiſſime*, ex interpretibus Græcorum, qui πυγμῇ pro eo quod Homero πύκα, *frequenter*, accipiunt. Inde infimæ vetuſtatis Chriſtiani ſcriptores πύξ & πυγμῇ pro eodem uſurpant, id eſt, *ſæpiſſime*. Certe verum eſt eo verbo diligentem & accuratam lotionem ſignificari. Non tamen hoc eſt originem veram referre. Docti viri adducunt huc ex ritualibus Iudæorum, quæ quamvis ad rem faciunt, non tamen ritum exponunt. A Iudæo quovis etiam Hebraiſmi imperito quæratur quid ſit בחילתידים * *elevatio manuum* χειραρσία reſpondebit ſtatim quid ſit. Iudæus lotioni manuum operans quinque digitorum ἄκρα inter ſe jungit: & quum extremitates digitorum ſic inter ſe commiſerit, inde fit, ut manus in pugni ſpeciem collecta ſit, non tamen ut verum pugnum, qui Græcis πυγμὴ ἢ χόνδρος dicitur, faciat, ſed πυγμὴ vocatur, quia aliud nomen reperiri non potuit. Πυγμὴ enim proprie eſt manus 58 compreſſio digitis quatuor in volam incluſis, ſolo pollice in indicem incumbente. Hoc vero manus ſchema colligitur pollicis ungue cum quatuor digitorum ſummitatibus conjuncto. Cum igitur manus ſic configuratæ fuerint, attolluntur ita ut aqua, quæ inter lavandum

* Druſ. Hujus meminit Gerund. in Exod. 151. 2 Salomo תקן בטילת ידים. Albo Ser. 3. cap. 14.

dum manibus hæſerit, una cum ſordibus per exteriores
partes manuum ad cubitum uſque defluant, & mox ma-
nibus eodem ſchemate manente terram verſus pronis
demiſſis, ab cubitis in terram decidant. Itaque in lo-
tione manuum tria fiunt: Lavantur manus ita ut o-
mnes ſordes eluantur. Componuntur deinde in pu-
gnum. Poſtremo elevantvr & demittuntur. Inde vides
quare elevatio manuum vocata ſit accurata illa χειρολου-
σία, qua ab antiquis uſque temporibus hactenus utuntur
Iudæi. Sordes autem, & ſi quæ in manibus adhuc cum
aqua adhæſerint, vocantur חוצצי טבילה τὰ λεπτὰ τῆς λού-
σεως. Quare πυγμῇ νίπτεσθαι non eſt pugno in cavum ma-
nus alterius immiſſo defricari, quod putant viri docti,
59 hoc enim ſane fiebat, ſed eſt elevatio manuum in
pugni figuram compoſitarum. Itaque in illis verbis
quæ producit Serarius, ab aliis ex rituali in Latinum
ſermonem converſis manifeſta extant elevationis ma-
nuum veſtigia. Sed quia non intellexit, perinde eſt, ac
ſi ea in medium non adduxiſſet. Pag. 56. Sycophantia
Zelotica eſt, quum ξέστης ſit ſextarius, item urceolus,
Bezam reprehendere, quod Sextarium maluerit, quam
urceolum. Sed obiter erat laceſſendus Beza, neque oc-
caſio illum carpendi omittenda. Nam ξέστης eſt Latinum.
Vetus Gloſſarium, inquit, *habet orciolum.* Habet & *Sexta-
rium*. Quid ergo peccavit, ſi Latinum maluit; En Theo-
logum Grammaticum. In ſequenti pagina major κακοήθεια
eſt ſed & acceſſit hallucinatio. *Superſunt*, inquit, *adhuc
hodie Iudæi quidam, in quadam rubri maris inſula, qui ſi quem
illic externum videant, confeſtim acclamant, Ne attingas.* A
nobis hæc habet, itaque κακοήθεια eſt hæc diſſimulare.
Hallucinatio eſt, quod truncatis verbis hiſtorici Arabici,
60 unde hæc deprompſimus, ad Iudæos derivat, quod pro-
prium

prium Samaritarum eſt. Verba Scriptoris Arabis, ita ut ea vertimus pag. 622. *Poſt eam inſula Samaritarum, quam incolunt quidam Iudæi Samaritæ.* Deinde quod Samaritæ ſint, non Iudæi, adjicit argumento eſſe eos Samaritas, non veros Iudæos, quia hoſpites ad ſe appellentes abominantur, & prohibent eos à contactu ſuo. Hoc præclare Epiphanius, 522. de Samaritis, *τὰ πάντα ἔχοντες ἴτα Ἰουδαίων, πλὴν τῷ βδελύττεσθαι τὰ ἔθνη, καὶ μήτε προσψαύειν τινῶν.* Dicebant igitur, *μὴ πρόσψαυσον*, ne attingas. quum aliquem attigerint, ſtatim & corpus & veſtimenta abluere. Idem, *ὕδατι σὺν ἱματίοις βαπτιζόμενοι ἐπὰν ἅψωνται ἑτέρου τῶν ἀλλοεθνῶν. Μιασμὸν γὰρ ἡγοῦνται τό τινος ἅψασθαι, ἤτοι θίγειν ἄλλου τινὸς ἀνθρώπου ἀπ᾽ ἄλλου δόγματος.* Quamquam & Iudæorum ſapientes vitabant plebeiorum contactum: תלמידי חכמים היו מתגאים על עמי הארץ והיו שונאים אותם ולא היו מניחים לגע בהם כדאמרינן בגדי עם הארץ מדרס לפרושים. *Sapientes ſuperbe ſe gerebant in plebeios, odio perſequentes eos neq; ſinentes ut ſe contingerent.* 61
unde dicimus: Veſtimenta plebeiorum ſunt conculcatio Sanctorum. οἱ Σοφοὶ κατεσοβαρεύοντο τῶν δημοτευόντων βδελυττόμενοι αὐτοὺς καὶ οὐκ ἐῶντες προσψαῦσαι αὐτῶν, κατὰ τὸ δὴ ὑφ᾽ ἡμῶν λεγόμενον, τὰ τῶν δημοτικῶν ἱμάτια καταπάτημα τῶν ἀσκούντων. ut citat R. Abraham Zacuth in libro Iohaſin, ex cujus verbis ſublegimus ea tantum, quæ huc pertinent. Pag. 58. Apud Origenem de iis, quæ tolli licet Sabbatho, ſciendũ eſſe quædam eaque vocari כלי נטל *Vas portatile. σκεῦος φορητὸν, βασταχτὸν*, ut eſt clavis, annulus, cultrum. Pagina 59. In loco Epiphanii, *ne corporale quid paterentur.* Intelligunt omnes quid velit, ſed non omnes capiunt, quomodo locus legendus ſit: *δι᾽ ὀνειρατῶν ἀηδῆ τε ῥίσιν σώματος ἀπεργαζομένην.* Longe aliter ſcripſit Epiphanius, *δι᾽ ὀνειράτων ἀηθῆ ἔκκρισιν σώματος ἀπεργαζομένων.* Vides

quantum

quantum lectio hæc a vulgata differat. Intelligitur vero hic קרי ὀνειρωγμός. Et laudatur R. Heuna דלא ראה קרי quod non ὀνειρώξατο. Pag. 63. *Totaphoth* טטפות: Septua-
62 ginta interpretes ἀσάλευτα, id eſt, amuleta verterunt: quam vocem Grammatici nondum in ſua Lexica retulerunt. Itaque idem eſt ἀσάλευτον, & φυλακτήριον. Vtrumque enim eſt Amuletum. Veteribus Latinis, Varrone teſte, Proebra, pro quo in Gloſſario perperam *Praevia.* φυλακτήριον *Servatorium, Amolimentum, Amoletum; Praevia.* Vitium ex prava V cum B commutatione natum. Ne gentium Phylacteriis populus Dei uteretur, quod aſſueverant facere, dum inquilini in Ægypto ſervirent, & Ægyptiorum ſuperſtitioſis amuletis frontes munibant, Moſes præcepit, ut Decalogum in membranulis, quas κεφαλίδας vocabant, inſcriptum in frontibus geſtarent. Hæc ſane Totaphoth vocantur, Aegyptiaco vocabulo. Sed Kimhi aliter & quidem ἰουδαϊκῶς, hoc eſt inepte καὶ περιέργως, deducit ex voce Aegyptia, & Africana: quod Aegyptiace TOT ſignificet duo item PHOT Africane duo. Duo duo autem ſunt quatuor; quia, inquit, quatuor pagellarum illa Totaphoth fiunt. טט בגרפי שתים פת
63 באפרקי שתים. Sed perperam ibi בגרפי pro בגפטי Ægyptiace: quæ lectio vitioſa abſurdam interpretationem à viro Hebraice longe doctiſſimo expreſſit, טט, inquit, eſt גרפי שתים Alæ duæ. Quod aliquo Tirone potius, quam tanto viro dignum erat. Nam dicendum eſſet שתי גרפי. Apud Hieronymum Matt. 23 *pictaciola* perperam legitur pro *Pittaciola.* πιττάκιον enim eſt proprio fruſtum panni. Vnde hodie Hiſpanis & Aquitanis *Pedaco* & *Pedas* dicitur. Gallo-Franci hinc *Piece* fecerunt. Hinc igitur & indicula membranacea vocantur pittaciola: de quibus ſatis alibi nos ſcripſiſſe meminimus. In excerptis Polybii Ful.

Vrſinus

Vrſinus vir alioqui diligentiſſimus nō intellexit πιττάκιον quid eſſet. Pyctia πυκτία idem ſunt, ſed ab alia origine: q complicarentur. Quidam putaverunt falſo., quod pugni inſtat conglobarentur. Vnde πυγγία in Idiotiſmo dicta ſcribit Balſamo, hoc eſt pugillos, à pugno videlicet.

ἀσάλευτον. *Hieronymi ſententia de Phylacteriis rejecta.* πλατύσημος. *Laticlavium Epiphanii ſententiæ non probantur.*

Cap. 8.

PAg. 64. *In bonam vero partem ſcripſit Longobardum Reginæ Theodolindæ S. Gregorius.* Imo in malam partem, ſi Hieronymi verba audiamus, quæ de induſtria omiſit Serarius. Nos locum ejus integrum apponemus. *Pittaciola illa Decalogi phylacteria vocabant, quod quicunque habuiſſet ea quaſi ob cuſtodiam & munimentum ſui haberet, non intelligentibus Phariſæis quod hæc corde portanda ſint, non in corpore. Alioquin & arcæ & armaria habent libros, at notitiam Dei non habent. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ in parvulis Euangeliis & crucis ligna, & iſtiuſmodi; quæ habent quidem Zelum Dei, ſed non juxta ſcientiam, uſque hodie factitant culicem liquantes, & camelum deglutientes.* Hunc igitur locum Hieronymi meliore ſui parte truncatum produxit Serarius, ne quod venerandi Patres Societatis faciendum præcipiunt, hujus loci authoritate eluderetur. Non ſolum hæc ſuperſtitio, quam ſuo ævo obtinuiſſe conqueritur Hieron. ſed etiam hodie tam apud Chriſtianos & Mahumedanos in uſu eſt, qui Euangelium Iohannis ἐν περιάπτοις geſtant: idque vocant חמאיל. Pag.63. *Quum Sanctus Hieronymus reſpondet nullum fuiſſe præceptum, quo Iudæi ad Phylacteria obligarentur.* Hoc

64 (margin beside "PAg. 64")
65 (margin beside "obtinuiſſe conqueritur")

ſane

ſane ab eruditiſſimo Hieronymo dictum eſt in verbis, quæ ſupra adduximus: quod magis mirari poſſumus, quam defendere. Nam omnino illi verba legis adverſantur, & vetuſtiſſimus mos Iudæorum. Melius Theophylactus, *τὸ ἔχειν ἐπὶ τῆς χειρὸς τὸ φυλακτήριον, ἐσήμαινε τὸ δεῖν ἐργάζεσθαι τὰς ἐντολάς*. Non enim negat legem hæc præcepiſſe, ſed eo innui legis præcepta non tantum in pittaciis geſtanda, ſed etiam re exequenda. Iuſtinus quoque in Tryphone: *καὶ γὰρ τὸ κόκκινον βάμμα περιτιθέναι αὐτοῖς ἐνετείλατο ὑμῖν, ἵνα διὰ τούτου μὴ λήθη ὑμᾶς λαμβάνῃ τοῦ θεοῦ, καὶ φυλακτήριον ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν ἀπαύτως ἅγια νοοῦμεν εἶναι, περικεῖσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσε, καὶ διὰ τούτων δυσωπῶν ὑμᾶς ἀεὶ μνήμην ἔχειν τοῦ Θεοῦ.* Neq; minus Dominus noſter Ieſus Chriſtus phylacteria,
66 & fimbrias geſtavit, quam Phariſæi. Omnes omnino hoc facere tenebantur diſertis verbis legis. Aliter tanquam legirupæ lapidibus obruti necarentur. Et miror tanto viro Hieronymo, tam alienam a mente Moſis, a veteri Iudæorum & Samaritarum conſuetudine, ſententiam excidiſſe. Nam Chriſtus non quidem Phylacteria damnat, quum lex illa præcepiſſet, & ipſemet, ut alii omnes Iudæi, ea geſtaret, ſed ambitionem Phariſæorum exagitat, qui, ut ſupra alios ſanctiſſimi eſſe viderentur, ac legis præceptorum obſervantiſſimi, ea latiora, quam reliqui Iudæi geſtarent. Quod dilatarent igitur, non quod ferrent, hoc in illis, hoc eſt ambitionem non obſervationem damnavit Dominus: Quod autem *φυλακτήρια* Epiphanius *πλατέα σήματα πορφύρας* interpretatur, nemo probabit, niſi qui quid ſint *σήματα*, in veſte, & *πλατύσημος πορφύρα*, ignorat. quod non magis convenit Phylacteriis, quam veſti membranula, aut pittacium, quod fronti apponitur. *σήματα πορφυρᾶ*, item *πλατύσημος*.

μ© πορφύρας, eſt Laticlavium, quod Senatores Romani gestabant, & Equitum quidem erat anguſtius: unde anguſticlavium dicebatur. Erat vero inſtar Epomidis Epiſcopalis. Quam hoc conveniat Phylacteriis peritiorum judicium eſto. Quod autem latus clavus eſſet inſtar epomidis monaſticæ dempto cucullo, fidem fecerint ſcholia vetera in illud Horatii, *Prætextam latum clavum prunæque batillum. Latus clavus*, inquit, *colobion Græce dicebatur veſtis quæ ad pectus magiſtratuum extendebatur in formam lati clavi.* Sed de Dalmaticis, & colobionibus quod addit idem Epiphanius, non magis perſuadet, quam de laticlavio quod dixit, τὰ δὲ σήμαλα, inquit, τῆς πορφύρας φυλακτήεια εἰώθασιν οἱ ἠκειβωμένοι μετονομάζειν. Oportet eos imperitiſſimos fuiſſe, qui Phylacteria clavos purpuræ vocabant. Nam clavi ſunt intexti purpuræ: Phylacteria vero ſunt ſejuncta à purpura, atque adeo toto veſtitu. Neque ſane ὑπὸ τῶν ἠκειβωμένων, ſed ab imperitis, ſi qui ita ſentiebant, hoc aſſeri potuit. Pag. 66. de fimbriis longe παραδοξότερα pronunciat Epiphanius, in quatuor angulis veſtis ῥοΐσκους *mala punica* pendere ſolita, quando in caſto erant, & ſanctimoniæ operabantur. ῥοΐσκους γάρ τινας ἐπὶ τὰ τέσσαρα πτερύγια τοῦ τρίβων© ἕκαστ© εἶχεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ στήμον© καταδεμένους ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύοντο, ἢ παρθενίαν ἤσκειν. Si mala punica, non igitur κράσπεδα. Si ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύοντο, non igitur ſemper. Atqui eos μεγαλύνειν τὰ κράσπεδα ſemper, non certis temporibus diſerte colligitur ex textu Matthæi. Sed quot ſunt ejuſmodi apud Epiphanium? quum tamen divinum ejus opus ſit, & omni laude majus, quod Panarium inſcripſit. Non verum eſt περὶ ῥοΐσκων. Impoſuit illi autor parum accuratus, unde accepit. Nam ῥοΐσκους nullus Iudæus, præter ſummum Sacerdotem in ora tunicæ ferebat, idque

(margin: 67 beside first line; 68 beside "longe παραδοξότερα")

nec ſummus Sacerdos, niſi in templo, idque in ϛολισμῷ ἁγίῳ, non in quotidiana tunica. Meminimus tamen in Targum Eſter mentionem fieri veſtis, quæ in quatuor angulis ῥοΐζκυς καὶ κωδώνια habebat, cap. 6. 10 *Feſtina: cape veſtem.* Ibi תרגום שני id eſt, altera Paraphraſis, ita
69 veſtem illam exponit: זוגא דדהבא ורמונא לכל רוחא καὶ κώδων χρυσοῦς καὶ ῥοΐζκος πρὸς πάντα ἄνεμον Ad quatuor en. ventos .i. ad quatuor mundi cardines τὰ κεράσπεδα, nimirum in quatuor angulis veſtis ponebantur Deuter. 22. 12. Veſtem autem Xerxis regis Perſarum homo Iudæus ſomniat ῥοΐζκυς & κώδωνας habuiſſe, idque in quatuor angulis, inſtar fimbriarum veſtis Iudaicæ. quod quamvis tam falſum, quam ridiculum, tamen niſi Princeps Iudæorum ejuſmodi veſtem geſtaſſet, proculdubio hoc ille Metaphraſtes non dixiſſet. Itaque verum quidem illum morem fuiſſe oportet, ſed falſo regi Perſarum attributum ab homine Iudæo. Pag 67. Quod in fimbriis Phariſæos ait Hieronymus ſpinas alligaſſe, non id mirabitur, qui legit in Commentariis Iudæorum, fuiſſe genus quoddam Phariſæorum, qui pedes, & nuda corporis allidebant muris inter ambulandum, ut ſanguinem elicerent.

Locus Matthæi 15. 5 explicatus, & illuſtratus Maſii de ea
70 *ſententia rejecta. Theophraſti locus apud Ioſephum illuſtratus. Korbona. Iuſiurandum.*

Cap. 9.

HOc reliquum erat: ut indigerem [illegible] Ariſtarcho Se[illegible]ario ad interpretationem loc[illegible] [illegible]hæi 15. 5. 6. *Munus quodcunque eſt ex me, tibi* [illegible] [illegible]pſe dicit verbum EST malo aliquo fato ſed[illegible] [illegible]taſſe, & ita reponendum, *M*[illegible] *quodc*[illegible] *x me proderit:* tanquam

tanquam *τὸ ἐςὶ* ſubintelligendum ſit in Græco, *δῶρον ἐςὶν, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμȣ̃ ὠφεληθῆς*. Addit interpretationem, qua nihil alienius a ſenſu euangeliſtæ adferri potuit, nihil jocularius. Non ero Declamator ſocietatis. Non ſolum Rabbini, ſed & Doctores Latini notiſſimas & vulgo tritiſſimas ſententias dimidiatas ſolent citare. Ita etiam proverbia apud omnes nationes aliquando inchoata proferuntur. Quum igitur quis offerebat Korban, dicebat; *Hoc Korban, quod ego Deo offero proſit mihi, & meis*, קורבן הרא יהנא לי ולדי לי. Huc pacto putabat ſe liberum debita caritate in parentes, & defunctum omni pietatis officio erga ipſos illo dono, quod Deo obtuliſſet, ita ut, 71
ſi a parentibus provocatus aut admonitus officii eſſet, aut de alimoniis dandis, aut de aliis officiis præſtandis, eos ille ſubmoveret exceptione illius oblationis, *Niſi quod ego pro te obtuli, me hoc omni onere liberat*. Supplenda igitur eſt primum exceptio illa filii adverſus patrem, *δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμȣ̃ ὠφεληθῆς, πάσης μὲ πρὸς σὲ τιμῆς καὶ ὑπηρεσίας ἐλευθεροῖ*. *Donum, quod a me profectum tibi profuit, omni erga te honore debito, ac onere & officio liberat me*. Deinde continuanda & ſupplenda itidem ſententia Phariſæorum: *ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρὶ*, ΔΩΡΟΝ, Ο ΕΑΝ ΕΞ ΕΜΟΥ ΩΦΕΛΗΘΗΣ ΠΑΣΗΣ ΜΕ ΠΡΟΣ ΣΕ ΤΙΜΗΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΙ. *καὶ ȣ̓ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτȣ̃, ἢ τὴν μητέρα αὐτȣ̃, ἀναίτιος ἐςὶν.* aut tale aliquid. Hac eſt vera interpretatio, quæ omnes doctos, indoctos, veteres, recentiores fugit. Neque eſt quod Maſius, vir omni exceptione major, jactet ſe illum locum aſſecutum eſſe, ut Serario (quamquam diſſimulat) daret novæ interpretationis argumentum. Nihil enim attulit Maſius, quod vel 72
minimum lucis huic loco afferat. Itaque omnes illa verba, *ὃ ἐὰν ὠφεληθῆς quod tibi profuerit*, quam præpoſtere

 contra

nec ſummus Sacerdos, niſi in templo, idque in ϛολισμῷ ἁγίῳ, non in quotidiana tunica. Meminimus tamen in Targum Eſter mentionem fieri veſtis, quæ in quatuor angulis ῥοΐσκους καὶ κωδώνια habebat, cap. 6. 10 *Feſtina: cape veſtem.* Ibi תרגום שני id eſt, altera Paraphraſis, ita
69 veſtem illam exponit: וזגא דדהבא ורמונא לכל רוחא καὶ κώδων χρυσοῦς καὶ ῥοΐσκος πρὸς πάντα ἄνεμον Ad quatuor ventos .i. ad quatuor mundi cardines τὰ κράσπεδα, nimirum in quatuor angulis veſtis ponebantur Deuter. 22. 12. Veſtem autem Xerxis regis Perſarum homo Iudeus ſomniat ῥοΐσκους καὶ κώδωνας habuiſſe, idque in quatuor angulis, inſtar fimbriarum veſtis Iudaicæ. quod quamvis tam falſum, quam ridiculum, tamen niſi Princeps Iudæorum ejuſmodi veſtem geſtaſſet, procuIdubio hic ille Metaphraſtes non dixiſſet. Itaque verum quidem illum morem fuiſſe oportet, ſed falſo regi Perſarum attributum ab homine Iudæo. Pag 67. Quod in fimbriis Phariſæos ait Hieronymus ſpinas alligaſſe, non id mirabitur, qui legit in Commentariis Iudæorum, fuiſſe genus quoddam Phariſæorum, qui pedes, & nuda corporis allidebant muris inter ambulandum, ut ſanguinem elicerent.

Locus Matthæi 15. 5 explicatus, & illuſtratus Maſii de ea
70 *ſententia rejecta. Theophraſti locus apud Ioſephum illuſtratus. Korbona. Iuſiurandum.*

Cap. 9.

HOc reliquum erat: ut indigeremus Ariſtarcho Scario ad interpretationem loci Matthæi 15. 5. 6. *Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit.* Ipſe dicit verbum EST malo aliquo fato ſedem commutaſſe, & ita reponendum, *Munus eſt, quodcunque tibi ex me proderit:* tanquam

tanquam τὸ ἐϛὶ ſubintelligendum ſit in Græco, δῶρον ἐϛὶν, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Addit interpretationem, qua nihil alienius a ſenſu euangeliſtæ adferri potuit, nihil jocularius. Non ero Declamator ſocietatis. Non ſolum Rabbini, ſed & Doctores Latini notiſſimas & vulgo tritiſſimas ſententias dimidiatas ſolent citare. Ita etiam proverbia apud omnes nationes aliquando inchoata proferuntur. Quum igitur quis offerebat Korban, dicebat, *Hoc Korban, quod ego Deo offero proſit mihi, & meis*, קורבן הדא יהנא לי ולדיי לי. Huc pacto putabat ſe liberum debita caritate in parentes, & defunctum omni pietatis officio erga ipſos illo dono, quod Deo obtuliſſet, ita ut, 71
ſi a parentibus provocatus aut admonitus officii eſſet, aut de alimoniis dandis, aut de aliis officiis præſtandis, eos ille ſubmoveret exceptione illius oblationis, *Niſi quod ego pro te obtuli, me hoc omni onere liberat*. Supplenda igitur eſt primum exceptio illa filii adverſus patrem, δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, πάσης με πρὸς σὲ τιμῆς καὶ ὑπηρεσίας ἐλευθεροῖ. *Donum, quod a me profectum tibi profuit, omni erga te honore debito, ac onere & officio liberat me.* Deinde continuanda & ſupplenda itidem ſententia Phariſæorum: ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρὶ, ΔΩΡΟΝ, Ο ΕΑΝ ΕΞ ΕΜΟΥ ΩΦΕΛΗΘΗΣ ΠΑΣΗΣ ΜΕ ΠΡΟΣ ΣΕ ΤΙΜΗΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΙ, καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ, ἀναίτιος ἐϛίν aut tale aliquid. Hac eſt vera interpretatio, quæ omnes doctos, indoctos, veteres, recentiores fugit. Neque eſt quod Maſius, vir omni exceptione major, jactet ſe illum locum aſſecutum eſſe, ut Serario (quamquam diſſimulat) daret novæ interpretationis argumentum. Nihil enim attulit Maſius, quod vel 72
minimum lucis huic loco afferat. Itaque omnes illa verba, ὃ ἐὰν ὠφεληθῇς *quod tibi profuerit*, quam præpoſtere

 contra

contra Helleniſmum interpretantur? quam inepte Serarius? quis ejus verba intelligat, ſive ſeorſim conſiderata, ſive, ſive cum Græcis collata? δῶρον, ὃ ἐαν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, *Munus eſt, ſeu Deo oblatum eſt, aut Deo votum ac dicatum ſit omne illud, quo tibi prodeſſe poſſum.* Vos valete & plaudite, Serarioque cantharum mulſi date. Ita dixit Dominus noſter: Vos autem dicitis, *Quicunque dixerit patri aut matri, Donum, quodcunque ex me tibi profuerit:* & cætera. *& non (tamen) honoraverit patrem ſuum & matrem:* & cætera. Nam illud ET CAETERA (quod eſt ſubintelligendum) oſtendit deeſſe ſententiæ, quod quiſque audiens ſupplere poſſet. Erat enim nota ſententia. Hebræi Magiſtri dicunt וכולי & cætera. Quis eſt parum Græce intelligens, qui malit aliter, ac Syrus interpres, ea exponere? δῶρον, ὃ ἐαν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. id eſt, *Donum*
73 *quod ex me tibi profuerit.* donum à me profectum. Syrus: *Donum meum quodpiam, quo ex me juvaberis?* niſi quod illud ἐξ ἐμοῦ non conjungit cum voce δῶρον, ſed cum verbo ὠφεληθῇς. Certe eadem eſt interpretatio Hieronymi & Theophilacti cum noſtra. In hoc tantum laboratur, ut verba ipſa bene concipiantur. In verbis Thalmud, quæ citat Maſius, eadem plane verba ſunt, quæ in textu Euangeliſtæ. קורבן כל מה דתתהנא מני: δῶρον πᾶν, ὅ, τι ἄν ὠφεληθῇς ἐξ ἐμοῦ. quomodo Syrus Interpres. At doctiſſimus Maſius ita interpretatur, quaſi dictum ſit, πᾶν ὅ, τι ἄν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, κορβᾶν ἔϛω, τοῦτ' ἔϛιν ἀνάθεμα. Hic anathema nullum locum habet, & longe longeque a ſenſu Euangeliſtæ remotum eſt. Et ut uno verbo dicam, ineptiſſimum eſt. Quod autem ad juvandam interpretationem Maſii Serarius adfert locum Thophraſti, quem nos in Appendice de emend. temp. illuſtravimus, non magis ad interpretationem Maſii facit, quam Inter-

pretatio

pretatio Maſii ad mentem Euangeliſtæ. Certiſſimum eſt, quos Theophraſtus vocavit Tyrios, eos eſſe Hebręos, 74
qui Tyriorum lingua, quæ mera Hebraica erat, utebantur. In vetuſtiſſimis igitur legibus δευτερώσεων Iudaicarum, hoc erat præceptum negativum, *Non jurare per Korban* Matthęi 23.18. ubi etiam Syrus Paraphraſtes utitur verbo *Korbono*. Hæc eſt mens Theophraſti: neque aliter ſenſit Ioſephus, qui per Tyrios ibi Iudæos innui rectiſſime judicavit. At jurare per Korbona quid commune habet cum illo, *Korbona omne*, *quod a me tibi profuerit*. An filium, qui ita patrem alloquatur, neceſſe jurare? Nugæ. nugæ. Sunt acumina Societatis.

De Doctorebus ſedentibus, de Diſcipulis, de Magiſtrandis, de manuum impoſitione, & alia utiliſſima, Rabbi Baba. Papa. ὁ κατὰ κέραν πατὴρ ἐπίσκοπος. Κέρα quid.

CAP. 5.

PAg. 73. *Sedendi tamen conſuetudo Doctoribus, cum in Scholis, Synagogis docerent.* Hoc verum eſt. Sed quia ὁλοσχερῶς dicta, ea accuratius a nobis explicanda. Qui
dabat operam Doctori, primum erat תַּלְמִיד μαθητής. 58
Projectus ad pedes Doctoris audiebat docentem. Diſcipulus enim legebat projectus in ſolo, διεῤῥιμμένος ἐν ἐδάφει, מוטל בקרקע Doctor autem interpretabatur, quæ ipſe legebat. Et quamdiu diſcebat ἐν ἐδάφει, illud tempus dicebatur, קטנות. practici dicunt Minoritatem. eſt enim verbo verbum redditum. Et diſcipulus dicebatur קָטָן Minor, tam ratione ætatis, (dicebatur enim בָּחוּר) ut Iuriſconſulti, quam ratione etiam diſciplinæ, quod adhuc tiro eſſet. Itaque legimus: אמר ר/ כשהייתי קטן קריתי לפני ר/ יהודה במגלה וזה באושא. *Dixit Rab, quum eſſem*

eſſem minor, legebam coram Rabbi Iehuda in volumine Eſther, iſque erat æger. Quod vero projectus in ſolo dabat illi operam ad pedes ejus, probatur ſententia Ioſe ben Ioezer in Pirke Avoth: יהי ביתך בית ועד לחכמין והוי מתאבק בעפר רגליהם *Sit domus tua domus conciliabuli Sapientibus, & pulveriza te pulvere pedum eorum.* & eo loco Pauli Act. 22 3. ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς
76 πόδας Γαμαλιήλ. Quamdiu erat בָחור vocabatur de nomine patris, non addito nomine proprio. Poſt χειροθεσίαν, dicebatur Rabbi Ioſua Ben Bethira. Ante χειροθεσίαν, tacito nomine Ioſuæ tantum ben Bethira, Eliezer. &c. Poſtea promovebatur ad Magiſterium per manus impoſitionem, quam Græci Eccleſiaſtici χειροθεσίαν, Hebræi Magiſtri סמיכה vocant: quemadmodum eum qui magiſtrādus eſt סמוך vocant, aut ſaltem qui eſt Mello-doctor. Qui manum imponebat, dicebatur, סומך. Et propterea Rabbi Iuda filius Babæ cognominabatur הסומך ὁ χειροθέτης. quia abſque eo foret, inquiunt Thalmudiſtæ, actum erat de manuum Impoſitionis actu legitimo. Ipſe enim carmen legitimum τῆς χειροθεσίας inſtituit. ר יהודה בן בבא הסומך שאלמלא הוא בטלו דיני קנסות לישראל וכן הסמיכה: והסמיכה לאו דוקא ביד כמו שעשה משה ליהושע אלא אפילו בדבור בלבד די שיאמר אני סומך אותך תהיה סמוך *Magiſter Iuda filius Babæ cognomine χειροθέτης, propterea quod abſque eo fuiſſet, perierant ex Iſrael*
77 *tam judicia criminalia, quam manuum impoſitio, quæ non fiebat per manum duntaxat, quomodo fecit Moſes Ioſuæ, ſed & conceptis verbis, præter illud quod dici ſolet, Ego tibi impono manum & manus impoſita tibi eſto,* hoc eſt, *Et magiſter eſto.* Ex quibus colligitur non ſolum vetuſtiſſimam fuiſſe χειροθεσίας formulam illam, quæ ibi concepta eſt, ſed etiam aliud præterea verborum civilium carmen ad formam

Hæc de re. Vide Cunæum de Rep Ebr. lib. 1. cap. 12.

Digitized by Google

formam veterem à Iuda adjectum fuiſſe. Poſt impoſitionem manus non ſtatim dicebatur Magiſter, quamvis Magiſterii gradu auctus, ſed tantum vocabatur חָבֵר: qui in eadem ſignificatione Græcis eſt γνώριμος: ut Σπεύσιπ-πος γνώριμος Πλάτωνος; ſignificat diſcipulum, non utique tironem, ſed qui docere poſſit. Cicero vertit Familiarem. Itaque nunquam חבר ponitur niſi cum ſuo relativo, ut Rabbi Iſmael Γνώριμος ſive חבר τοῦ Rabbi Eleazar. quamdiu erat חבר, is nunquam ſedebat Doctore ſuo ſédente, ſed projectus in pavimento. In capite primo
BERACHOTH: היה ר׳ אלעזר בן עזריה יושב ורבי ישמעאל
מוטה *Sedente Magiſtro Eleazaro Magiſter Iſmael proje-* 78
ctus in latus jacebat. Nempe, inquit, שה׳ה חברו של רבי אלעזר *quod erat Scholaſticus ipſius R. Eleazari.* Elias: אדם שהוא בסמך לרבנות אבל אינו ראוי עדין להיות מורה הוראה להקרא מורנו הרב קורין אותו חבר הרב *Cuicunq; manus impoſita eſt ad Magiſterium & tamen nondum dignus eſt, ut doceat dogma, qui vocetur Doctor noſter Magiſter, vocatur Scholaſticus, aut familiaris Magiſtri.* Ex iſtis potes videre doctiſſimũ Interpretem, & Hebraice peritiſſimum, ſi quis alius inter Chriſtianos poſt memoriam noſtram extitit, male hæc omnia fere Eliæ verba reddidiſſe, & præſertim quid eſſet בסמך non intellexiſſe. Itaq; ne ægre ferat Serarius, ſi ipſe, qui tiro Hebraiſmi eſt, toties in Hebraicis offendat, quum tantus vir, cujus ne minimam quidẽ ejus virtutum aſſequetur ipſe, rem non tironibus quidem obviam, ſed tamen doctiſſimo viro, cujuſmodi fuit ille, non ignorandam, neſcivit. Chriſtum vero δωδεκαέτη inter Doctores & ſediſſe & docuiſſe, qui Rabbi neque per ætatem,
neque per diſciplinam fuiſſet; quæ cauſſa reddi poſſit, 79
nullam magis idoneam video, quam quod propter ejus admirandam & ſupra captum humanum excellentem

quantum lectio hæc a vulgata differat. Intelligitur vero hic קרי *ὀνειρωγμός*. Et laudatur R. Heuna דלא ראה קרי quod non *ὀνειρώξατο*. Pag. 63. *Totaphoth* טטפות: Septua-
62 ginta interpretes *ἀσάλευτα*, id eſt, amuleta verterunt: quam vocem Grammatici nondum in ſua Lexica retulerunt. Itaque idem eſt *ἀσάλευτον*, & *φυλακτήριον*. Vtrumque enim eſt Amuletum. Veteribus Latinis, Varrone teſte, Proebra, pro quo in Gloſſario perperam *Praevia*. *φυλακτήριον Servatorium, Amolimentum, Amoletum; Praevia.* Vitium ex prava V cum B commutatione natum. Ne gentium Phylacteriis populus Dei uteretur, quod aſſueverant facere, dum inquilini in Ægypto ſervirent, & Ægyptiorum ſuperſtitioſis amuletis frontes munibant, Moſes præcepit, ut Decalogum in membranulis, quas *κεφαλίδας* vocabant, inſcriptum in frontibus geſtarent. Hæc ſane Totaphoth vocantur, Aegyptiaco vocabulo. Sed Kimhi aliter & quidem *ἰουδαϊκῶς*, hoc eſt inepte *καὶ περιέργως*, deducit ex voce Aegyptia, & Africana: quod Aegyptiace TOT ſignificet duo item PHOT Africane duo. Duo duo autem ſunt quatuor; quia, inquit, quatuor pagellarum illa Totaphoth fiunt. טט בגרפי שתים פת
63 באפרקי שתים. Sed perperam ibi בגרפי pro בגפטי Ægyptiace: quæ lectio vitioſa abſurdam interpretationem à viro Hebraice longe doctiſſimo expreſſit, טט, inquit, eſt גרפי שתים Alæ duæ. Quod aliquo Tirone potius, quam tanto viro dignum erat. Nam dicendum eſſet שתי גרפי. Apud Hieronymum Matt. 23 *pictaciola* perperam legitur pro *Pittaciola*. Πιττάκιον enim eſt proprio fruſtum panni. Vnde hodie Hiſpanis & Aquitanis *Pedaco* & *Pedas* dicitur. Gallo-Franci hinc *Piece* fecerunt. Hinc igitur & indicula membranacea vocantur pittaciola: de quibus ſatis alibi nos ſcripſiſſe meminimus. In excerptis Polybii Ful.

Vrſinus

Vrſinus vir alioqui diligentiſſimus nō intellexit πιττάκιον quid eſſet. Pyctia πυκτία idem ſunt, ſed ab alia origine: ꝙ complicarentur. Quidam putaverunt falſo, quod pugni inſtar conglobarentur. Vnde πυγγία in Idiotiſmo dicta ſcribit Balſamo, hoc eſt pugillos, à pugno videlicet.

ἀσάλευτον. *Hieronymi ſententia de Phylacteriis rejecta.* πλατύσημον. *Laticlavium Epiphanii ſententiæ non probantur.*

CAP. 8.

PAg. 64. *In bonam vero partem ſcripſit Longobardum Regina Theodolinda S. Gregorius.* Imo in malam partem, 64
ſi Hieronymi verba audiamus, quæ de induſtria omiſit Serarius. Nos locum ejus integrum apponemus. *Pittaciola illa Decalogi phylacteria vocabant, quod quicunque habuiſſet ea quaſi ob cuſtodiam & munimentum ſui haberet, non intelligentibus Phariſæis quod hæc corde portanda ſint, non in corpore. Alioquin & arcæ & armaria habent libros, at notitiam Dei non habent. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ in parvulis Euangeliis & crucis ligna, & iſtiuſmodi; quæ habent quidem Zelum Dei, ſed non juxta ſcientiam, uſque hodie factitant culicem liquantes, & camelum deglutientes.* Hunc igitur locum Hieronymi meliore ſui parte truncatum produxit Serarius, ne quod venerandi Patres Societatis faciendum præcipiunt, hujus loci authoritate eluderetur. Non ſolum hæc ſuperſtitio, quam ſuo ævo obtinuiſſe conqueritur Hieron. ſed etiam hodie tam 65
apud Chriſtianos & Mahumedanos in uſu eſt, qui Euangelium Iohannis ἐν περιάπτοις geſtant: idque vocant חמאיל. Pag. 63. *Quum Sanctus Hieronymus reſpondet nullum fuiſſe præceptum, quo Iudæi ad Phylacteria obligarentur.* Hoc

ſane ab eruditiſſimo Hieronymo dictum eſt in verbis, quæ ſupra adduximus: quod magis mirari poſſumus, quam defendere. Nam omnino illi verba legis adverſantur, & vetuſtiſſimus mos Iudæorum. Melius Theophylactus, τὸ ἔχειν ἐπὶ τῆς χειρὸς τὸ φυλακτήριον, ἐσήμαινε τὸ δεῖν ἐργάζεσθαι τὰς ἐντολάς. Non enim negat legem hæc præcepiſſe, ſed eo innui legis præcepta non tantum in pittaciis geſtanda, ſed etiam re exequenda. Iuſtinus quoque in Tryphone: καὶ γὰρ τὸ κόκκινον βάμμα περιτιθέναι αὐτοῖς ἐνετείλατο ὑμῖν, ἵνα διὰ τούτου μὴ λήθη ὑμᾶς λαμβάνῃ τοῦ θεοῦ, καὶ φυλακτήριον ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν ἀπαντως ἅγια νοοῦμεν εἶναι, περικεῖσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσε, καὶ διὰ τούτων δυσωπῶν ὑμᾶς ἀεὶ μνήμην ἔχειν τοῦ Θεοῦ. Neq; minus Dominus noſter Ieſus Chriſtus phylacteria,
66 & fimbrias geſtavit, quam Phariſæi. Omnes omnino hoc facere tenebantur diſertis verbis legis. Aliter tanquam legirupæ lapidibus obruti necarentur. Et miror tanto viro Hieronymo, tam alienam a mente Moſis, a veteri Iudæorum & Samaritarum conſuetudine, ſententiam excidiſſe. Nam Chriſtus non quidem Phylacteria damnat, quum lex illa præcepiſſet, & ipſemet, ut alii omnes Iudæi, ea geſtaret, ſed ambitionem Phariſæorum exagitat, qui, ut ſupra alios ſanctiſſimi eſſe viderentur, ac legis præceptorum obſervantiſſimi, ea latiora, quam reliqui Iudæi geſtarent. Quod dilatarent igitur, non quod ferrent, hoc in illis, hoc eſt ambitionem non obſervationem damnavit Dominus: Quod autem φυλακτήρια Epiphanius πλάτεα σήματα πορφύρας interpretatur, nemo probabit, niſi qui quid ſint σήματα, in veſte, & πλατύσημος πορφύρα, ignorat. quod non magis convenit Phylacteriis, quam veſti membranula, aut pittacium, quod fronti apponitur. σήματα πορφυρᾶ, item πλατύσημος

μος πορφύρα, eſt Laticlavium, quod Senatores Romani 67
geſtabant, & Equitum quidem erat anguſtius: unde anguſticlavium dicebatur. Erat vero inſtar Epomidis Epiſcopalis. Quam hoc conveniat Phylacteriis peritiorum judicium eſto. Quod autem latus clavus eſſet inſtar epomidis monaſticæ dempto cucullo, fidem fecerint ſcholia vetera in illud Horatii, *Prætextam latum clavum prunæque batillum. Latus clavus,* inquit, *colobion Græce dicebatur veſtis quæ ad pectus magiſtratuum extendebatur in formam lati clavi.* Sed de Dalmaticis, & colobionibus quod addit idem Epiphanius, non magis perſuadet, quam de laticlavio quod dixit, τὰ δὲ σήμαλα, inquit, τῆς πορφύρας φυλακτήρια εἰώθασιν οἱ ἠκριβωμένοι μεἸονομάζειν. Oportet eos imperitiſſimos fuiſſe, qui Phylacteria clavos purpuræ vocabant. Nam clavi ſunt intexti purpuræ: Phylacteria vero ſunt ſejuncta à purpura, atque adeo toto veſtitu. Neque ſane ὑπὸ τῶν ἠκριβωμένων, ſed ab imperitis, ſi qui ita ſentiebant, hoc aſſeri potuit. Pag. 66. de fimbriis longe παραδοξότερα pronunciat Epiphanius, in quatuor 68
angulis veſtis ῥοΐσκους *mala punica* pendere ſolita, quando in caſto erant, & ſanctimoniæ operabantur. ῥοΐσκους γάρ τινας ἐπὶ τὰ τέσσαρα πλερύγια τοῦ τρίβωνος ἕκαστος εἶχεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ στήμονος καλαδεμένους ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύοντο, ἢ παρθενίαν ἤσκεεν. Si mala punica, non igitur κράσπεδα. Si ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύοντο, non igitur ſemper. Atqui eos μεγαλύνειν τὰ κράσπεδα ſemper, non certis temporibus diſerte colligitur ex textu Matthæi. Sed quot ſunt ejuſmodi apud Epiphanium? quum tamen divinum ejus opus ſit, & omni laude majus, quod Panarium inſcripſit. Non verum eſt περὶ ῥοΐσκων. Impoſuit illi autor parum accuratus, unde accepit. Nam ῥοΐσκους nullus Iudæus, præter ſummum Sacerdotem in ora tunicæ ferebat, idque

nec ſummus Sacerdos, niſi in templo, idque in ϛολισμῷ ἁγίῳ, non in quotidiana tunica. Meminimus tamen in Targum Eſter mentionem fieri veſtis, quæ in quatuor angulis ῥοΐσκυς καὶ κωδώνια habebat, cap. 6. 10 *Feſtina: cape veſtem.* Ibi תרגום שני id eſt, altera Paraphraſis, ita
69 veſtem illam exponit: וזגא דדהבא ורמונא לכל רוחא καὶ κώδων χρυσοῦς καὶ ῥοΐσκος πρὸς πάντα ἄνεμον Ad quatuor ventos .i. ad quatuor mundi cardines τὰ κράσπεδα, nimirum in quatuor angulis veſtis ponebantur Deuter. 22. 12. Veſtem autem Xerxis regis Perſarum homo Iudęus ſomniat ῥοΐσκυς & κώδωνας habuiſſe, idque in quatuor angulis, inſtar fimbriarum veſtis Iudaicæ. quod quamvis tam falſum, quam ridiculum; tamen niſi Princeps Iudæorum ejuſmodi veſtem geſtaſſet, proculdubio hic ille Metaphraſtes non dixiſſet. Itaque verum quidem illum morem fuiſſe oportet, ſed falſo regi Perſarum attributum ab homine Iudæo. Pag 67. Quod in fimbriis Phariſæos ait Hieronymus ſpinas alligaſſe, non id mirabitur, qui legit in Commentariis Iudæorum, fuiſſe genus quoddam Phariſæorum, qui pedes, & nuda corporis allidebant muris inter ambulandum, ut ſanguinem elicerent.

Locus Matthæi 15. 5 explicatus, & illuſtratus Maſii de eo
70 *ſententia rejecta. Theophraſti locus apud Ioſephum illuſtratus. Korbona. Iuſiurandum.*

Cap. 9.

HOc reliquum erat: ut indigeremus Ariſtarcho Scario ad interpretationem loci Matthæi 15. 5. 6. *Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit.* Ipſe dicit verbum EST malo aliquo fato ſedem commutaſſe, & ita reponendum, *Munus eſt, quodcunque tibi ex me proderit:* tanquam

tanquam τὸ ἐςὶ ſubintelligendum ſit in Græco, δῶρον ἐςὶν, ὃ ἐαν ἐξ ἐμȢ ὠφεληθῇς. Addit interpretationem, qua nihil alienius a ſenſu euangeliſtæ adferri potuit, nihil joculatius. Non ero Declamator ſocietatis. Non ſolum Rabbini, ſed & Doctores Latini notiſſimas & vulgo tritiſſimas ſententias dimidiatas ſolent citare. Ita etiam proverbia apud omnes nationes aliquando inchoata proferuntur. Quum igitur quis offerebat Korban, dicebat, *Hoc Korban, quod ego Deo offero proſit mihi, & meis*, קורבן הרא יהנא לי ולדי לי. Hoc pacto putabat ſe liberum debita caritate in parentes, & defunctum omni pietatis officio erga ipſos illo dono, quod Deo obtuliſſet, ita ut, 71
ſi a parentibus provocatus aut admonitus officii eſſet, aut de alimoniis dandis, aut de aliis officiis præſtandis, eos ille ſubmoveret exceptione illius oblationis, *Niſi quod ego pro te obtuli, me hoc omni onere liberat.* Supplenda igitur eſt primum exceptio illa filii adverſus patrem, δῶρον, ὃ ἐαν ἐξ ἐμȢ ὠφεληθῇς, πάσης μὲ πρὸς σὲ τιμῆς καὶ ὑπηρεσίας ἐλευθεροῖ. *Donum, quod a me profectum tibi profuit, omni erga te honore debito, ac onere & officio liberat me.* Deinde continuanda & ſupplenda itidem ſententia Phariſæorum: ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρὶ, ΔΩΡΟΝ, Ο ΕΑΝ ΕΞ ΕΜΟΥ ΩΦΕΛΗΘΗΣ ΠΑΣΗΣ ΜΕ ΠΡΟΣ ΣΕ ΤΙΜΗΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΙ, καὶ ȣ̓ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτȢ̃, ἢ τὴν μητέρα αὐτȢ̃, ἀναίτιος ἐςίν. aut tale aliquid. Hac eſt vera interpretatio, quæ omnes doctos, indoctos, veteres, recentiores fugit. Neque eſt quod Maſius, vir omni exceptione major, jactet ſe illum locum aſſecutum eſſe, ut Serario (quamquam diſſimulat) daret novæ interpretationis argumentum. Nihil enim attulit Maſius, quod vel 72
minimum lucis huic loco afferat. Itaque omnes illa verba, ὃ ἐαν ὠφεληθῇς *quod tibi profuerit*, quam præpoſtere

 contra

contra Helleniſmum interpretantur? quam inepte Serarius? quis ejus verba intelligat, ſive ſeorſim conſiderata, ſive, ſive cum Græcis collata? δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, *Munus eſt, ſeu Deo oblatum eſt, aut Deo votum ac dicatum ſit omne illud, quo tibi prodeſſe poſſum.* Vos valete & plaudite, Serarioque cantharum mulſi date. Ita dixit Dominus noſter: Vos autem dicitis, *Quicunque dixerit patri aut matri, Donum, quodcunque ex me tibi profuerit:* & cætera. *& non (tamen) honoraverit patrem ſuum & matrem:* & cætera. Nam illud ET CAETERA (quod eſt ſubintelligendum) oſtendit deeſſe ſententiæ, quod quiſque audiens ſupplere poſſet. Erat enim nota ſententia. Hebræi Magiſtri dicunt וכבלי & cætera. Quis eſt parum Græce intelligens, qui malit aliter, ac Syrus interpres, ea exponere? δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. id eſt, *Donum quod ex me tibi profuerit.* donum à me profectum. Syrus:
73 *Donum meum quodpiam, quo ex me juvaberis?* niſi quod illud ἐξ ἐμοῦ non conjungit cum voce δῶρον, ſed cum verbo ὠφεληθῇς. Certe eadem eſt interpretatio Hieronymi & Theophilacti cum noſtra. In hoc tantum laboratur, ut verba ipſa bene concipiantur. In verbis Thalmud, quæ citat Maſius, eadem plane verba ſunt, quæ in textu Euangeliſtæ. קורבן כל מה דתהנא מני: δῶρον πᾶν, ὅ, τι ἂν ὠφεληθῇς ἐξ ἐμοῦ. quomodo Syrus Interpres. At doctiſſimus Maſius ita interpretatur, quaſi dictum ſit, πᾶν ὅ, τι ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, κορβᾶν ἔσω, τοῦτ' ἔστιν ἀνάθεμα. Hic anathema nullum locum habet, & longe longeque a ſenſu Euangeliſtæ remotum eſt. Et ut uno verbo dicam, ineptiſſimum eſt. Quod autem ad juvandam interpretationem Maſii Serarius adfert locum Thophraſti, quem nos in Appendice de emend. temp. illuſtravimus, non magis ad interpretationem Maſii facit, quam Interpretatio

pretatio Maſii ad mentem Euangeliſtæ. Certiſſimum eſt, quos Theophraſtus vocavit Tyrios, eos eſſe Hebręos, 74
qui Tyriorum lingua, quæ mera Hebraica erat, utebantur. In vetuſtiſſimis igitur legibus δευτερώσεων Iudaicarum, hoc erat præceptum negativum, *Non jurare per Korban* Matthęi 23. 18: ubi etiam Syrus Paraphraſtes utitur verbo *Korbono*. Hæc eſt mens Theophraſti: neque aliter ſenſit Ioſephus, qui per Tyrios ibi Iudæos innui rectiſſime judicavit. At jurare per Korbona quid commune habet cum illo, *Korbona omne*, *quod a me tibi profuerit*. An filium, qui ita patrem alloquatur, neceſſe jurare? Nugæ. nugæ. Sunt acumina Societatis.

De Doctorebus ſedentibus, de Diſcipulis, de Magiſtrandis, de manuum impoſitione, & alia utiliſſima, Rabbi Baba. Papa. ὁ κατὰ κεῖραν πατὴρ ἐπίσκοπος. Κεῖρα *quid.*

Cap. 5.

PAg. 73. *Sedendi tamen conſuetudo Doctoribus, cum in Scholis, Synagogis docerent.* Hoc verum eſt. Sed quia ὁλοσχερῶς dicta, ea accuratius a nobis explicanda. Qui
dabat operam Doctori, primum erat תַּלְמִיד μαθητής. 58
Projectus ad pedes Doctoris audiebat docentem. Diſcipulus enim legebat projectus in ſolo, διεῤῥιμμένος ἐν ἐδάφει, מוטל בקרקע Doctor autem interpretabatur, quæ ipſe legebat. Et quamdiu diſcebat ἐν ἐδάφει, illud tempus dicebatur, קטנות. practici dicunt Minoritatem. eſt enim verbo verbum redditum. Et diſcipulus dicebatur קָטָן Minor, tam ratione ætatis, (dicebatur enim בָּחוּר) ut Iuriſconſulti, quam ratione etiam diſciplinæ, quod adhuc tiro eſſet. Itaque legimus: אמר ר׳ כשהייתי קטן קריתי לפני ר׳ יהודה במגלה וזה באושא. *Dixit Rab, quum*

eſſem

eſſem minor, legebam coram Rabbi Iehuda in volumine Eſther, iſque erat æger. Quod vero projectus in ſolo dabat illi operam ad pedes ejus, probatur ſententia Ioſe ben Ioezer in Pirke Avoth: יהי ביתך בית ועד לחכמין והוי מתאבק בעפר רגליהם *Sit domus tua domus conciliabuli Sapientibus, & pulverıza te pulvere pedum eorum.* & eo loco Pauli Act. 22 3. ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς

76 πόδας Γαμαλιήλ. Quamdiu erat בָחוּר vocabatur de nomine patris, non addito nomine proprio. Poſt χειροθεσίαν, dicebatur Rabbi Ioſua Ben Bethira. Ante χειροθεσίαν, tacito nomine Ioſuæ tantum ben Bethira, Eliezer. &c. Poſtea promovebatur ad Magiſterium per manus impoſitionem, quam Græci Eccleſiaſtici χειροθεσίαν, Hebræi Magiſtri סמיכה vocant: quemadmodum eum qui magiſtrādus eſt סמוך vocant, aut ſaltem qui eſt Mello-doctor.

Hæc de re. Vide Cunæum de Rep Ebr. lib. 1. cap. 12.

Qui manum imponebat, dicebatur, סומך. Et propterea Rabbi Iuda filius Babæ cognominabatur הסומך ὁ χειροθέτης. quia abſque eo foret, inquiunt Thalmudiſtæ, actum erat de manuum Impoſitionis actu legitimo. Ipſe enim carmen legitimum τῆς χειροθεσίας inſtituit. ר יהודה בן בבא הסומך שאלמלא הוא בטלו דיני קנסות לישראל וכן הסמיכה: והסמיכה לאו דוקא ביד כמו שעשה משה ליהושע אלא אפילו בדבור בלבד די שיאמר אני סומך אותך תהיה סמוך *Magiſter Iuda filius Babæ cognomine* χειροθέτης, *propterea quod abſque eo fuiſſet, perierant ex Iſrael*

77 *tam judicia criminalia, quam manuum impoſitio, quæ non fiebat per manum duntaxat, quomodo fecit Moſes Ioſuæ, ſed & conceptis verbis præter illud quod dici ſolet, Ego tibi impono manum & manus impoſita tibi eſto,* hoc eſt, *Et magiſter eſto.* Ex quibus colligitur non ſolum vetuſtiſſimam fuiſſe χειροθεσίας formulam illam, quæ ibi concepta eſt, ſed etiam aliud præterea verborum civilium carmen ad

formam

formam veterem à Iuda adjectum fuiſſe. Poſt impoſitionem manus non ſtatim dicebatur Magiſter, quamvis Magiſterii gradu auctus, ſed tantum vocabatur חָבֵר: qui in eadem ſignificatione Græcis eſt γνώριμος: ut Σπεύσιππος γνώριμος Πλάτωνος; ſignificat diſcipulum, non utique tironem, ſed qui docere poſſit. Cicero vertit Familiarem. Itaque nunquam חבר ponitur niſi cum ſuo relativo, ut Rabbi Iſmael Γνώριμος ſive חבר τοῦ Rabbi Eleazar. quamdiu erat חבר, is nunquam ſedebat Doctore ſuo ſedente, ſed projectus in pavimento. In capite primo BERACHOTH: היה ר׳ אלעזר בן עזריה יושב ורבי ישמעאל
מוטה *Sedente Magiſtro Eleazaro Magiſter Iſmael proje-* 78
ctus in latus jacebat. Nempe, inquit, שהיה חברו של רבי אלעזר *quod erat Scholaſticus ipſius R. Eleazari.* Elias: אדם שהוא בסמוך לרבנות אבל אינו ראוי עדין להיות מורה הוראה להקרא מורנו הרב קורין אותו חבר הרב *Quicunq; manus impoſita eſt ad Magiſterium & tamen nondum dignus eſt, ut doceat dogma, qui vocetur Doctor noſter Magiſter, vocatur Scholaſticus, aut familiaris Magiſtri.* Ex iſtis potes videre doctiſſimũ Interpretem, & Hebraice peritiſſimum, ſi quis alius inter Chriſtianos poſt memoriam noſtram extitit, male hæc omnia fere Eliæ verba reddidiſſe, & præſertim quid eſſet בסמך non intellexiſſe. Itaq; ne ægre ferat Serarius, ſi ipſe, qui tiro Hebraiſmi eſt, toties in Hebraicis offendat, quum tantus vir, cujus ne minimam quidẽ ejus virtutum aſſequetur ipſe, rem non tironibus quidem obviam, ſed tamen doctiſſimo viro, cujuſmodi fuit ille, non ignorandam, neſcivit. Chriſtum vero δωδεκαέτη inter Doctores & ſediſſe & docuiſſe, qui Rabbi neque per ætatem,
neque per diſciplinam fuiſſet; quæ cauſſa reddi poſſit, 79
nullam magis idoneam video, quam quod propter ejus admirandam & ſupra captum humanum excellentem

 eruditio-

eruditionem locus illi inter ſedentes datus eſt. Cujus rei fidem faciunt ea: ἐξίςαντο ἢ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ, καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἐξεπλάγησαν. Sane & Rabbi dictus eſt. Matthæi 26.49. qua appellatione neque digni erant, neque afficiebantur, niſi qui ad gradum Magiſterii διὰ χειροθεσίας promoti erant. Hoc autem Domino datum propter divinam ejus doctrinam, & quia diſcipulos haberet. quemadmodum Iohannes Baptiſta a diſcipulis Rabbi dicitur Ioann. 3 26. Nam certe diſcipulus non eſt ſine Magiſtro, & Magiſter ſine diſcipulo. Itaque Rabboni a muliere dicitur, quod non pertinet ad dignitatem. Quin etiam novus Rabbi, hoc eſt novus Magiſter hoc adhuc deferebat doctori ſuo, ut ſtaret eo ſedente, & docente: quamvis ambo eſſent Magiſtri: ſed hoc dabatur ætati:
80 ut etiam in veteri Eccleſia junior Epiſcopus ſeniorem vocabat Papam: quamvis vulgus omnes Epiſcopos Papas appellaret. Item junior Epiſcopus ſeniorem Epiſcopum τὸν κατὰ κεῖραν πατέρα vocabat eum, qui ætate anteibat. Canone 54. Carthagin. Synodi, cui interfuit Auguſtinus: Ἐπίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὁ κατὰ τὴν κεῖραν πατὴρ, καὶ αὐτῇ τῇ προσκοπῇ ἀρχαιότατος καὶ ἐπαινετὸς ἀνὴρ ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Βίκτωρ. Nam κεῖρα eſt ἡλικία quater aut quinquies in hoc Concilio, quod verbum nuſpiam memini legere, ſed ex locis illius Concilii manifeſto apparet eſſe ἡλικίαν. Et Heſychius interpretatur, κεῖρα γενεὰ, ἢ ἡλικία. De Doctoribus ſtantibus honoris cauſſa non raro & in Talmud, & in Iad Rambam, in Iohaſin, & in Germine David legitur. Quæ igitur Serarius ex collectione locorum Euangelii argumentatur, habet noſtra, quibus ea confirmet, ſi modo Novatorum odium & ζηλοτυπία ejus judicium non occupaverit. Cur autem Sedulium, qui circiter

circiter Anaſtaſii Auguſti tempora vixit, veterrimum vocet, quum vix ita Virgilium vocaverit, qui quidem 81
Latine ſcit, ipſe melius, quam ego, cauſſam reddiderit. Sed Veteratorib. omnia veterrima ſunt, ut Monachatus Eſſenorum, & Dionyſius Areopagita. Pag. 78. ἅπερ ὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις. Sequitur apud Ioſephum in continenti: διὰ τῦτο ταῦτα τὸ Σαδδυκαίων γένος ἐκβάλλει λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα. τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. Nimirum duo ſunt, γεγραμμένα, καὶ τὰ πατροπαράδοτα. Igitur τὰ γεγραμμένα vocabant קרא textum totius ſcripturæ. τὰ πατροπαράδοτα duplicis generis Talmudica. Talmud autem pars eſt Miſna, pars Gemara. Lectio Miſna vocatur שנא: Lectio Gemara הלכה. Quod potes comprehendere primoribus literis hoc verbo קשה.

Serarius inique Cornarium reprehendit. Per imperitiam Helleniſmi non aſſecutus eſt locum Epiphanii. Locus Ieremiæ expoſitus. Syrus paraphraſtes, melius, quam Epiphanius, Scribæ quid eſſent, intellexit. Locus Ieremiæ peſſime a Serario acceptus. Scribarum diſtinctio. Ridicule mentio 82
v. Matthæi a Serario injecta.

Cap. II.

Pag. 104. Apud Hieronymum οἱ σοφοὶ ἡμῶν δευτερῦσι. תנו חכמינו ad verbum. Sed in Commentariis Rabbinorum frequentius תנו רבנן. Pag. 105. *ubi Sapiens, ubi Scriba, ubi conquiſitor hujus ſæculi?* Tria Doctorum genera tetigit חכם. סופר דרשן. Nam דרשן ad verbum eſt συζητητής, ut vocatur ab ipſo Apoſtolo. Vulgo Concionatorem interpretantur. ibidem: σιωπῆσαι αὐτοῖς καὶ οἱ νομικοί. Serarius ne videretur Græce doctior, quam Hebraice, ita

interpretatur: *Cum ipſis enim iÿdem erant & Nomici, ſeu Legiſperiti.* Dicendum enim fuiſſet, quod etiam tirones Helleniſmi objicere poſſint, ἦσαν γὰρ τούτοις αὐτοὶ οἱ νομικοί. Nam quorſum συνῆσαν? Atqui hęc ſunt nugatoria: neq; hæc eſt mens Epiphanii: & Cornarius, quem injuſte carpit Serarius, vir Græce eruditus, recte ſententiam concepit. Epiphanius aperte τοὺς νομικοὺς diſtinguit ἀπὸ
83 τῶν νομοδιδασκάλων, τῶν καὶ γραμματέων. Eoſdem enim facit Γραμματέας & νομοδιδασκάλους, a quibus diſtinguit τοὺς νομικούς; quos accenſet Phariſęis. Ideo recte ait: συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ νομικοί. *Eodem*, inquit, *loco cenſebantur Phariſæi & Νομικοί.* qui quamvis unum corpus, καὶ τάγμα efficiebant, tamen erat diſcrimen quoddam inter Phariſæos, καὶ τοὺς νομικούς: quod ſeverius inſtitutum eſſet Phariſæorum, quam τῶν νομικῶν. Hæc aperte Epiphanius. Inique, inquam, Cornarium reprehendit, qui mentem Epiphanii recte interpretatus eſt, quam Serarius non aſſequitur. Sed Syrus Paraphraſtes aliter ac Epiphanius τὸν νομικὸν ſemper ספרא γραμματέα vertit. quod ſane verum eſt, quum νομοδιδάσκαλοι legem interpretarentur, quod proprium τῶν σοφῶν. νομικοὶ vero formulas juris præſcriberent, & actiones civiles docerent, & forenſia magis tractarent, quod proprium τῶν γραμματέων. Sed hæc & facile eſt, & contingit ſæpe confundi. Ibid. Inepte putat More מורה eſſe νομοδιδάσκαλον, aut νομικὸν, quia ab
84 eodem verbo νόμος apud Hebræos, nempe Thora vocatur. Nam מורה non ſolum ſimpliciter eſt διδάσκαλος, non autem νομοδιδάσκαλος, ſed etiam κύριος, & appellatio Honoris cauſſa: ita ut inde מריא & מר Syrus natum ſit. neque bene in Græco textu Pſalmi 119. in litera He, Νομοθέτησόν με, κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου. pro eo quod eſt, δίδαξον. Nam quis unquam veterum dixit,

Σόλων

Σόλων ἐνομοθέτησε τοὺς Ἀθηναίους. Pag. 106. de Scribis: *In contractibus occupabantur, velut hodie Tabelliones, Ieremiæ* 32. 11. Nos negamus ibi vel ſuſpitionem ullam aut veſtigium illius rei extare. Nam in venditionibus & emptionibus, & omnibus contractibus, qui ex conſenſu, tempore Ieremiæ non adhibebantur Tabelliones. Sed qui emebat, duo inſtrumenta eodem fere exemplo, ſcribebat: alterum ſignabat ſigillo ſuo: alterum patens oſtendebat teſtibus, ut in eo ſcriberent nomina ſua, & ſcirent de quo inter ambos conveniſſet. Nomina autem ſcribebantur in averſa parte utriuſque inſtrumenti, ne opus eſſet alterum reſignare. Dixi eodem fere exemplo:
Nam quædam erant in ſignato inſtrumento, quæ nolebant teſtibus nota eſſe, nimirum conditiones, & tempus 85
redemptionis, ut caverent inſidias eorum, qui proximi גואלים erant. In patente autem exemplo oſtendebatur tantum quid conveniſſet inter contrahentes, non quomodo, nec quatenus; ſed tantum de quo agro contracta eſſet obligatio. Neque ex illo inſigni loco Ieremiæ aliud quid poteſt colligi, utpote qui ſit perſpicuus. Neque Rabbi Solomonis ſententia probanda, quæ refert ea omnia ad conſuetudinem Iudæorum hodiernam. Nihil enim tale apud Ieremiam. Erat certe hic mos antiquiſſimus apud omnes gentes, etiam apud Romanos, ut in obligationibus ex conſenſu, teſtibus tantum res tranſigeretur, non publicis actibus. Præterea notum eſt, Romanos vetuſtiores ſignatis tabulis teſtamenti teſtes adhibuiſſe, quibus nomen heredis ignoratum fuiſſe, ne illi inſidiæ ſtruerentur. At quemadmodum erant & ſunt, contractus qui ex literis, ſic veriſimile eſt in illis adhibi-
tos fuiſſe Tabelliones publicos, in quibus fortaſſe erat is, 86
de quo Pſalmo 45. 1. Nam quamvis in dubium revocari

poteſt, tamen conſtat ibi agi de eo, qui notis excipit, quod genus hominum ταχυγράφοι Grȩce, Latine Notarii dicti. Sed an ſit auctuarius publicus, id vero, quod jam diximus, dubitari poteſt. Duo enim genera Scribarum erant, γραμματεῖς τοῦ νόμου, & γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, qui ſunt Actores, vel Actuarii publici. Priorum mentio Ierem. 8. 8. Eſdræ 7. 6. Alterorum ſæpiſſime in Euangelio, ut non opus ſit indice. Quod vero Serarius Scribas legales cum Scribis populi, & Actuariis publicis confuderit, & locum Ieremiæ 32. 11. perperam de Scribis interpretatus ſit, ſatis ex iis, quæ diximus, conſtare poteſt. Tædet reliquorum, quæ in hoc capite plauſtris convehuntur, ne quid de conſuetudine Societatis pereat. Capite vero 8. quæſtio ſane multum ad Τριαιρέσιον pertinens, utrum Chriſtus capit. 5. Matthæi corrigat Phariſaicas veteris
87 legis interpretationes Chriſtus citat pura verba Moſis, quæ ne quis interpretaretur ad Literam, ut Doctores Latini loquuntur, ut Hebræi כמשמעו, Dominus noſter interpretatione ſua illuſtrat. At quid hic Phariſaicum eſt? An Moſes Phariſæus? Aut, quum Chriſtus dicit, *At ego vobis dico*, &c. an ſolis Phariſæis dictum vult? Quid opus eſt Phariſæorum acumine in textu qui nude & ſecundum literam vulgo accipiebatur? Illis dicit, qui ſimpliciter ea, quæ ex lege adducuntur, intelligebant, id eſt omnibus Iudæis. Quis illud οὐ μοιχεύσεις aliter accipere potuit, quam quomodo conceptum eſt, id eſt literaliter, ſive ſit Phariſæus, ſive Eſſenus, ſive plebeius, ſive Nobilis? omnes ita interpretabantur, neque aliter potuerunt. At Dominus docuit τὸ μοιχεύειν non ſolum ἔργῳ eſſe, ſed etiam ἐνθυμήσει. Neq; opus erat, ut Serarius hic Phariſæorum ullam interpretationem ſomniaret, quæ nulla eſt. Aliter totum Inſtrumentum novum erit Phariſaicum.

Sed ita

Digitized by Google

Sed ita eſt: voluit Novatores exagitare, & Prophetam Zelotarum Maldonatum laudare, de cujus maledicentia, inſolentia, ſuperbia, qui multum dixerit, nihil dixerit. 88
Tanta eſt hominis incivilitas, qui per contumelias ſuas omnes modeſtos homines à ſui lectione deterret. Impudentia ſumma, qui nulli maledicit, niſi cujus interpretationes furatur. Mira in multis inſcitia. Incredibilis in omnibus arrogantia. Scarabæus Delrio, qui Scaligerum Thraſonem vocat, quamvis Loiolitice mentitur, tamen ſuo jure facit, qui nullum Thraſonem velit eſſe extra Societatem: quæ ſibi omnes Thraſones vindicavit: ſi quis modeſtus ſcriptor in illis reperietur,

Prodigioſa fides, & Thuſcis digna libellis,
Quæque coronata luſtrari debeat agna.

Ego hominem novi familiariter. De maledicentia non me fefellit: non quod talem in colloquiis noſtris deprehenderim: ſed talem fore non deſperem, aut eſſe non mirer, qui in illa Societate fuerit. De eruditione plane aliter judicaveram. Nihil enim putaveram ab eo proditurum, niſi eximium, & opinione, quam de eo conceperam, dignum. Sententiam mutavimus, poſtquam 89
ejus Commentariorum partem legimus. Nam omnia legere non ſivit me hominis protervitas. Quid dicam? Θησαυρὸς ἄνθρακες. Raro verum dicit, niſi in illis, quæ ab aliis accipit, quibus quum maledicit, putat ſe furta ſua occultare poſſe. utinam viveret. Non inultas Sycophantias ferret. Sed אין משיבים לארי אחרי מיתו *Leoni non reſpondetur poſt mortem ejus.*

Fatua de Fatuo reprehenſio. Inepta de Phariſæorum Catholiciſmo ſententia. Locus Hieronymi de ſucceſſione Scholæ Hillel & Samai multis de cauſis reprehendendus. Defenſus Hieronymus

ronymus a reprehenſione Serarii. Duplex ortus Phariſæorum *commentum ridiculum Serarii.*

CAP. 12.

PAg. 118. *ſed eos tantum, qui vel fatui appellantur, non eo modo quo pro ſtultis maluit Matt.23. fatuos Beza dicere.* Ergo ſecundum hæc eſt quoddam genus Phariſæorum, qui vocantur Fatui. Pudet Theologiæ. Pudet Grammatices,

90 Bezam maluiſſe μωρὸς *fatuos* quam *ſtultos* vertere. Si rationem caſtigationis reddidiſſet, eſſet quod reſponderemus. Neſcio quomodo μωρὸν ſecundum Serarium vertendum ſit: hoc ſcio, μωρὸν eſſe, qui aliter μωρὸν accipit. Sane hæc inſignis inſcitia, aut impudentia. Ergo ἐὰν τὸ ἅλας μωρανθῇ, Serarius ſancit vertendum, *Si ſal ſtultum fuerit*, φεῦ τῆς δεινότητος. Sed pruriebant manus Serario, reprehendendus erat Novator Beza. Cap. 10. *An per Phariſæos Catholici, an vero Lutherani, Calviniani ſimiliſque farinæ alii ſignificentur.* Hominem καθολικώτατον non ſinunt ſeriæ occupationes ad ſe redire. Adjuvandus eſt. Volebat dicere, *An per Phariſæos Orthodoxi, an vero Lojolitæ, Veteratores, Zelotæ*, καὶ τοιούτου παραχαράγματος *alii ſignificentur*. Hoc ſane habebat in animo. Sed Zelus fecit, ut aliud ἐνδιάθετον in eo eſſet, aliud προφορικόν. 121: *Sed quia non conviciorum aut ſementis, aut meſſis.* Hem quid hoc eſt? Nondum ad ſe rediit. aut dormit, aut ver-

91 ſus facit. Nam qui Phariſæos, nunc Calvianos dubitabat vocare, & per modeſtiam eorum meminit, nunc dicit à conviciis abſtinendum. Lemmatis ne eum pœnitet, an modeſtiorem ſe poſthac futurum pollicetur, adhuc ſtatuere non poſſum. Sed quod eadem pagina dicit, *Non male comparari Phariſæos Catholicis*, ſi a dormiente dicitur,

accipio

Digitized by Google

accipio omen; ſi a vigilante, ſententia placet. ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τ' ἀληθῆ λέγει. καὶ τόδε Φωκυλίδου. *Phariſæi ſunt Catholici.* Hoc verum fore ſtipulatus eſt Genebrardus, ſpopondit Serarius. Cap. 11. *Quando cæperunt Phariſæi.* Maldonatus: *non multo ante Chriſtum.* Atqui antea vapularunt Serario qui idem dicebant. Nam Ioſephus: ἀπὸ πάνυ ἀρχαίου. quare Maldonatus non vapulet, adhuc quæro. ויהיה כשגגה היוצא מלפני השליט. *Quod excidit Principi etiam per errorem, tamen pondus & omen habet,* An hoc condonandum Maldonato, quia ſummus vir, an vero etiam minimus error in eo caſtigādus, quia ſummi viri præſertim Veteratoris non eſt peccare, viderit Serarius. Rurſus: *Phariſæi quædam bona, quædam mala* 92
habebant. Quantum ad bona, Catholici dici poterant. Ideo recte Genebrardus &c. Acute, Atqui idem poteſt dici non dicam de iis, quos ipſe vocat Novatores, ſed de Iudæis, & Muhammedanis. Quis non miretur acumen Theologi? Quid vetat dicere? Patres Societatis, quatenus Ieſum Filium Dei confitentur, Ieſuitæ dici poſſunt: quâtenus maledici & Sycophantæ, ut illa Larva Martinus Delrio, & Marranus Maldonatus, ἀντίχριστοι ſunt. Chriſtus enim λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, iſti οὐ λοιδοροῦντας λοιδοροῦσι. Pag. 124. Multis de cauſſis verba Hieronymi expendenda, ut quæ defendi non poſſint. In iis, quod non paulo ante Chriſtum Phariſæos ortos dicit, eorumque Patriarchas fuiſſe *Hillel* & *Sammai*, qui florebant æra Iudaica hodierna 3628. hoc eſt 160. annis, ante æram Chriſti Dionyſianam. Quomodo igitur paulo ante Chriſtum cæperunt Phariſæi? Sed neque illud rectum, Hillel ſignificare profanum. Hoc verum erat, ſi חלל non הלל diceretur. At ſignificat laudationem. ut בית הלל, πολίχνιον ὑμνήσεως. Rurſus Akiba natus anno primo 93

 Chriſti,

Chriſti. Fuit proſelytus. Quomodo igitur, ut vult Hieronymus, potuit Sammæo, & Hilleli ſuccedere in Schola, ſiquidem Hillel florebat annis 140. ante Chriſtum? Quomodo hoc defendi poteſt? Illud recte: Meir ſucceſſiſſe Akibæ. Idem teſtantur omnes vetuſti Iudæi. Vide Germen David. Rurſus: *Sequitur Iohanan filius Zachai.* קבל גם הוא מהלל ושמאי κατηχήθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἰλλὴλ καὶ Σαμμαΐ. Medius igitur Hieronymo eſt inter Sammai, & Iohanan Meirus, quum Iudæis ἀμέσως Iohanan Sammæo ſucceſſerit. Præterea Sammai diſſipatorem interpretatur. Sane שמם eam habet ſignificationem. Sed שמאי ab eo verbo deduci non poteſt, quum ejuſmodi nomina, ut ſupra docuimus, à verbis quieſcentibus Lamed poal deſcendant. Vide quæ de Karraim diſputavimus in fine cap. 2. Itaque nemo poteſt reddere ejus nominis cauſſam. Illud vero recte, Eliezerem diſcipulum
94 Iohannis filii Zachæi. Iudæi, הוא קבל מרבו ריב״ז καὶ αὐτὸς κατηχήθη ὑπὸ τοῦ κατηχητοῦ αὐτοῦ Ραββὶ Ἰωάννου υἱοῦ Ζαχαρίου, vel potius Ζακχαίου. Eſt enim ut זבאי בנאי. Inique vero Serarius reprehendit Hieronymum, quod dixerit Aquilam proſelytum operam dediſſe Akibę. Akiba enim vixit annos 120. quod vetuſtiſſimi Iudæi multis locis teſtantur; qui quum anno primo Chriſti, ut diximus, natus ſit, mortuus fuerit, anno quarto, aut quinto Hadriani, quo tempore Aquilam floruiſſe Epiphanius & Iudæi teſtantur. Somnium de ortu duplici Phariſæorum in aliud tempus rejicit, quod dicit ſe ſomniaſſe in Parnaſſo Genebrardi. Quare hæc fabula non excuſat Hieronymum. De contentione vero Hillel & Sammai, quæ fuit, ut Proculianorum & Sabinianorum, extant veſtigia in illo proverbio vetuſtiſſimo הוי עבותן כהלל ולא קפדן כשמאי. *Eſto humilis ut Hillel, & non iracundus ut Sammæus.*

Ita ut

Digitized by Google

Ita ut contentio, quæ inter illos orta eſt, initium ſumpſerit a Sammai, qui erat truculento ingenio & contentioſo, non ab Hillel homine placidis moribus & mitiſſimo.

Bethome urbs. Beſemelis urbs. Phariſæos muliebria indutos, quod ſcribit Epiphanius, ab inſtituto eorum prorſus alienum eſſe. Locus Epiphanii reſtitutus. Serarius deceptus voce פְּרוּשִׁים. *Locus Benjamin male ab interprete tractatus in integrum reſtitutus. Iudæi lugentes Ieruſalem.* 95

Cap. 13.

Pag. 131. *Bethomen urbem, quam eſſe Bethſames paulo poſt videbimus.* Infra ex Pſeudogurionidæ Epitome pro Βεθόμη Ioſephi Betſames dicitur. In Rufino Betomis. Vnde ineptiſſimus & imperitiſſimus auctor potuit hoc ſcire, niſi quia pro ignota urbe notam poſuit? Satis oſtendimus de Pſeudogurionide quid judicandum, & de iis, quos non pudet ſtramineum illum ſcriptorem ſequi. Sed videndum, an Βεμέσελις ſit eadem, quæ Βεθόμη Ioſepho α. ἁλωσ. Γ. pag. 666. Certe eandem eſſe Hiſtoria oſtendit, quæ Miſſemelis corrupte pro Beſemelis in editione Rufini dicitur. Vnde impoſtor Pſeudogurionides Bethſemes fecit. Quod autem Phariſæi fuerint octingenti illi in crucem acti jubente Alexandro, ex eo probare conatur, quod cunctos auctores eorum cædis Phariſæi ad ſupplicium depopoſcerunt. Atqui hiſtoria nihil tale memorat: ſed tam pag. 410. quam 666. Alexandrum a Iudæis infeſtatum eos bello perſequentem in urbem Bethomen, aut Beſemelim compulſos expugnaſſe, & omnes cum uxoribus & liberis captivos Ieroſolyma abduxiſſe, ex quibus 800. cruci affixiſſe. 96

Habet quidem hoc argumentum aliquam ſpeciem veri potius, quam vim neceſſitatis. Neque ultra pertendo. Vicerit, ſi poteſt. Nam & compendium Pſeudogurionidæ dicit idem, & præterea addit regem diſcubuiſſe cum Sadducæis quos ipſe Karraim inepte vocat וישכרו עמו גדולי דקראים *& inebriati ſunt cum eo optimates, ſive proceres Karraim*, ſive *Karraitarum*. 15. quid eſſet πορφύρα πλατύσημος, oſtendimus, & vel mediocriter Græce doctum aliudvis interpretaturum, quam quemadmodum Epiphanius expoſuit. Et de Dalmaticis ac colobionibus
97 ſuſpendenda aſſenſio eſt, quum ex eis pro fimbriis mala punica pependiſſe ſcribat. Sed in hæreſi 16. quis unquam credet, quod ille ſcribit, Phariſæos indutos muliebria, & crepidatos tanquam mulieres in plateis incedere ſolitos. Hæc ſane non ſunt argumenta ſeveri & auſteri victus Phariſæorum, qui ſpinas in fimbriis veſtium inſerebant, ut ſanguinem ex tibiis elicerent, & incedendo ſe ad parietes allidebant, aſſeri anguſto incubabant, lectos omnes aſpernabantur. Hæccine mollibus veſtibus, & fœmineo cultui conveniunt? Sane qui leget 40. præceptum affirmativum Rambam inde poterit ſcire, tantum abeſſe ut muliebria geſtare potuerint, ut ne ulli quidem muliebria geſtare liceat, quod diſerte lex prohibet. lege totum illud præceptum apud Rambam, qui liber elegantiſſimus exſtat in principio Iad ejuſdem ſcriptoris. Quare Epiphanio a quodam Iudęo impoſitum eſt, ut manifeſto in aliis. Locus vero Epiphanii ita legendus: διά τοι τῆς ἀμπεχόνης, καὶ διὰ τῶν ἄλλων σχημάτων καὶ
98 γυναικικῶν ἱματίων ἐν ταῖς πλατείαις, ἐν κρηπῖσι καὶ γλώτταις τῶν ὑποδημάτων περιϊόντες. Ita ſublevandus erit Cornarius. *Per amicula, & alios ornatus, ac muliebria pallia in plateis crepidati & in calceis ligulatis procedentes.* Serarius

legit,

legit, *ἐν πλαϊείαις, ταῖς κρηπῖσι, ſeparatim*, inquit. Atqui id non procedit, niſi articulus ſequens ante vocem πλαϊείαις traijiciatur, & alia præpoſitio ἐν cum κρηπῖσι legatur. In crepidis, in calceis, in toga incedere, id eſt, crepidatum, calceatum, togatum, tam Græcis, quam Latinis familiare. τὸ ἐν πλαϊείαις eſt, quod toties in Talmud legitur ברשות, ברבים. Cap. 16. ait ſibi Iudæos Wormacienſes perſuaſiſſe ſe eſſe Phariſæos, quod ita ſeſe vocent. Atqui quum dicunt פרושים non ſe illius ſectæ populares, quam ignorant, profitentur, ſed potius ſanctos, & devotos ſe volunt intelligi. Nam pauci ſunt inter Iudæos, qui aliquam notitiam habent illorum priſcorum Phariſæorum & quamcunque tenuem καὶ ἐξίτηλον habent, eam illi Pſeudogurionidæ, qui eos חסידים vocat, & nobis Chriſtianis, 99
ac noſtris libris accepto referre debent. Sed pauci eos legunt: ideo & pauci ſciunt, quod genus hominum Phariſæi eſſent. Itaque Serarius, dum perſuaderi ſe patitur, non ſenſit ſibi imponi, ἐκ τῆς ὁμωνυμίας; quæ & ipſum decepit in loco Benjamin. In verbis Benjamin venia danda ei; quæ eruditus interpres non eſt aſſecutus: ונותנים עישור מכל אשר להם לתלמידי חכמים היושבים תמיד בבית המדרש ולעניי ישראל ולפרושיהם אבילי ציון ואבילי ירושלם *Dant autem decimam de omni, quod poſſident, ſapientibus jugiter in Schola ſedentibus, & humiliatis Iſraelis, & devotis eorum lugentibus Sionem, lugentibus Ieruſalem.* Craſſa Minerva vertimus, ut videres multa doctiſſimum virum fugiſſe, quæ aliter & præpoſtere vertit: ut etiam interpretentur mentem Iudæorum Wormacienſium, qui ſe פרושים quum vocant, in eam partem volunt accipi, in quam Benjamin, qui ἀζχήλας deſignat eo nomine, non ſectam illam in Iudæis Phariſæorum; quam omnino ignorant. Quos vocat אבילי ירושלם, ii

 ſunt

100 ſunt θρηνωδοὶ qui nulli alii rei, quam deſolationi Sanctuarii deflendæ operantur li ab excidio templi ſemper fuerunt apud Iudæos, & quotannis Ieroſolyma ſemel ex edicto Hadriani ingreſſus illis patebat, ad urbis everſionem lacrimis & lamentis proſequendam, puto nona menſis Ab. quod non dubito. Itinerarium Burdigalenſe vetuſtiſſimum. *Eſt & non longe de ſtatuis lapis pertuſus, ad quem veniunt Iudæi ſingulis annis, & ungunt eum, & lamentant ſe cum gemitu, & veſtimenta ſua ſcindunt, & ſic recedunt.* Reliqua Benjamin ita concipienda: *& ipſi habitant in ſpeluncis, aut in domibus dirutis* (τοῖς οἰκοπέδοις, τῶν οἰκοπέδων ἐρειπίοις) *jejunantes in angariis omne tempus vitæ ſuæ præterquam in Sabbatis, & feſtis diebus, implorantes jugiter miſericordiam a Deo ſuper deportatione & exilio Iſraelis.*

Serarius falſo putavit Pirke Avoth omnia a Phariſæis dictata. Quædam in illis ſententiis diſcuſſa.

Cap. 14.

101 Cap. 17. Quemadmodum falſo v. caput Matthæi ad Phariſæos pertinere exiſtimavit, ita etiam Pirke Avoth, quum putat a Phariſæis eſſe dictata, parum caviſſe videtur. Quod ſi Phariſæorum ſunt illæ omnes ſententiæ, cur earum particulam tantum non omnes huc produxit? Quid hoc ad Τριαιρέσιον? Sane in Pirke Avoth agnoſco multos Phariſæos. Non tamen inde ſequitur, ut eorum diſcipuli omnes Phariſæorum inſtituti fuerint. Quid? *Omnes diſcipuli Patrum Societatis, ſuntne Socii?* In 8. ſententia פורענות eſt quod Græcis νέμεσις, θεήλατον δίκη, θεομηνία. In 9. עורבי הדינים ſunt qui Latinis Formularii, Leguleı. & male in exemplari Pauli Fagii viri inter Chriſtianos Hebraice doctiſſimi legitur

הדיינים

הדיינים quod ipſius ſummi viri errorem non librarii eſſe oſtendit ejus interpretatio. Nunquam enim Iudæi ſcribunt per duo Iodin, niſi quum Iudicem ſignificat. דיין judex, דין judicium, lis. מאןדאית ליה דינא ליקרב לגבי דיינא *Qui litem habet, ad judicem accedat.* Proverbium in Sanhedrin pag. 3. & niſi fallor, ita concipiendum proverbium aliud in eodem Sanhedrin 95. בת דיינא בטל דינא 102
Ceſſavit judex, ceſſat judicium. Nam in utroque excuſum eſt דינא. Ita igitur vertendum: *Ne te geras ut formularii, ut quum coram te rei ſteterint, ſint ambo in oculis tuis tanquam improbi.* id eſt, ita te geras, ut quum ambo rei ſiſtent ſe in conſpectu tuo, perinde tibi ſint, tanquam nocentiſſimi, non autem ut ſolent formularii, qui quæſtus ſui gratia ambobus perſuadent, ne bonitatem cauſæ ſuæ prodant, ambobus actiones ſubminiſtrant, quibus in judicio contendant potius quam ut eos dedoceant litigare. Rurſus: *& quum a conſpectu tuo abierint, ſint in oculis tuis* &c. Nam ita Hebraica ſonant. In 12. *In locum malarum aquarum, quibus epotis diſcipuli, qui poſt vos venient, moriantur, & nomen Dei profanatum eſſe deprehendatur.* In 13. *& creaturas amabat.* בריות quidem ſunt creaturæ: ſed tamen vertendum *Homines.* quod crebrum in Commentariis Veterum Iudæorum, ut ex illa ſententia patet: רוח הבריות נוחה הימנו *Spiritus Creaturarum*
(id eſt hominum) *habitat apud eum.* id eſt, amatur ab 103
hominibus. ἀνθρωποφιλής. Quod autem pro illis verbis, *easque ad legem applicans*, malit, *ad legis præſcriptum & ſcopum vivens*, neminem inveniet, qui probet. imo qui non riſu excipiet. Nam quid hoc cum Hebraicis? Sed vult videri Fagii interpretationem non ſequi. Sapientem & Doctorem ſocietatis, e cujus fontibus omnes ſitim reſtinguunt, aliquid ab aliis quam a domeſticis

ſacri

Digitized by Google

ſacri zelotici & Epoptis ipſis didiciſſe videri, nimium quantum illi ordini injurioſum eſt. In 15. coronam pro lege accipi jam monuit Fagius. אשתמיש בתגא eſt mercede docere, Gallice. *Se ſervir de la loi, & en faire ſon profit.* .i. *quæſtum ex doctrina legis facere.* Aliter התהנה מהתורה, item, התפרנס מהתורה, ut de Rabbi Ionathan ben Amram dictum: ולא היה רוצה להתפרנס מכבוד התורה אפילו בשנת בצורת *Et noluit nutriri de majeſtate legis etiam in anno caræ annonæ.* Propterea artem diſcebant, ne mercedem a diſcipulis acciperent. Dictum de Rabbi Ioſe:
104 וזה ר׳ יוסי היה מעבד עורות שרוב החכמים היה להם אומנות כדי שלא יתהנו מאחרים. *Iſte Rabbi Ioſe erat concinnator coriorum: quod maxima pars Sapientum aliquam artem habebat, ne ab aliis fructum ullum perciperent.* Apoſtol. Act. 20. 34. ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ᾽ ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. Ita igitur vertendum: *Qui legem habet pro quæſtu, perit.* Contrarium huic: כל המקיים התורה מעני סופו לקיימה מעושר *Qui ſtabilit* (hoc eſt adimplet) *legem ex paupertate, eo veniet ut adimpleat eam ex divitiis.* Hoc eſt, qui in paupertate conſtitutus fecerit quæ lex præcipit, tandem, ea adimpleta, dives evadet. Hæc igitur erat cauſſa, quare quæſtum ex lege nolebant facere, tum quod ex illa paupertate, cum qua ad docendam & adimplendam legem venerant, ſe ad divitias perventuros ſperabant, alii ſecundum literam, alii ſecundum ſpiritum, tum etiam ne alios gravarent. 25. *Simon Gamalieletes.* Monſtrum verbi. Idem in 7. *Ioſue Perachites.* quaſi Gamaliel ſit patria nō pater Simonis, & Perachia Ioſuæ. Dicendum erat *Gamalielides* Γα-
105 μαλιηλίδης. Perachiades, Πεϱαχιάδης. Nam Γαμαλιηλίτης, deſignaret patriam. ita ut Gamaliel Γαμαλιήλ eſſet nomen urbis, non viri. Neq; ſincerius eſt *Simon Sarachius.* 10. Sed in Hebraico eſt *Simeon filius Satah*, שמעון בן שטח, non

autem

Digitized by Google

autem שמעון בן שרח. Sed eſt שגגה מלפני השליט, Error a principe, qui etiam in bonum omen accipitur, & pro oraculo habetur. Quid enim a Patribus Societatis quod non divinum? 25. *Non inveni taciturnitate corpori quicquam utilius.* Proverbium in Cap. Sanhedrin מלח בסלע ושתיקה בשנים *Sal tetradrachmo, ſilentium duobus (tetradrachmis)* ſupple, carum contra non eſt. Item aliud סמא דכולא משתוקא. Gloſſa: עקר כל דבר שתיקה *Fundamentum omnis rei ſilentium. Neque fundamentum felicitatis eſt ſermo* &c. Hoc vult: τὸ θεωρητικὸν ȣ̓κ ἔςι τὸ θεμέλιον, ἀλλὰ τὸ πρακτικόν. Hoc eſt, quod alibi dicitur: כל תורה שאין עמה מלאכה סופה בטלה וגוררת עון *Omne ſtudium legis ſine aliquo opere tandem evaneſcit, & trahit ſecum iniquitatem.* Hæc omnia igitur Serarius a Phariſæis dicta putat. 106
quod quam bene, ſupra a nobis diſcuſſum eſt.

Clariſſ. Buxtorfius legit מלתא verbum aut ſermo, in Bibliotheca Rabbinica 258.

Inſolentia Serarii. Etymon Sadducæorum. Duſthai. Doſitheum eſſe falſo aſſerit Serarius, in quo multipliciter erratum. Ananus a Phariſæis ad Sadducæos deficiens. Sadducæorum ſecta ab Anano exſuſcitata anno Chriſti 755. Falſum Sadducæos a Doſitheanis profectos.

Cap. 15.

CAp. 35. *Et e Chriſtiana fidei juſtitiaq; refugis Melanchthon.* Tuus Chriſtianiſmus, & tua juſtitia, Serari, eſt maledicere, a qua deſciſcere eſt refugum eſſe juſtitiæ & Chriſtianiſmi. Impudentiſſimus & imperitiſſimus homuncio obtrectatur heroi incomparabili, homini optimo, eruditiſſimo. Sed

Νεκρȣ̃ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζȣσι λαγωοί

De Sadducæorum autem nomine velitari plane pædago-

gicum eſt. Aliud etymon Sadducæorum quærere, quam ab auctore Sectæ Sadok, puerile. צדוק Σαδδὼκ Hebraice
107 dicitur, quanquem in Bibliis Græcis aliquando Σαδδοὺκ ſcribitur. Hoc nomen Iudaice effertur צדוק Σαδδοὺκ. Ioſephus, Ἰούδας ὁ Σαδδοῦκος. Ideo qui Hebraice צדוקים Σαδωκεῖμ dicendi, ii Iudaice dicuntur צדוקאי Σαδδουκαῖοι. Tantę molis erat hoc etymon eruere ὁδοῦ παρούσης ἀτραπὸν ζητεῖν δοκεῖ. Quod autem quidam in 70. interpretum editione per δδ Σαδδοὺκ conceptum eſſe ſcribunt, habent alia exemplaria ab illis, quæ in manibus noſtris ſunt vel potius id commenti ſunt. Omnino autem frigidum & ineptum putare דוסתאי Duſthai eſſe Doſitheum. Primo Duſtai eſt mere nomen Iudaicum. Δοσίθεος autem mere Græcum. Deinde Duſtai non poteſt eſſe Hæreſiarches Doſitheus propter ἀναχρονισμὸν, quia ipſe Duſtai, quem ineptiſſime Serarius putat eſſe Doſitheum, in dicto 3. capite Pirke Avoth recitat ſententiam Meir, qui fuit diſcipulus Akiba, & ſuperfuit excidio Templi; ut oportuerit aut circiter excidium Templi, aut poſt excidium natam fuiſſe Doſitheanorum ſectam. Quod ſi Sadducæi ſunt ἀπόσπασμα τῶν ἀπὸ Δοσιθέου, quanto
108 recentior erit Sadducæorum natio? ſane, ut minimum 80. annis poſt Chriſtum natum. Quo quid abſurdius; Hæc Serarius ille juſtitiæ & Chriſtianæ fidei domeſticus, a qua Melanchthonem furcillis ejicit. En modeſtiam Patrum, en eruditionem, en jecur Theologiæ. Denique de Duſtai nihil tale referunt veteres Iudæi, illum, quemamodum Doſitheum, fuiſſe ἀποστάτην in ſenectute ſua, quod Iudæis dicitur זקן מומרא ἀποστάτης γέρων. quod Iudæi de quodam Anan teſtantur: עבן תיה בתחלה תלמיד חכם ובעבור שמץ פסול שנמצא בו לא נסמך לגאון: ואחר זה נעשה זקן מומרא עם ב״ד בעבור שחזק את

את הצדוקים : כי מזמן החורבן נתרלדלו ער בא ענן וחזקם
Anan fuit ab initio Sapiens, & propterea quod ſuſurrus quidam reprobationis inventus eſt in eo, non impoſita illi eſt manus ad gradum Gaonis conſequendum. Poſtea factus eſt Senex Apoſtata ex ſententia Iudicum propterea quod confortavit Sadducæos. quia a tempore excidii attenuati erant, donec venit Anan, qui roboravit eos. Iſte Anan vigebat anno
Iudaico 4515. Chriſti Dionyſiano 1255. Propterea hæc 109
verba ex Libro Germen David adduxi, ut ſciret eruditus Lector idem accidiſſe iſti Anano, quod Epiphanius dicit de Doſitheo. Vterque enim fuit ἀποστάτης. Doſitheus a Iudæis ad Samaritas: Ananus a Phariſæis ad Sadduceos. Et præterea ut inde colligeremus Sadducæorum ſectam jam ab excidio Templi intermortuam ab iſto Anano exſuſcitatam fuiſſe. Mihi ſane Doſitheus non ita vetuſtus eſſe videtur, ut ab eo derivari potuerint Sadducæi, ſecta vetuſtiſſima, ut vult Epiphanius, quod valde miror ab eo dictum, præſertim quum Sadducæi reſurrectionem negarent, Doſithei aſſererent, ἀνάστασιν γὰρ ὁμολογοῦσι, καὶ πολιτεῖαι εἰσὶ παρ' αὐτοῖς. Et recte Origines poſt Chriſti tempora exortum ait Doſitheum. Quare nihil alienius a vero, quam illud Σαδδουκαῖοι ἀπόσπασμα ὄντες ἀπὸ Δοσιθέου τοῦ προλελεγμένου. Itaque multa cum delectu & judicio legenda apud Epiphanium, cujus Panarium nos ſolemus vocare Chriſtianæ antiquitatis
ſcrinium. Et ſane præſtantiſſimum eſt opus, & non om- 110
nium hominum. Pag. 143. *Sociique ſui Sabbai à quo forte Sebueni Samaritæ apud Epiphanium.* Provoco ad Tribunal Grammaticæ. Nam quomodo Sebuæus? aut Sebuenus à Sabbæo? Quid tam diverſum, tam abhorrens? *Niſi a ſeptimo menſe.* Nimirum a שביעי Sebuæos dictos vult. Eſſent ergo Septimani. Sed eorum veram ori-

 gincm

ginem ſupra expoſuimus. Sunt enim שבועאי, ſine ulla mutatione, hoc eſt ἑβδομαδῖται. Quicquid arridet hoc putat verum eſſe. Quæ citat a Rabbi Abraham de Sanballat æquali temporum Antigoni, tam prodigioſo anachroniſmo contaminata eſſe, cur non odoratus eſt? Quid odoratus? cur non videt? Sed cui vacabit, adeat Germen David, anno Iudaico 3460. Ibi reperiet caſtigationem hujus tam Iudaici, hoc eſt ſtolidi & plumbei ſtuporis, ut Antigonum σύγχρονον faciat Sanballatis Cuthæi. Porro Antigonus non eſt auctor ſectæ Sadducæorum, id eſt non dedit anſam Sadoco diſcipulo ſuo eam
111 inſtituendi, niſi quatenus Sadok & Baitus male aſſecuti ſunt ſententiam Magiſtri ſui אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס *Ne ſitis tanquam ſervi qui ideo Domino ſerviunt, ut σιτηρέσιον; hoc eſt, demenſum accipiant*, quum ipſe intellexerit שתהיה העבודה מאהבת יהוה ולא על מנת לקבל פרס *ut cultus Dei propter amorem Dei eſſet, non ea cauſſa, ut mercedem inde capiamus.* Certe hæc fuit ejus pia ſententia: quam aliovorſum interpretantes Sadoc & Baitus, putarunt non eſſe mercedem aut fructum aliquem, quod Græci vocant ἀντίδοσιν ἔργων, poſt hoc ſæculum. Ideo futurum ſæculum abnegarunt & hæreſin ſuam inſtituerunt.

Sadducæi non rejecerunt Scripturam, ſed ſola πατροπαράδοτα δόγματα ἄγραφα. *Locus Benjamin, quem interpres mutilavit, expletus.* Μηδὲ Ἄγγελον, μήτε πνεῦμα *quo modo intelligendum.*

Cap. 16.

CAp. 21. *Primo ſacrorum librorum numerum truncabant, ſoloſque Moyſis quinque admittebant.* Hoc ſane Hieronymus

nymus, & alii crediderunt, atque neſcio unde cauſſam 112
nacti. Nam & ratio, & Ioſephus manifeſto adverſantur. Prius, quod eundem pæne honorem Prophetis ac Legi habebant, ut qui unum ex Prophetis rejiceret, contra legem facere videretur: neque impune cuiquam licuiſſet Prophetas rejicere, quin a populo lapidaretur. idque magno emptum voluiſſent Phariſæi, ut ipſorum hoſtes incurrerent cauſſam aliquam, propter quam Ieroſolymis tuto illis eſſe non liceret. Præterea quod Sadducæi ſacrificarent in templo, ex eo conſtat eos credidiſſe montem Sion eſſe locum a Deo delectum, in quo ſolo ſacrificare liceret. At libri Samuelis, Regum, Paralipomenων, Prophetarum, Pſalmorum, quid aliud continent, quam Ieruſalem eſſe locum, in quo Deus elegit ſedem ſanctuarii ſui? Poſterior ratio, cui nullo modo contradici poteſt, quod Ioſephus Sadducæos πάντα τὰ γεγραμμένα amplexos eſſe dicit, τὰς δὲ παραδόσεις ἀγράφους rejeciſſe. Quæ ſunt τὰ γεγραμμένα an aliud, quam quæ dicitur מקרא? Verba
Ioſephi 404. νῦν δὲ δηλῶσαι βούλομαι, ὅτι νόμιμα πολλά τινα 117
παρέδοσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις. καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ Σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δὲ ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. Manifeſto ſolas τὰς παραδόσεις rejiciunt. Et nihil verius eſt, quam eos totam ſcripturam retinuiſſe, ſola πατροπαράδοτα aſpernatos eſſe. Quod ſi quis Ioſephum de ſola lege intellexiſſe contendat, oſtendat mihi, quomodo omnes libri Scripturæ prȩter ſolum Pentateuchum ſint παραδόσεις ἄγραφοι. Certe ridiculus erit, qui ita pertendet. Rurſus Tertullianus ait Doſitheum Prophetas rejeciſſe. Quum igitur ille a Iudȩis ad Samaritas tranſierit, ea de cauſſa videtur feciſſe, quia & Samaritæ Prophetas rejiciebant. At ſi Sadducæi Pro-

phetas quoque rejiciebant, quid opus erat eos a Iudæis deſciſcere, ut Prophetas rejicerent, ſi in Iudæis Sadducæi eos rejiciebant? Certe Actor. 5. 17. Pontifex Maximus
114 videtur fuiſſe Sadducæus. Nam *οἱ σὺν αὐτῷ* erant *Σαδδουκαῖοι*. Illi, inquam, omnes, de quibus ibi agitur, ſunt Sadducæi, & ex comitatu Summi Pontificis. Niſi Pontifex ejuſdem ſectæ eſſet, non eos adhibuiſſet ſibi. Atqui eſſe Ieroſolymis Pontificem, qui ſolam legem ſervaret, cætera ſcripta Prophetica rejiceret, tam ridiculum eſt credere, quam certum eſt nunquam contigiſſe. Poſtremo in Synagogis legitur primum הפרשה, deinde adjicitur ex Prophetis הפטרה *ἀπολυτικόν*. Quum illam lectionem, ſive *ἀπολυτικὸν* legere tempus poſtulabat, credemuſne Sadducæum aut illius lectioni noluiſſe intereſſe, aut ipſum noluiſſe legere, ſi ſors, aut locus, aut orbis lectionum poſtulabat, ut ipſe legeret? Sadducæi a Phariſęis hoc uno differebant, quod doctrinam שבעל פה, .i. *κατηχητικὴν καὶ ἄγραφον* illi retinebant, Sadducæi reſpuebant. In reliquis per omnia conveniebant, extra quam in cauſſa reſurrectionis: quæ hæreſis nata eſt per conſequentias primi fundamenti, *Non eſſe mercedem aut pænam conſtitutam in futuro ſæculo*. Ex quo fundamento concludebant, ergo neque reſurrectionem mortuorum, in qua
115 Phariſæi & mercedem benefactis, & pœnam malefactis conſtitutam eſſe ſciſcebant, idque antiquitus obtinuit, per manus traditum, donec rationibus firmatum fuit a Gabia ben Peſiſa æquali temporum Simeonis Iuſti, viro eruditiſſimo, & diſputatore acerrimo, qui primus reſurrectionem ita conatus eſt adſtruere: *Si quod non fuit, id fuit: non a fortiori id, quod fuit, erit?* מאן דלא הוה הוה מאן דהוה לא כל שכן. *τὸ οὐκ ὂν ἐγένετο, τὸ δ᾽ ὂν οὐ πολὺ μᾶλλον (γενήσεται)* Rabbi Abraham Zacuth dicit de hoc argumento:

mento: אין פילוסוף שיכחיש זה. *Non eſt Philoſophus, qui poſſit mendacii convincere*, aut *arguere falſi.* Sadducęi igitur יצאו מן הכלל וחלקו על הקבלה וכפרו בתורה שבעל פה. ובגמול *Exiverunt de Canone (de Relligione) & diſſenſerunt ſuper doctrina a patribus tradita, & negarunt legem ore tenus expoſitam, & compenſationem, (benefactorum, & malefactorum)* id eſt, *τὴν ἀντίδοσιν τῶν ἔργων.* Sęd eos totam ſcripturam rejeciſſe nulla ratio cogit credere. in quo recte a Iudæis dictum, Karraim eſſe partem Sadducæorum, qui ſolam ſcripturam retinebant, traditiones omnes rejicie- 116
bant. Hactenus bene illi: Sed fugit eos ratio, quum Karraim reſurrectionem negaſſe ſcribunt. Hoc jam confutavimus. Similiter qui Sadducæos per omnia Cuthæis ſimiles faciunt, non parum errant. De libris Eccleſiaſticis, quos a Novatoribus rejici, ut Prophetas a Sadducæis, calumniatur Serarius, reſponderem, niſi extra argumentum eſſet. Quomodo enim libros Canonicos rejiciunt, qui non habent Indicem expurgatorium? Hoc proprium eſt Marranorum. Sed canis eſt animal latrans. Non magis Patres Societatis a ſycophantia, quam canes a latratu compeſci poſſunt. Nam ejuſmodi ſycophantiæ ſunt ſimiles ei, quam Benjamin attulit de Samaritis eos literis ה'ח'ע carere, quem locum producit Serarius. Benjamin mentitur Samaritas reijcere ה propter Abraham, ח propter Iſaac, ע propter Iacob: ideo carere eos iſtis tribus הוד חסד ענוה *Honor, gratia, manſuetudo.* Nam ipſi manu ſua & totum Alphabetum nobis deſcripſerunt, & nomina Patriarcharum iiſdem literis ad nos miſerunt. Locum 117
Benjamin ab interprete mutilatum ita legito: *Carent his tribus literis, He, Heth, Ain. He ex nomine Abraham, & non habent* הוד *honorem. Heth ex nomine Iſaac, & non habent* חסד *gratiam. Ain ex nomene Iacob, & non habent* ענוה *manſue-*

manſuetudinem. Pag. 147. Duo tamen poſteriora hac negat lib. 7. de Emend. Temp. Scaliger, ſycophantiamque contra Samaritanos eſſe ait Iudaicam. Primo quia ſecus ait Poſtellus. Egone unquam hanc rationem attuli? ubi Poſtellus hoc ait? ubi ego de Poſtello; o vindicem veritatis Societatem! Poſtellus ſciebat eos habere integrum Alphabetum, quod ipſe fideliter edidit: & ſi Benjamini itinerarium legiſſet, numquam hanc ſycophantiam Iudaicam inultam reliquiſſet. Sed dolet Veteri aliquid a Novatore diſcere: propterea confugit ad ineptias: Tempore Benjamini potuiſſe fieri, ut illas tres literas repudiaverint Samaritæ. Olim ergo tres illas literas habuerunt Samaritæ: tempore Benjamini, repudiarunt: hodie receperunt. o feſtiviſſimum caput! vide odium veritatis in homine

118 quem odit, cui invidet. Pag. 149. Ex Ioſepho: *τὰς καθ᾽ ἅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσιν.* ad verbum בופרים עונש ושכר בעולם הבא. Ibid. *ψυχῆς διαμονὴν.* Eodem verbo utuntur & ipſi Hebræi: השארות הנפש. ab eadem origine. Puerilis velitatio *μήτε ἄγγελον, μήτε πνεῦμα.* Hic omnium diſcuſſis ſententiis, Serarius dicit *πνεῦμα* eſſe *πνεῦμα τὸ ἅγιον.* In quo ſane judicium, & peritiam Helleniſmi requiro. quod quemadmodum *ἄγγελος* ibi indefinite dictum pro omnibus angelis, ita *πνεῦμα* quoque indefinite accipiendum. *Ἄγγελος* ibi ſpecies eſt, *πνεῦμα* genus; quatenus ſub eo tanquam genere continentur Angeli, *ἀρχοντικαὶ, καὶ ἄλλαι δυνάμεις, κοσμοκράτορες, δαιμόνια.* Tantum abeſt, inquit Sanctus Lucas, ut Angelum credant, ut ne Spiritum quidem ullum. Sane qui tollit ſpeciem, propterea *οὐ συναναιρεῖ τὸ γένος.* Quid vetat dicere: in lacum Avernum neque avis, neque volatile advolat? Sic quum Epiphanius dixit, *ἱερέα τῶν ἀπὸ γένους Λευΐ τε καὶ Ἀαρών.* Eſſet ſimile huic loco, ſi dixiſſet *Ἀαρών τε καὶ Λευΐ.* Hanc interpretationem

tationem veram eſſe, non poterit negare, niſi malignus, 119
aut imperitus. At Epiphanius interpretatur πνεῦμα ἅγιον. Non nego, miror magis. quum profecto dicendum fuerit οὔτε ἄγγελον, οὔτε τὸ πνεῦμα. Nam quamvis πνεῦμα, quum eo Spiritus Sanctus deſignatur, interdum propter aliquot cauſſas ſine articulo ponitur, (quod tamen raro fit) tamen ut plurimum articulus illi præponitur, quod quidam loci ſint, ubi ſine articulo poſitum fiet non ſolum ἀσάφεια, ſed etiam βαρβαρισμὸς, ut hic, quod negari non poteſt. Nam nemo eſt qui propter articulum non intelligat de Spiritu Sancto dictum. Sed quam verum fuerit illud, viderit veritas, ſi hanc interpretationem admittamus. Hæc enim ſententia ejus loci erit. *Neque ullum Angelum, neque Spiritum S.* Nam textus, μήτε ἄγγελον, μήτε πνεῦμα accipit pro uno. Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα. Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα. ἐξ ἀμφοτέρων, ex illis ambobus, prius eſt ἡ ἀνάστασις, poſterius ἄγγελος καὶ πνεῦμα.
Αγγελος igitur καὶ πνεῦμα una eademq;res. His animadverſis, 120
quam abſurdum unam eandemque rem facere Angelum & Spiritum S? Abominor, execror. Aſinitas mera eſt, impietas hæc fateri. Proinde execranda illa ſententia Serarii qui non minus impie, quam ridicule eam tuetur, advocato in patrocinium tam ſtultæ opinionis loco ex Catilinaria ſecunda, quo ludibrium pædagogis & Grammaticis debet. Quia igitur veteribus perſuaſum fuit eadem Samaritanos cum Sadducæis ſentire, propterea Epiphanius de Samaritis ſcribit: ἠγνόησαν δὲ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ ἀπιστοῦσι· πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐ παραδέχονται. Ego quæro, quomodo aut qua fronte poterant negare Angelos eſſe quum diſerte in lege expreſſum ſit nomen Angeli? Exod. 3. 2. & alibi in Pentateucho octies, ut minimum. Hoc

fateor me ignorare. Pag. 153. & Euſeb. lib. 2. Hiſt. cap. 23. *Sadducæi ſunt præ cæteris Iudæis in ſupplicio crudeles & acerbi.* Atqui hic lippiunt oculi Serario. Non n. Euſebii verba ſunt, ſed Ioſephi, cujus longum teſtimonium
121 producit Euſebius. Cap. 22. Mera inſcitia eſt duplices conſtituere Samaritanos: priores quorum mentio 1. Reg. 17. 24. qui erant Idololatræ: alteros eos, quorum mentio in Euangelio. Nam iidem ſunt, ſed idololatriam abdicarunt jamdudum ante tempora Sanballatis. Hæc anilia ſunt. Hoc n. modo etiam ſtatuenda fuerint duo Iudæorum genera, priores, qui ſub priori Templo erant idololatræ: poſteriores, qui ſub poſtariore Templo ab omni Idololatria alieniſſimi erant, ſuntq; hactenus. Nugæ. Pag. 154. Arabs Geographus. Iam hunc ſuccum loliginis ſuperius indicavimus, ubi non magis noſtri meminit, quam hic. Nemo enim hunc locum ex Arabe Geographo, præter nos, produxit. Vide ingenuitatem ſanctiſſimorum Patrum. Ego vero non magis curo me ab eo prætexitum, quam a piaculari illo Martino Delrio cum contumelia nominatum. Egone mirer canem latrantem? timeam? fugiam? Pag. 153. unde aliquando iidem *Sad-*
122 *ducæi vocantur Samaritani.* Si quis Sadducæos Samaritanos vocat, imperite & inepte facit. Hoc proprium eſt Pſeudogurionidæ, & aliorum recentiorum Iudæorum. Pag. 158. *Et Iudæi magno proſequuntur odio eos omnes, qui Caraim ob ſupradictam cauſam vocantur.* Iam opinionem falſam de iſtis Carraim ſupra confutavimus, neque odium Iudæorum in eos natum propterea, quod, ut hactenus creditum eſt, reſurrectionem mortuorum negent. hoc enim falſiſſimum: ſed quia πατροπαράδοτα reſpuunt. Idem confutandum pag. 161. pag. 162. Totum caput 27. non eſt unius aſſis, & magna hallucinatio eſt. Sadducæis

cæis en dicit accidiſſe, quod Samaritis incolentibus Samariam accidit. In cap. 28. quantum temporis periit in argumento futili tractando? quantum verborum in diſputatione nulli rei? Nuſpiam ſe veriorem fœtum Societatis oſtendit.

Futilis aggeratio etymorum nominis Eſſenorum. Originationes omnes confutatæ. Ioſephus Scaliger a calumnia Serarii vindicatus. Multa errata Serarii.

CAP. 17.

EX lib. 3. cap. 1. Toto hoc capite valde luſit de otio ſuo. Nam quo tot pompæ Circenſis fercula τοῦ μὲν στελαγμός, ῥημάτων ἢ νάματα. Quid futilius his, quid inutilius? Quanto melius erat, & tempus & chartam lucrifacere? Adfert etyma diverſa nominis Eſſenorum, ex quibus vix unum reperias, quod analogiæ congruat. quam pedagogica, quam aretalogica ſunt? Primum illud, potuiſſe dici a pectorali, quod Hebraice ὀσὴν, apud Ioſephum ἐσσὴν dicitur. Atqui hoc modo ſecundum Hebræos dicerentur ὀσηνᾶιοι, ſecundum Ioſephum Εσσηνᾶιοι. Rurſus a Chaldaico Heſin dicerentur Εσιναῖοι, Quarto ab Aſan. eſſent Aſanæi. Et quis ſanus אסן a conjugatione Aphel? quid ſtolidius? Et hoc modo dicerentur Calceatores. Ab Aſana rubo, eodem modo eſſent Aſanæi. Illud ſtolidum, hoc aſininum. Quinto ab Aſa, curare, eſſent Aſſæi. ut poſtea ſuo loco dicetur. Sexta ab Hebræo עשה. Dicerentur Εσαῖοι ſimplici S. Deinde verbum עשה eſt Hebraicum, non Iudaicum; quod nullus Iudæus intelligebat, niſi Hebraice doctus. Ab Ieſu, eſſent ἰηζαῖοι. Ab Ieſſe, eſſent Ιεσσαῖοι, ut non ſatis prudenter Epiphanius. Decima à שבה. dicerentur שבאי Σαυαῖοι. quid 123

 com-

commune cum Eſſæis? Sed ſtupor merus ab אשנה diſcam. In editione Baſileenſi השונים perperam pro השרים editum, & ridicule interpretatum a Munſtero alibi demonſtratum a nobis. Hoc modo dicerentur שונים ſchonim, non Haſchonim. Quia nulla appellatio gentis cum articulo: non enim dicimus Happeruſchim, ſed Peruſchim: neque Haſſaddukim, ſed Saddukim. &, quod caput eſt, Hebraice vocati non ſunt, ſed Iudaice. In Iudaiſmo articulus He locum non habet, qui Hebraiſmi proprius eſt. Hæc inſcitiam meram aperiunt tam Hebraiſmi, quam Iudaiſmi. Vndecima a Græco ὅσιος. Quid? Deinde ab ὅσιος, quomodo ἐσσαῖος deduci poteſt? Hoc caſtigent flagra, *Ferulaque triſtes ſceptra pædagogorum.* Duodecima
125 ab Hebræo חסיד, a quo Syriacum חסי. Omnes ſtupores vincit. חסי merum Syriacum eſt ab origine חסא εὐσεβεῖν. Nullæ ferulæ poſſint caſtigare. Sed hoc etymon infra cludetur. Hactenus Circenſis pompa. Sequitur: *Syriacus ſive textus Rom. 2. legis factores appellat ſemigræce* HOSEIB NOMUSO. Libet exclamare: Porto Quirites. nam quis erit modus confidentiæ? Textus Rom. 2. 13. Græce habet *οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου*, Syriacus עבדוהי דנמוסא. HOSEIB quid ſit, ego neſcio, nullus Syrus agnoſcet. Verbum עשה omni Syriaſmo ignotum: pro quo omnes Dialecti Syriacæ utuntur verbo עבד. Si quis Novator, ut ipſe vocat, hoc dixiſſet, inſultationi unum caput ſatis non fuiſſet. integer liber impendendus eſſet. Hæc non ſimplici genere caſtigari poſſunt. Nam in iis eſt inſcitia, eſt confidentia, eſt mendacium, eſt contemptus eruditiorum. Sed omnia ſanctiſſimorum patrum ſunt propria. portentum ſequitur *θεραπευτὰς* Eſſæos vocatos a verbo ישע, qui merus eſt *κορυβαντιασμός*. Nam a verbo deduci non po-
126 teſt, cujus nullus uſus niſi in Hiphil. Poſſet autem a ישע nomine.

nomine. quod merum Hebraicum eſt, non Iudaicum. Et ab eo ישעי (ſi modo poſſet tale deduci) eſſet σωτηριώδης, non ἰατρός Nam quis ſtuporem non animadvertit? Et illa, quæ adhibet de medicis corporalibus & ſpiritualibus plane ſophiſtica ſunt, pædagogica, alazonica. pag. 177. *Duo inſignia Ioſephi Scaligeri errata.* Iam Scaliger nominatur, ubi reprehendendus. Superius, ubi ex Geographo Arabe de Iudęis Samaritis teſtimonium producitur, nefas nominare. *Vnum eſt, quod aït Epiphanium dicere Ieſum παρὰ τὸ ἰάσασθαι aut Ionice ἰήσασθαι.* Ego profecto dixi, & dico adhuc. Addo etiam Serarium, quatenus Zelotes eſt, ſycophantam eſſe, qui neget quod verum eſt: quatenus Serarius, imperitum, qui ignoraverit Epiphanium ſæpe unius nominis duo etyma proferre. Σαμαρεῖς φύλακες, καὶ ἀπὸ Σωμώρ. Ιεσσαῖοι ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ καὶ Ιεσσαί. Ἰησοῦς ἀπὸ τοῦ ἰάσασθαι, ὅτι ἰατρὸς, ut ipſe ait, καὶ ὅτι σωτὴρ ex Hebræo. An non duo etyma illa conjungit? Ιεσσαῖοι, ἐκ τοῦ Ιεσσαὶ ἤτοι ἐκ τοῦ ὀνόματος κυρίου ἡμῶν ἐπεκλήθησαν Ιεσσαῖοι διὰ τὸ ἐξ Ἰησοῦ ὡρμᾶσθαι μαθηταὶ ὄντες αὐτοῦ. Quid Ιεσσαὶ commune habet cum Ἰησοῦς? Cur non potius Ἰησαῖοι dicti? Non ſunt indigna Epiphanio (nam mille talium rerum paſſim in eo reperias) ſed accurato ſcriptore. Deinde quum dicit Ieſum vocatum Hebraice ἰατρὸν καὶ σωτῆρα, in priore habebat in animo Græcum ἔτυμον, in poſteriore Hebraicum. Nam, ut dixi, longe plura παράδοξότερα ſunt apud eum ſcriptorem. Sic duas ſectas fecit diverſas Ναζαραίων, καὶ Ναζωραίων, quum idem nomen ſit. Nam נצרי quod Iudæi libentius ſcribunt, נוצרי, vel Ναζαραῖος Græce dici poteſt, vel Ναζωραῖος. At ipſe in Iudaiſmo ponit decimam octavam hæreſin τῶν Ναζαραίων, ut vigeſimam nonam in Chriſtianiſmo τῶν Ναζωραίων, tanquam non unum, ſed diverſum nomen ſit, & ideo

diverſas ſectas eſſe. Sic Εσσηνοὺς ponit ſectam Samaritarum. Ιεσσαίους (quod nomen ipſe excogitavit) Chriſtianorum, & poſt eos Οσσηνούς. At Ieſſæi perperam, ut dixi, pro Eſſæis ab eo exceptum eſt. Eſſeni male inter Samaritas relati.
128 Oſſenorum nominis origo eadem eſt cum Eſſenorum nomine. Sola pronunciatione differunt, ut de Naſaræis & Nazoræis diximus. *Rurſus error inſignis Ioſephi Scaligeri, quod dicat præceptum fuiſſe Mariæ virgini ab Angelo, ut vocaret nomen filij Ieſum. Nuſquam enim,* inquit, *hoc dicit Epiphanius.* Hæc quoque vis eſt. Nam ſi dicit me ſcripſiſſe hoc dictum ab Epiphanio, mendacium eſt calidiſſimum. Ego neque hoc dixi, neque in mente venit mihi. Sin ab Angelo dictum, quid reprehendit? Producantur verba Euangeliſtæ Matthæi 1. 21. Tantum ibi eſt, quod Ioſepho viro Mariæ, non Mariæ dictum eſt: *Sed* inquit, *monſtratam ab Angelo etymologiam reſpicit.* Ego profecto idem dixi: non potuiſſe Ἰησοῦν vocatum eſſe παρὰ τὸ ἰάζεσθαι, ſed ab origine ישע quemadmodum, inquiebam; ab Angelo præceptum fuit. Hoc ita a nobis dictum eſſe res ipſa indicat. Hoc quoque dictum fuiſſe ab Angelo Serarius fatetur. Et tamen Scaliger in jus vocatur. Os hominis. Tertius error, quem ipſe alterum errorem vocavit, quod ſcribat Euſebium
129 ſine ullo auctore dicere Eſſæos in nomine Chriſti morbos depuliſſe. Hoc certe quendem, non quidem Euſebium, dicere memini, & quum hoc haberem in animo, & multa, quæ tunc ſcribebam, memoriter, non ex ſcripto, depromerem, hoc, quod apud Euſebium non extare fatemur, excidit nobis. Et hic hactenus Serarius non calumniatur, atque ut nobis falſo pronunciare, ita illi juſte reprehendere, utrique utrunque præter morem ſuum contigit. *Nova conjectura eſt non Euſebij, ut inconſiderate*

citato

citato loco ſcripſit Melanchthon, ſed Suidæ. Ita non ſolum nobis, ſed & ſummo viro Melanchthoni memoria fraudi fuit. Sed unde Εσσαῖοι θεωρητικοὶ vocati ſint ejus rei cauſam inveſtigare puerile, & ineptiſſimum eſt. Nam inſigniter hic hariolatus eſt Suidas, aut quiſquis ille auctor, unde Suidas accepit: quod Serarii intererat monere, ſi quid in eo judicii eſſet, præſertim quum in alienos errores libentius animadvertat, quam ſuos reprehendi patiatur. Verba Suidæ: θεωρία δὲ τὰ πολλὰ παραμένουσιν ἔνθεν καὶ Εσσαῖοι καλοῦνται, τοῦτο δηλοῦντος, τοῦ ὀνόματος τουτέστι θεωρητικοί, ὅτι Εσσαῖοι ὑπέρτεροι σφόδρα, καὶ λίαν ὑπερκείμενοι τῶν Φαρισαίων κατὰ τὴν πολιτείαν Quod eſt purum putum delirium. Nam Eſſæi non ἀπὸ τῆς θεωρίας dicti ſunt, ſed quia duo genera Eſſæorum erant, τῶν μὲν πρακτικῶν, τῶν δὲ θεωρητικῶν, propterea τοὺς Εσσαίους θεωρητικοὺς vocatos eſſe putavit Suidas. in quo non major culpa eſt Suidæ, qui tam pueriliter lapſus ſit quam Serarii, qui non animadvertit: neq; hoc contentus ſtultiſſime ab Hebræo שעה derivavit, quod non eſt θεωρεῖν, ſed περιβλέπειν Θεωροῦμεν autem νῷ, βλέπομεν ὀφθαλμοῖς Et certe mira eſt Thologi Doctoris φλυαρία, quam auxit verbo Germanico *ſchawen*, dum putat illud ab illo Hebraico deductum. Sed nec unum illud peccatum eſt. Nam quamvis prima ſyllaba verbi Germanici pronunciatur per ש Hebraicum, tamen *ſch* Germanicū non una litera, ſed duæ ſunt ſemper quæ in Teutoniſmo inferiore pronunciantur per duo elementa σχ. Idem enim verbum eodem modo Belgis ſcribitur, ſed pronunciatur σχαύεν, non שוין. Sic *Schelm* tam Germanice, quam Belgice ſcribitur, ſed Germanicum pronunciatur per unicum ſchin Hebraicum שלם Belgicum per duo σχ Græce, σχέλμ. Itaque duæ literæ latent in *ſch* Germanico: & ſi Beccefelenicæ licentia inſaniæ omnia ab Hebra-

130

131

Hebraiſmo, ut Beccefelenus a ſuo Brabantiſmo, deducere placeret, a verbo שבה Hebraico, vel potius a Syriaco *ſcba*, סבא quod idem verbum eſt, felicius *ſchawen* deduxerim, quam a שעה. Eſt autem סבא plane θεωρεῖν: quod volebat Serarius. Sed non magis ab eo τὸ *ſchawen* Germanicum deducitur, quam Εσσαῖοι ἀπὸ τῆς θεωρίας, ut hariolatur Suidas. poſtea corrigens ſeſe a חזה mavult. Ergo dicti Hazzæi. ληςὴς Ζηλωτικός.

Philo non deducit Eſſæorum etymon a Syriaco, ut falſo antea prodidit Ioſephus Scaliger, & Serario perſuaſit. Philo neque Hebraice ſcivit, neque Syriace. ὁσιαῖοι κατ' ἀκριβῆ διάλεκτον ἑλληνικὴν, ἐσσαῖοι κατὰ τὴν οὐκ ἀκριβῆ. κατ' ἀντίφρασιν *quæ apud Hebræos, Iudæos, & Græcos digna cognitu. Serarius multa confundit.*

Cap. 18.

132 IN eodem capite pag. 178. Verba Philonis, λέγονται Εσσαῖοι κατ' ἐμὴν δόξαν οὐκ ἀκριβεῖ τύπῳ διαλέκτου ἑλληνικῆς παρώνυμοι ὁσιότητος. *His verbis*, inquit Serarius, *diſerte admonet non a Græca voce notationem hanc petendam.* Hoc ego certe idem putavi, & Serario perſuaſi, quamvis, ut in aliis, diſſimulat. Ideo ex Syriaca lingua originem petere coactus ſum, quam bene, infra videbimus. Sed culpam meam fateor, & ſupplicium ultro do, quod crediderim Philoni, homini Græce tantum loquenti, Hebraiſmi autem adeo imperito, ut dubitem, an etiam legere ſciret Hebraice. Denique Philo neq; ab Hebraiſmo, neque à Syriaſmo hoc verbum deducere potuit, qui utriuſque dialecti imperitior fuerit, quam ullus Gallus, aut Scytha. Hoc omnia ejus ſcripta paſſim loquuntur. Atqui duplex culpa noſtra fuit: tum quod putavimus Philo-

Digitized by Google

Philonem e Syriaco Eſſæorum originem petere, tum quod ei credidimus, quem faciebamus Hebraice, & Syriace neſcire. Tertiam adde, quod Philonis hic nulla eſt, ſed noſtra. Manifeſto en. ipſe à Græco Eſſæos dictos 133
vult, ἀπὸ τῆς nimirum διαλέκτου ἑλληνικῆς μὲν, οὐκ ἀκριβοῦς δέ. In ſequentibus aperit etymon ſuum, quod παρωνύμως τῆς ὁσιότητος dicit. A Græco enim deducit, οὐκ ἀκριβῶς δὲ, ὅτι κατὰ διαστροφὴν ἀπὸ τῆς ὁσιότητος dicti ſunt, Ἐσσαῖοι, quaſi ὁσιαῖοι. Imo alibi eoſdem ἐσσαίους dictos fuiſſe demonſtrabimus. A Græco igitur ὅσιον deducit, non à Syriaco, nimirum ἐκ διαστροφῆς, καὶ οὐκ ἐξ ἀκριβοῦς διαλέκτου. Hæc non intelligebamus prius. Itaque excuſandi non ſumus. Serarius cui ego hoc perſuaſi, ne ut ego, vapulet, abſolvit eum privilegium Societatis, ex qua nunquam prodiit mendacium. Clarius Philo in legatione. καλοῦνται μὲν Ἐσσαῖοι παρὰ τὴν ὁσιότητά μοι δοκῶ τῆς προσηγορίας ἀξιωθέντες, id eſt ut ejus prioribus verbis loquar, ἀκριβῶς μὲν ὁσιαῖοι, κατὰ δὲ τὴν οὐκ ἀκριβῆ διάλεκτον, ἐσσαῖοι. Sed falſo eum nomen Syriacum, aut Iudaicum à Græco derivare non ſolum ridicula ejus originatio aperit, ſed ex aliis, quæ infra diſputabuntur conſtabit. Cap 2. pag. 180. *Decimam libefacere conatur Druſium.* Apage, Aſinina eſt. Satis 134
exploſa a nobis ſupra. Si quid ei pudoris eſt, cavebit in poſterum hanc Camarinam movere. Quæcunque hic dicuntur, ejuſmodi ſunt, ut mirari ſubeat, aut otium hominis, qui tam futilia perſequitur, aut ἀδιατρεψίαν, quem non pudet iterum ſeſe traducere facto ſuo, cum & pudere & pœnitere intererat potius, quam illa iterare, ex quibus nihil aliud, quam ſibi infamiam, lectori autem faſtidium pariat. Sed hæc confutare Druſii partes ſunt, quod hæc omnia ad eum pertinent. Quid eſt ineptius, quam Eſſenos δευτερωτὰς vocare, quum hoc ſolum Phariſæorum ſit?

quid ſtultius, vanius, futilius, quam illud השובים ex חשרים depravatum a Munſtero, recoquere? Quid deniq; impudentius, quam hoc defendere? Pag. 184. *Quaſi vero non ſit apud Hebraos uſitatiſſimum, ut vocabula & polyſema, & media ſint.* Media vocabula ſunt ea tantum, quæ in bonam aut malam partem ſumuntur, ut *valetudo*, ut *fama*, ut verbum *imprecari.* quę non per ſe, ſed per adjun-
135 ctum aut expreſſum nomen intelliguntur, bona, mala valetudo, aut fama. bonum, malum imprecari. Alia ſunt quę ἐκ διαμέτρου pugnantia ſignificant per ſe, & ſine attributo. ut κῦδος tam honorem, quam dedecus ſignificat. ἀλύω tam gaudere, quam moerere. Apud Syros סכלא tam φρόνιμον, quam ἄφρονα. ſed non eſt hujus claſſis. Dialectus enim Syriaca ab Hebræa matrice, ut *Italica* a Latina, propagata eſt. In Hebraico סכל ἀφρονεῖν, שכל εὐφρονεῖν, omnino contraria eodem ſono pronunciantur, quia ס & ש cum puncto ſmol ejuſdem ſoni ſunt. & ab eo סכלא Syriacum utrunque ſignificat. Quare, ut dixi, non eſt ejuſdem claſſis, quia non eſt eadem origo. Sic Hebraice צרח clamavit: צריח turris, quia inquiunt Critici Hebræi, vigiles ex ea clamant. Sed falſi convincit Arabiſmus in quo צרח cum puncto idem quod clamavit Sed Iudæi ſcriberent per Caph צרך. Item צרחא eſt turris cum leni Cheth; hoc eſt, ſine puncto. Ideo צריח Hebraicum non eſt a צרח. Rurſus idem thema verbi poteſt eſſe, vel potius eædem literæ thematis, quum tamen di-
136 verſi ſint apices vocales. Tunc non erit eadem origo, quia diverſi apices diverſam originem arguunt. קָדוֹשׁ Sanctus קָדֵשׁ Cinædus. nihil habent commune ut in ſignificatu, ſic neque in origine. Quare fallitur Serarius, dum קדוש & קדש eandem originem, idem thema, &, ut Hebræi Medakdekim dicunt, eandem radicem putat.

Rurſus

Rurſus שונים *diſcentes*, & שונים *mutantes*, aut *iterantes* Prov. 24. 21. neq; origine differunt, neq; ſignificatione, niſi per ſecundam intentionem. Nam שנה proprie mutationem, & iterationem per primam intentionem ſignificat. quum autem pro diſcere ponitur, quid aliud eſt quam iteratio ejuſdem rei, in meditando, & mutatio, donec omnia memoriæ hæreant? Itaque שנה non eſt medium vocabulum quod imprudenter excidit Serario. Non enim contraria ſignificat. Sunt & alia, quæ omnes linguæ, ſed Iudaica præcipue, κάτ' ἀντίφρασιν uſurpant מכוער eſt μεμολυσμένος, tamen ponunt ἀντὶ τοῦ καθαροῦ, כושׁ, αἰθίοψ, pro albo, נפחא *faber*, fuligine nimirum infectus, pro pulchro. סגי נהור πολυφεγγὴς, *luminoſus*, pro 137
cæco, & qui lumen non habet. Inde Magiſtri, quum aliquid κάτ' ἀντίφρασιν dictum volunt, hoc vocant. על דרך סגי נהור. Sic Græci: Photius 874. 10. ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις, διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν, καὶ τὸν δήμιον κοινὸν, τὰς δὲ Ἐριννύας Εὐμενίδας, ἢ σεμνὰς θεὰς, τὸ δὲ μύσος ἄγος. τὸ δὲ ὄξος μέλι, καὶ τὴν χολὴν γλυκεῖαν, τὸν δὲ βόρβορον ὀχετόν. οἱ δὲ γραμματικοὶ τὰ τοιαῦτα κάτ' ἀντίφρασιν ὀνομάζουσιν. Οἶδα δέ τινας, φησὶ, τῶν φιλολόγων δὲ τὸν πίθηκον ὀνομάζοντας Καλλίαν. De Simio quod ait, confirmatur ab Heſychio, apud quem καλλίας eſt πίθηκος παρὰ Λάκωσι. Sic denique ברך εὐλογεῖν καὶ βλασφημεῖν in ſcriptura. Sunt & alia, quæ non contraria, ſed diverſa ſonant, ut *Ius legitimum*, & *jus culinarium*, & ſi quæ ſunt tam apud exoticos, quam apud Hebræos. Quod huc גאון conjicit Serarius, quod faſtum ſignificat, & magnificum, minus prudenter facit. Nam Gloria, quando illud vitium ſignificat, ex quo Pyrgopolynices miles glorioſus dictus eſt, non diſcedit a ſua notione, ſed gradum 138

 facit

facit ad aliud per figuram κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ κατὰ τὸ ἔλαττον. Idem de Gaon dicas. Eſt id magnificentia : ſed quando facit gradum ad extremum , eſt faſtus , ut apud Latinos Gloria: aut contra , in Scriptura eſt faſtus , ab eo ad melius extremum gradu facto , eſt magnificentia. Itaque nulla mutatio eſt. Hoc tantum in eo verbo mutavit, quod quum eſſet nomen ſubſtantivum , factum adjectivum. Vnde Gaonim dicti illa Sapientum claſſis, eadem ſignificatione, qua Veneti ſuos Senatores vocant.

Iterum editionis Baſilienſis Pſeudogurionidæ menda ventilata: Pertinacia Serarii. Ioſ. Scaliger indicavit de nomine חבר quod diſſimulat Serarius. Cheth Arabicum non eſſe Caph Hebræorum. Gentilia αῖος & ηνος quæ Ioſ. Scaliger primus indicavit.

Cap. 19.

Sequitur eadem pagina : *An vitioſior lectio Gorionidæ in*
149 *editione Baſilienſi quam in Veneta ?* Hoc eſt quærere , utrum melius τὸ δόκιμον κόμμα ; an τὸ κίβδηλον ; vinum an vappa, artus integri an luxati ? Certe ex iis , quæ a nobis de Pſeudogurionide diſputata ſunt, potes hoc ſcire, Serari, & hoc contentus eſſe , ſi aliquid in te judicii eſt, aut candoris. Nam hæc in dubium vocare puerile eſt. Adhuc ne pertendis ? Non pudet pertinaciæ? Quæro ex Serario, quid eſt השׁנים אשר לחסידים Ego ſcio nullum Iudæum etiam doctiſſimum hoc intelligere. Sunt enim verba nihili. Sed השרים אשר לחסידים ἄρχοντες τῶν ἁγίων *Principes Sanctorum*, id eſt, ut Pſeudogurionides intellexit, *Phariſæorum.* Nam & paulo poſt dicit השר מנחם *princeps Menahem.* Erat enim & is Princeps ; ut putat idem Pſeudogurionides, qualis Ioannes ille Eſſæus. Ioſephus θαυμαστὰ δὲ

Digitized by Google

νᾶ δὲ τοπαρχίας Ιωάννης ὁ Εσσαῖος στρατηγήσων ἐπέμφθη. Principes enim trium Sectarum reſidebant Hieroſolymis, ut hodie principes ordinum Monachalium, quos Generales Ordinum vocant, Romæ manere tenentur. Inde illa, οἱ πρῶτοι τῶν Φαρισαίων, οἱ πρωτεύοντες τῶν Φαρισαίων. quam- 140
quam in ea hiſtoria Ioſephus non meminit τῶν πρωτευόντων, & impoſtor Pſeudogurionides hæc divinavit, tamen verum eſſe, quod diximus περὶ τῶν πρωτευόντων in illis ſectis, ex iis quæ adduximus, perſpicuum eſt. Quare ita vertendum ex editione caſtigata: *Iccirco non adegit eos ad juſiurandum. Quin etiam principes Sanctorum, & ſapientes honore ſummo honoravit. Præterea princeps Manahem diſcipulus Sammai (fuit enim & alius quoque Manahem) erat illo tempore vir juſtus & ſapiens.* Hæc omnia ridicule in editione Munſteri depravata, interpolata, obſcurata ſunt. Æſtuet quantum volet Serarius, neque unquam editionem Munſteri, in qua hic locus multa habet, quæ nullam ſententiam efficiunt, ulli Hebraice perito probabit, neque a nobis aliud judicium exprimet, quam quod de pertinacibus pronunciari ſolet. Nauſeam mihi movent hominis verba, culpam iis defenſionibus diluentis, in quibus plus peccatur, quam in eo, quod defendendum ſuſcepit. Non magis השונים pro השרים probari poteſt, 141
quam הבושים pro הבותים. Vtrumq; n. Munſterus ſuppoſuit, quum morboſam ſcripturam ſui Codicis aſſequi non poſſet. Pag. 188. *Munſterus: & etiam Eſſenos, qui erant Haſidæorum.* Quid hoc eſt? Nam ſi Eſſeni & Haſidæi idem ſunt, quomodo hæc convenire poſſint, non video, niſi concedamus recte dici, Franciſcanos Minoritarum, Dominicanos Prædicatorum, Loiolitas Ieſuitarum, Academicos Platonicorum. Nobis non licet eſſe tam acutis. Atqui Pſeudogurionibes הסורים ſemper pro Phariſæis uſurpat.

uſurpat. Quid erit igitur hoc? *Eſſeni, qui erant Phariſai.* Acumen Serarii, qui tam ineptam lectionem non animadvertit: modeſtiam qui defendit; quod idem fuerit, ac ſi dicamus Franciſcani, qui erant Dominicanorum. Eadem pagina ineptiſſime Venetam editionem lancinat. Certe ſi eſſem pecus illud Martinus Delrio, hic opportune evomuiſſem *obſcæna lingua probra circulatricis.* Pag. 191. *Eſſai ſint ab Hebræo cheſid*, imo *chaſid.* eſt enim Ka-
142 metz, non hateph patah. a quo *cheſi*, ſive *heſi*, id eſt ὅσιος. חסי ab Hebraico חסיד deduci nemo credet, niſi puer & tiro in Hebraiſmo. Iam illam craſſam inſcitiam ſupra caſtigavimus. Vbiq; peritiam Hebraiſmi oſtentat Serarius, & *Aliquando ut perdat*, *ludit aſſidue aleam.* Quanta eſt pertinacia, quanta inverecundia, quanta ἀναισχυντία toto hoc capite, quod vix tandem ita concludit. *Sed tandem Eſſai ſint ab Hebræo cheſid* (imo *chaſid.* חסיד חָסִיד non ad eundem lapidem offendit) *a quo Syriacum cheſi*, ſeu *heſi*, id eſt ὅσιος *ſanctus & pius.* Syriacum ab Hebraico deductum eſſe, eliſo ד quod Serarius ſomniat, jam confutavimus, quod tamen tertio iteratur. Pag. 193. quæ eſt ſtolida inſcitia. Nam חסי merum Syriacum eſt a quieſcentibus Lamed poal חסא. At חסיד Hebraicum eſt a themate חסד: neque unquam factum, ut in iis, quæ Syri acceperunt ab Hebræis, ל poal eliſerint. Nam קשי pro קשיע & ſimilia, non ſunt dialecti, ſed διαστροφαὶ ſermonis Iudaici, non Syriaci. Nihil poteſt magis arguere imperitiam Hebraiſmi, & Syriaſmi, quam ſi
143 dicatur חסי à חסד Hebraico natum eſſe. Itaque totum caput 3. & hoc, & velitatio de aſpiratione, nihil eſt, quam tempus, rem caram, perdere. Hoc nunquam vindicabit Serarium a culpa, quam in ſe admiſit. Sed quare diſſimulat de nomine חסי Eſſæos deduci, quum id primi

omnium

omnium nos dixerimus, & multos adverſantes ſententiæ noſtræ experti ſimus, in quam tamen diſſimulato nomine noſtro pedibus diſceſſerunt? Certe nunquam non dicam illi, qui eſt harum rerum imperitus, ſed ne peritioribus quidem in mentem hujus nominis veniſſet, niſi a nobis indicatum eſſet. Sed quia publicavimus, publicum eſto. Poteſt quivis ſui juris facere. Atqui publica non ſunt unius. Et propterea alii quoque fecerunt ſuum. Age non querimur. Non alia enim ratione id omnium fecimus, niſi ut non eſſet noſtrum. Pag. 196. *Arabes vero ſolent Hebræorum cheth in caph permutare.* Scio & alios id dixiſſe. Sed eſt delirium. Quare avellendum ex opinione. Arabes habent duplex cheth, lene & denſum. Lene ut H Latinum pronunciatur. denſum eſt aſperri- 144
mum, quod ſcripto reddi non poteſt. Pronunciatur enim ut Iudæis *Elohecba.* Nam ultima ſyllaba *cba* Iudæis eſt horrida ut ſciunt, qui eos audierunt, ſaltem Romæ, Avenione, & alibi. Igitur nihil magis diverſum eſt, aliquando etiam nihil magis contrarium, quam Radix eadem Arabibus iiſdem literis ſcripta in uno verbo cum leni cheth, in altero cum denſo. Exemplum חלק cum puncto, id eſt, cum chet aſpirato, quod & ipſum multa ſignificat. Iudæi igitur qui Arabica ſuis characteribus ſcribunt, non autem Arabicis, pro חלק aſpero, ſcribunt כלק; alterum autem ſcribunt more ſuo cum ח. Sed emendatiora Iudæorum exemplaria virgulam trajiciunt כ̄לק, ut oſtendant eſſe ח aſperum. Valde vero falſi ſunt, qui putant Arabas cheth Hebraicum in caph convertere. Iudæi raro dant operam Arabiſmo cum Arabicis characteribus, ſed cum Iudaicis, Ideo ſæpe multum errant, quum Caph, quod repræſentat ח aſperum, putant eſſe ſuum Caph. Arabes ſeptem literas dupliciter legunt, cum puncto, & 145
ſine

ſine puncto. Eæ ſunt רחט תשעץ. Eædem quum punctum acceperunt; omnino diverſum, aliquando etiam contrarium ſenſum concipiunt, ac, quum leniter ſcribuntur. Qui igitur in Arabica characteribus Iudaicis ſcripta incidet, longe errabit, ſi caph Arabicum idem putabit eſſe cum Hebraico, quando virgula ſuperinducta eſt. Igitur רחט תשעץ cum punctis alium ſonum & proinde aliam notionem habent, quam ſine punctis. Ex illis ח cum puncto Iudæi ſcribunt cum כ virgula trajecta. ע a. cum ג. quod valde imponit rudioribus, qui nondum didicerunt Arabica. Nam Arabice עיר cum puncto eſt גיר Iudæis cum Gimel. Contra, quia Arabes ſuum Gim pronunciant in omnibus ut Itali & Galli Gante E, I. Iudæi autem carent ſono illo, quemadmodum Germani, & omnis fere Teutoniſmus, propterea, quando Gim Arabicum per ſuum Gimel ſcribũt, inducuut virgulam ג̄ ut denotetur illud Gim vel Gimel non habere ſonum G
246 Germanici, ſed G Italici & Gallici ante, E, & I. Quod igitur de Iudęis diximus, eos raro Arabiſmo operam dare cũ Arabicis characteribus, adeo verum eſt, ut ſæpe fallantur. Vnum exemplum dabo ſummi inter illos interpretis auctoris Baal Aruch, qui הזמת interpretatur Arabice אלומה של שבולים *manipulum ſpicarum.* quod ſane per cheth ſcribitur apud Arabas, qui non ſolum Cheth diſtinguunt in lene, & aſperum; ſed etiam lene, in lene & lenius. Lene eſt ח, lenius eſt He, quemadmodum etiam aliquando he habet ſonum Eliph. Rurſus quod idem Iudæi ח Arabicum durum putant eſſe ſuum Caph, quædam apud Kimhi, & Aben Ezra occurrunt indicia. Vnico contentus ero. Kimhi in radice סכן ita ſcribit: וכן קורין בערבי דבר החם אלסכון. *Et ita vocant, in Arabico rem calidam* Elſechun. Fallitur vero. Nam Arabibus אלסחן vel

potius

potius אלסחות cum puncto duro, non אלסכן calidum ſignificat. Vnde Hiſpani ſuum *Cabinas* fecerunt. Ex his probatur, quantum falſi ſunt, & cum illis Serarius; qui ajunt Cheth Hebraicum ab Arabibus in Caph converti: 147
quod contra eſt. atque adeo Iudæi ipſi ignorant ſæpenumero has mutationes literarum, quia Arabica Iudaicis characteribus legunt. Idem faciunt Samaritani & Syri Maronitæ, & Neſtoriani. In fine Capitis 3. inſignem pertinaciam profitetur de terminatione Gentilitiorum nominum in *αῖος* & *ηνὸς*. Nos id oſtendimus in libr. de Emend. Temp. atque adeo audemus profiteri nos primos indicaſſe illarum terminationum differentiam, quarum *αῖος* eſt propria Europæorum, *ηνὸς* propria Aſianorum. rurſus *αῖος* propria Syrorum; *ηνὸς* propria Arabum. Exemplum נצרה Nazareth patria Domini producit Gentilitium נצרי Syriace, Ναζαραῖος. נצראן Ναζαρανὸς vel Ναζαρηνὸς Arabice. Vnde nos vocant נצראני quaſi dicas, Ναζαρηνικοὺς. Quod hæc terminatio Arabica ſit, declaravit Stephanus; Ἀβασηνός. poſt alia; ὁ τύπος ὀξὺς, καὶ ἐπιχώριος τοῖς Ἄραψιν, ὡς Μηδαβηνοὶ. Ὀβοδηνοὶ, Ἀδριηνοὶ, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἀσιανοῖς ἅπασιν, ὡς Ἀπολλώνιος ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ περὶ παρωνύμων φησὶ, διότι ἔθους εἰσὶ ταῦτα τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀσίας 148
κατοικοῦσιν, ἀλλοτρία δὲ τῶν Εὐρωπαίων. οὐ γὰρ ἀπὸ πόλεως καὶ δήμου κατὰ τοῦτον ὠνόμασαι τὸν τύπον. Idem Νίσιβις. καὶ ἔδει Νισιβίτης. ἀλλ' ὁ τύπος Αἰγύπτιος, καὶ Λιβύης. οὐδὲ διὰ τοῦ ηνος τὰ περὶ τὸν Εὐφράτην, καὶ τὴν ἕω, ὡς Σεφηνὸς, Ταξηνὸς, Καμβυσηνός. Vide Ἀγβάτανα, ubi plura. Nemo hæc notaverat ante nos. *Notant Byzantinum Stephanum in voce* Ἄβαρνος *Scaliger & Druſius.* Ego citavi in voce Ἀβασηνός. In Ἄβαρνος nihil tale. Sequitur oraculum Serarii ex adytis Societatis: *Terminationem in ENVS, ſeu ηνος barbaram potius, quam Græcam dicat. Non id tamen dicit, ſed ex Apol-*

lonio

lonio dicit ea potius Aſiatica eſſe, quam Europaa. Dic mihi, Serari, columen Theologiæ & Critices, Arabes, Græcine, an Barbari? alterutrum eſſe oportet. Græcos non dices. Non enim ita inſanis. Ergo Barbari. Eorum autem propriam hanc terminationem dicit Stephanus, & nos jam oſtendimus ex eorum lingua, quod nemo ſciebat. Ergo & barbara & Arabum propria ea terminatio. Per-
149 ſarum etiam, & Euphratenſium, & Orientalium propriam eſſe dicit. Quid vis tibi? Quibus verbis vis exorari? præi nobis, ut te placemus, ne nobis diu iniquior ſis, ne veritatem in genere hominum, quos odiſti capitaliter, ex inſtituto familiæ veſtræ oppugnes. Certe qui te hic defendere volet, auctor illi ſum, ut in Sociorum corpus cooptetur.

Thraces πολισαὶ & κτίσαι. Locus Ioſephi emendatus. Abii apud Tertullianum repoſiti. Chriſtiani quare ad Orientem converſi precabantur. Eſſæi heretici erant. Id præteritum aut diſſimulatum a Serario, quia inde Monachos deducit. Locus Epiphanii male a Serario intellectus.

CAP. 20.

CAp. 4. pag. 200. ἀλλ' ὅτι μάλιστα ἐμφέροντες Δακῶν τοῖς πλείστοις λεγομένοις. Abraham Ortelius ὁ μακαρίτης, vir ſingulari probitate, primus odoratus eſt eſſe Criſtas Strabonis. *Criſtas* inquit, *Strabonis puto ex Abiorum genere*: quo nihil verius eſt. Sed πλεῖστοι non eſt nauci. Le-
150 gendum igitur apud Ioſephum: Δακῶν τοῖς Πολισταῖς λεγομένοις. Idem enim πολισταὶ, qui κτίσται. Omnes Scythæ & Thraces antiquitus νομάδες erant, in plauſtris degentes. Primi inter illos φιλοσοφοῦντες quidam vicatim, & oppidatim cœperunt habitare, qui ab eo πολισταὶ, & κτίσται dicti,

dicti, quum tamen Ἀβιοι in quorum finibus habitabant,
palabundi viverent, quod eorum nomen indicat. Tamen
hos cum Hippemolgis & Galactophagis confundi ſcribit
Strabo εἶναι δέ τινας τῶν Θρᾳκῶν, οἳ χωρὶς γυναικὸς ζῶσιν, ȣ̈ς
κτίςας καλεῖσθαι, ἀνιερῶσθαί τε διὰ τιμὴν, καὶ μετὰ ἀδείας ζῆν,
τȣ́τȣς δ᾽ συλλήβδην ἅπαντας τὸν ποιητὴν εἰπεῖν

ἀγαυȣ̀ς Ἱππημολγȣ̀ς,

Γλακτοφάγους, Ἀβίȣς τε δικαιοτάτȣς ἀνθρώπȣς Ideo Tertul-
lianus hæreticos extorres Eccleſiarum, ubique terrarum
palabundos comparat Abiis iſtis, nomadico generi ho-
minum. cap. 42. de Præſcriptionib. Hæret. *Plerique nec
Eccleſias habent. Sine matre, ſine ſede, orba fide, extorres,
quaſi Abi late vagantur.* Vbi ineptiſſime editum, *quaſi ſibi
late vagantur.* Quid proclivius, quam ex literis *Si*, literam 151
A formare? quid clarius hac emendatione? quid præpo-
ſterius judicio quorundam ᾠωδῶν, qui reprehendunt?
Pag. 201. *Eſſet autem hæc adhuc illuſtrior comparatio, ſi pro
Pliſtis illis reponeretur Ctiſtas.* Nimis receditur a veſtigiis
corruptę lectionis, ſi ἀντὶ τȣ̃ πλειςοις, legamus Κτίςαις. Igitur
πολιςαῖς veriſſimum. Sed Serarius Ortelii nomen præ-
teriyit, qui primus indicavit. Quod περὶ κτίςȣ poſtea
diſputat, & apud Suetonium Maſgabam κτίςην ab Au-
guſto dictum ab alia cauſſa, quam ex notione vulgari,
vellem nobis explicaſſet. Quid enim velit, neſcio. Pag.
212. Omnibus Serarii ambagibus remotis, Eſſeni adora-
bundi ad Solem Orientem convertebantur, & neſcio
quare hęc fucare nititur Theologus. Luce enim clarioſa
ſunt verba Ioſephi: ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρίζοιεν τȣ̃ θεοῦ.
Quamvis Iudæus, tamen loquitur ut Græcus Græce ſcri-
bens. Græcis enim ἀνίσχοντος θεȣ̃, nihil aliud eſt, quam
ἀνίσχοντος ἡλίου. Ea quoque ſatis confirmant eos preces
ad ſolem concepiſſe, imo ſolem ipſum oraſſe, ὥσπερ ἱκε-

152 τεύοντες. Quis negabit niſi qui Græce neſcit? Quo tot pædagogica argumenta? Quo ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον? Hoc quum facerent Eſſæi, ex illis orti ſunt Σαμψαῖοι, qui & ἡλιογνῶσται. Hoc factum tam Eſſenorum, quam Sampſæorum eſt adverſus inſtitutum legis divinæ, Ezekiel 8. 19 Porta enim Tabernaculi ſpectabat ſolem; Sancta Sanctorum illi oppoſita converſa erant ad occidentem. Vnde neceſſario ad occidentem adorabant. Quod ea cauſa fecit Moſes, ne ſi ad Solem converſi adorarent, Solem ipſum potius, quam Deum adorarent, quod etiam diſerte in divino opere ſuo Arabico More Hannebokim diſputat Rambam. Chriſtiani vero, ne viderentur judaizare, ad ſolem orientem orabant, neque tantum ob eam cauſſam, ſed quia Chriſtus a Prophetis vocatus eſt ἀνατολή. Lucæ 1. 78. ut recte verterunt Septuaginta Hierem. 23. 5. Zachariæ 3. 8. & 6. 12. ubi hebraice eſt צמח. Vnde Iudæi horoſcopum, id eſt locum orientis in themate Genethliaco vocant צומח, hoc eſt ἀνατέλλοντα. Vox hebraica duo ſignificat, Germen, & per ſecundam notionem, ἀνατολήν. Qui
153 vertunt Germen, imperite faciunt, audeo dicere neque mentiar, contra verbum Dei. τὸ ἀπαύγασμα, id eſt ſplendorem, quod eſt in Epiſtola ad Hebræos, Syrus paraphraſtes vertit צמחא. Chriſtum ἀνατολήν vocatum ter aut quater apud Iuſtinum leges. Tertullianus Apologetico ſcribit, Gentiles putaſſe Solem a Chriſtianis adorari, quod ad orientem converſi precarentur. Cap. 16. *Alii plane humanius & veriſimilius Solem credunt Deum noſtrum. Ad Perſas ſi forte deputabimur (licet Solem non linteo depictum non adoremus) habentes ipſum ubique in ſuo clipeo. Denique inde ſuſpicio, quod innotuerit nos ad orientis regionem precari.* In quæſtionibus perperam Iuſtino attributis, quæſtione 118. διὰ τί ὡς σεμνὸν ἔργον τε καὶ δικηλήελον θεῖον τὸ

πρὸς

πρὸς τὸ ἡλιακὸν κλῖμα νομίζοντες, ἐν αὐτῷ ἀφορῶντες τοὺς ὕμνους καὶ τὰς προσευχὰς τῷ θεῷ ἀναπέμπειν. Vide reſponſum, ubi cauſa diverſa a noſtra redditur. Clemens 7. Stroma. πρὸς τὴν ἑωθινὴν ἀνατολὴν αἱ εὐχαί. Fruſtra vero torquet ſe 154
In defendendis Eſſenis Serarius, quod Solem neget eos adoraſſe. Certe plus videntur adoraſſe, quam contra, ex verbis Ioſephi. Neque ulla alia cauſa fuit, quare ad templum non admittebantur, niſi quia quædam hæretica habebant, Adorare ad orientem, Victimas non mactare, & alia. Ideo hęretici erant. Quod neſcio an animadvertit Serarius: aut quia hinc Monachorum originem repetit, an propterea illud diſſimulaverit, equidem dubito. Certe in ſequenti cap. 5. ubi id argumentum tractatur, hoc non tangit. In verſu Iuvenalis legendum, *Et cæli lumen adorant*: ut recte olim Canterus correxit. Nam Serarius ridicule citavit, nullo ſenſu. Quod pag. 227. quæritur, an Eſſeni Chriſtum convenerint, ego reſpondeo, nunquam eos ſermonem cum Chriſto contruiſſe, utpote qui in vicis remotiſſimis incolerent. Paulo infra ait duo Eſſenorum Samaritarum genera conſtitui ab Epiphanio, quod ita ſcripſerit: Γορθηνοὶ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Εσσηνοὶ ἐγγὺς τῶν ἄλλων γινόμενοι. Semper fidem facit tam Hebraiſmi, quam 155
Helleniſmi ſui. Ego nullos alios Eſſenos video præter eos, quos decima Hæreſi poſuit. Nam ἄλλοι, ut ſæpe ſolet, eſt πλεονασμός. Γορθηνοὶ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι erat recta locutio: ſed quia inter Eſſenos & eos, de quibus loquitur, Gorthienos, medii interjecti ſunt Sebuæi, ne de Sebuæis videretur loqui, adjecit ἐξ ἀπαμέτρου Eſſenos, perſpicuitatis cauſſa. Hoc magis explicatur ſequentibus, ἐγγὺς τῶν ἄλλων, nempe Σεβουαίων. Nam quum ſint ἄλλοι, καὶ ἄλλοι, & de illis intelligantur Eſſeni & Sebuæi, quum alteri de Eſſenis intellecti fuerint, quin alteri de Sebuæis dicantur,

 dubitari

Digitized by Google

dubitari non poteſt. Et hoc eſſe verum, qui mediocriter Græce ſciunt, non dubitabunt, non negabunt. Certe Serario tam opus eſt Magiſtro in Græcis, quam in Hebraiſmo. Et mira eſt ejus in hoc loco Epiphanii hallucinatio.

CAP. 17.

Epiphanij locus animadverſus Hæreſi 10. Eum non bene
156 *Eſſenos ab Eſſæis diſtinxiſſe, & inter Samaritanos collocaſſe. Γορθαῖος. Γορθαιηνοί, non Γορθηνοί. Wolfius à calumnia Zelotæ vindicatus. Locus Suidæ recte à Wolfio interpretatus, manente verbo διέστηκεν. Altera lectio Suidæ explicata.*

PAg. eadem 227. Eſſenos quare in Samaritis poſuerit Epiphanius, neque cauſſam ſcio, neque ſi ſciam, probare poſſim, non magis, quam quod idem ſcriptor loquens de illis Eſſenis Hæreſi 10. in fine adjicit: ἀλλὰ καὶ ὅτι ᾠκοδόμει Ἔσδρας τὴν Ἱερουσαλὴμ κατὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, ἀξιωσάντων τῶν Σαμαρειτῶν συνεπιδοῦναι βοήθειαν Ἰουδαίοις, συνοικοδομῆσαι, ἐπετράπησαν ὑπ' αὐτοῦ τε τοῦ Ἔσδρα, καὶ τοῦ Νεεμία. Hic primum animadvertendum, Eſdram ædificaſſe Ieroſolyma. Hoc enim, ut pueri ſciunt, ſolius Nehemiæ labor eſt, qui 72. annis poſt Eſdram profectus eſt Ieroſolyma, & urbis mœnia, ac plateas inſtauravit. Deinde ἀξιωσάντων τῶν Σαμαρειτῶν συνεπιδοῦναι βοήθειαν Ἰουδαίοις confutatur Nehemiæ 2. 10. 4. 1. 7. 6. 3. denique ἐπετράπησαν ὑπ' αὐτοῦ τε τοῦ Ἔσδρα, καὶ τοῦ Νεεμία, confutantur 2. 20. Sed quot ejuſmodi ſunt in illo theſauro
157 vetuſtatis rerum Chriſtianarum? Quare cum delectu ille auctor tractandus, optime alioqui de literis divinis, deque Eccleſia meritus. De Eſſenis igitur Samaritarum omnino

omnino diſſentimus ab eo: & præterea, quod eos ab Eſſæis, quos nove Ieſſæos vocat, diverſos facit. Pag. eadem 227. *A quo forte Sebuæorum nomen, quum Sebah Hebraice ſeptem valeat.* De Sebuæis, deque eorum etymo ſatis alibi demonſtratum. Sed quomodo Sebuæi à שבעה deduci poſſint magno emerim ſcire. Pag. 228. Male Γόρθηνοι pro Γορθαιηνοὶ, ut recte eſt apud Euſebium pag. 41. Hiſtor. Eccleſ. Sine dubio enim γορθαῖος fuit גורהאי, ut Δοσθαῖος, דוסתאי. Ibid. ἰδιαζόντως τοῖς Ὀσσηνοῖς. Iam hoc anile commentum in fine antecedentis capitis confutavimus. Ibid. *(Oſſeni.) illi* σιβαρὸν γένος *nomen à robore acceperunt, quod Hebraice* עוז *hozh dicitur.* Epiphanius putavit N eſſe radicale, quum tamen oblitus ſui alibi Ὀσσαίους vocet. Ab עושין igitur, id eſt, σιβαρότητος, τοῦτο τὸ σιβαρὸν τῶν Ὀσσηνῶν γένος dictum putavit. Neque de hoc 158 dubitandum, hoc in animo habuiſſe Epiphanium. At ab עוז, imo ע'ז, עזי Vzzi deducitur. Ergo Vzzæi dicerentur. *Vel, ut quidam volunt, à* קשה id eſt durum. Quid tibi animi erat, Serari, quum ſcriberes Oſſenos à Kaſche dictos eſſe? perinde ut Germanos à Rheno? Si hæc non eſt tua, ſed aliorum deliratio, quare iſta digna cenſes quæ in medium producantur? Dolet mihi alicujus Novatoris commentum non eſſe. Cum honore enim eum, quæ tua & ſociorum civilitas ac moderatio eſt, nominaſſes. Pergit: *quia neque in Garizitano ſacrificabant.* Neque Sebuæi poterant in templo Garizitano ſacrificare, ſiquidem, quod putavit Epiphanius, alieno tempore ſolennia celebrabant. Quis enim paſſus eſſet eos in Templo Pentecoſten hyeme aut autumno celebrare? Sed, quomodo hæc, quæ Epiphanius in aliam partem interpretatus eſt, intelligenda ſint, jamdudum expoſuimus. Nam non perſuadet mihi, Sebuæos ideo mutaſſe tempora & ſolennia,

159 ſennia, quia irati fuiſſent Eſdræ. καὶ τότε οἱ Σεβουαῖοι διὰ μῆνιν καὶ ὀργὴν μετέθηκαν τοὺς καιροὺς τῶν ἑορτῶν τῶν προειρημένων τὸ πρῶτον μὲν κατ' ὀργὴν τοῦ Ἔσδρα &c. Si erant Samaritani, quare irati fuerunt Eſdræ, quem exorarunt (ut quidem vult perſuadere Epiphanius) ut ſibi liceret cum Iudæis Ieroſolyma ædificare? Quæ quis probabit, præter Serarium, & ſocios, qui ad oſtentationem, qua δι' ἐρήθειαν omnia talia defendere inſtituerunt, quemadmodum Declamatores Quartanam, & Calvitium, & ejuſmodi ἄδοξα? Tunc enim exeritur mucro Compendiorum Rhetorices, & cruenta flagra expediuntur, quibus Novatorum terga verberentur. δυςήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσι, clamaret Serarius. Et ecce nunc horrendum increpuit, *-præcepſque adverſum fertur in hoſtem.* Repetitur Druſius. *An Eſſeni Phariſæi?* Quid hoc monſtri eſt? Tres ſectæ ſunt, Phariſæi, Sadducæi, Eſſeni. Si Phariſæi Eſſeni, ergo duæ tantum. Sed hæc, non quod ita credat, ſed quia hoc problemate tanquam pugione jugulum Druſii petit. Quæ igitur hæc ſtultitia eſt, tam anile pro-
160 blema, tam abſurdum in medium jacere, & tam frivolo argumento integrum caput occupare. Tantum otii Patribus ab re ſua? Pag. 231. Suidas, Ἐσσαῖοι Ἰουδαῖοι ἀσκηταὶ, Φαρισαίων καὶ γραμματέων τὴν ἄσκησιν ἐξ ἐπιμέτρου διεστηκότες. Eadem repetuntur in Cedreni Farragine 163. 34. ἥτις γε (ἄσκησις τῶν Ἐσσαίων) τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων τὴν δικαιοσύνην ἐξ ἐπιμέτρου διενέστηκεν, & quæ ſequuntur, ad verbum ex Suida deſumpta. Vnde apparet, ſi mendoſus eſt locus, errorem vetuſtiſſimum eſſe, ἐξ ἐπιμέτρου διέστηκε, ἀντὶ τοῦ ἐκ διαμέτρου. Nam ridiculum eſt, ex *auctario diſtare*, aut *opponi*, quod non ſine riſu dici poteſt. Itaque vel primis literis Græcis imbutus errorem deprehendet & emendabit: quod & fecit vir & moribus integerrimis, &

doctrina

doctrina ſingulari præditus Hieronymus VVolfius, qui quum vertit, *ex diametro*, locum ita, ut oportebat, emendavit. Neque quærendus erat tam eruditus vir, ad levem errorem tollendum, quum hoc, ut dixi, quivis mediocriter Græce doctus fecerit. At Serarius non quod pueri in faba, ſe inveniſſe putans, ſi occaſionem nanciſcere- 161
tur, qua tanto viro inſultaret, non ſolum temere illum ſuper interpretatione reprehendit, ſed etiam zelotice, & veteratorie eo nomine appellavit, quo illi contumeliam fieri putavit. Non potuit in eodem loco, neque incivitatem ſuam, neque imperitiam literarum Græcarum opportunius oſtendere. Quantum hæc duo, τὸ ἐξ ἐπιμέτρου, καὶ τὸ ἐκ διαμέτρου inter ſe differant, & quæ verba utriq; accommoda, & quæ ab utroque aliena, inter quæ διεστηκέναι alieniſſimum τῷ ἐξ ἐπιμέτρου oſtenderem, niſi & pueri ſcirent. Quo magis Serarium pudere debuerit, cui pueri ſilentium imponerent, ſi illi aliquis ſenſus pudoris eſſet. Alia temeritas eſt, quod putaverit VVolfium ignoraſſe, quæ differentia eſſet inter τὸ ἐκ διαμέτρου, καὶ τὸ ἐξ ἐπιμέτρου. Ita igitur defendimus VVolfium, & merito, ſi quidem διέστηκεν legamus. Sed aliter legit idem Suidas alibi, ἐξ ἐπιμέτρου. ἡ τῶν Ἐσσαίων αἵρεσις, οἵ εἰσιν Ἰουδαῖοι, τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων τὴν δικαιοσύνην ἐξ ἐπιμέτρου διανέστηκεν. Vbi legitur, ut in Quiſquiliis Cedreni, διανέστηκεν, ſed in Cedreno perperam una litera tantum aliter, διενέστηκεν. Iam 162
alia lectio aliam interpretationem poſtulat. Phavorinus errat, qui τὸ ἐξ ἐπιμέτρου in illis verbis Suidæ interpretatur ἐκ διαμέτρου. Hoc locum habebat, ſi, ut in altera lectione, διέστηκεν, non διανέστηκεν legeretur: quamvis ἐξ ἐπιμέτρου nunquam faciet, ut ſit ἐκ διαμέτρου. Vertenduum igitur: *Eſſæorum hæreſis (ſunt autem Iudæi) Phariſæorum & Scribarum juſtitiam ſupra modum evexit. aut extulit.* Vult enim

 ſcriptor

ſcriptor apud Suidam, quiſquis ille fuit, Eſſæos Phariſæorum juſtitiam imitantes eam in ſublime extuliſſe, hoc eſt ἐξακριβῶσαι, ac longe majorem eorum, quam Phariſæorum, a quibus acceperant, juſtitiam fuiſſe. Ita videtur ille ſcriptor Eſſæos Phariſæis poſteriores facere: quod veriſſimum eſt, ut proximo capite oſtendetur.

Haſidæorum origo, functio. Phariſæi, a Phariſæis Eſſeni. Sadducæi a Karraim. Serarii errores.

Cap. 22.

163 Cap. 7. *Eſſeni an Haſidæi?* Venimus ad caput fontis, unde tot rivi diſputationum deducti, & pugnæ magnæ pugnatæ. Quum oſtenderimus qui ſint Haſidæi neque æquo lectori dubitandi, neque pertinaci contendendi locus erit. Haſidæi igitur erant corpus, τάγμα, σύστημα, vel, ut Conſtitutiones loquuntur, Corporati, qui ſponte ſeſe addicebant functionibus legis, unde dicuntur ἑκουσιαζόμενοι τῷ νόμῳ 1. Macc. 11. 42. ubi etiam vocantur συναγωγὴ Ασιδαίων, hoc eſt, Corporati Aſidæorum. Eorum origo jam inde a temporibus Eſdræ, ut paulo poſt videbimus, auctoribus inſtituti Sanctis] Prophetis, in quibus familiam ducebant Haggæus, & Zacharias nepos Addo, filius Barachiæ. Vnde, quemadmodum ipſi Prophetæ, ita & Corporati dicti חסידים Haſidim ἅγιοι ſancti, quatenus quidem ad inſtitutum: quatenus autem corpus conſtituunt, Haſidæi, חסידאי Iudaice, חסידיא Syriace. Quemadmodum liberti dicuntur quatenus manumiſſi: quatenus genus aliquod hominum conſtituunt, libero-
264 rum quidem, ſed non ingenuorum, Libertini dicuntur. Erant enim Haſidæi Φράτορες quidam qui vulgo dicuntur *confratres*, ἑκουσιαζόμενοι τῷ νόμῳ, המתנדבים בתורה; qui

præter

præter ea, quæ tenebantur ex lege facere, etiam ſponte impendia quædam in templum, & in ſacrificia faciebant. Quod ex lege quis tenetur facere, id vocatur חיוב *debitum*. quod ultro, & ſponte quis præter debitum fungitur, id dicitur רבית, hoc eſt, ut vulgo loquuntur, *Supererogatio*. Vnde & dicebatur רבית לתורה ἐπίμετρον τῷ νόμῳ, *Auctarium Legi*. Nam jam ante tempora Haſmonæorum duo genera δογματιστῶν erant apud Iudæos, עושקים בתורה *ſtudentes legi* duntaxat, & עושקים ברבית לתורה *ſtudentes auctario legis*. neque hanc legis diviſionem ignoravit Euſebius qui 8. libro προπαρ. pag. 222. prius genus φιλοσοφίαν κατὰ τὴν ῥητὴν διάνοιαν, alterum θεωρητικὴν φιλοσοφίαν vocat. Ex priore genere orti Karraim, a quibus Sadducæi; ex poſteriore Phariſæi. Nam proculdubio Phariſæi ſunt propago Haſidæorum. ἑκουσιασμὸς τῶν Ἀσιδαίων in hoc verſabatur, non ſolum ut 165
ex præſcripto legis viverent, ſed etiam ſi quid ex verbis legis per conſequentias & interpretationes erui poſſet, id ei ſatisfacere teneri, & quum omnia fecerint nihil feciſſe videri, ſive ad eleemoſynas & officia pia, quæ Hebraice dicuntur גמילות חסדים, item ad ſarta tecta templi, & ad ſacrificia, הוציא מעות לגמילות חסדים ונתן שלו עם כל זה כרבעי ליה לא עבר. *Impendit ſtipem in opera pia, & largitus eſt de ſuo*, (οἴκοθεν ἠλεήσατο, οἴκοθεν ἀνήλωκε Chryſ.) *Tamen id, quod tenebatur facere non fecit*. Eadem ſententia, ſed inverſa Lucæ 27. 10. οὕτως καὶ ὑμεῖς ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. Nam quamvis fecerint quod præceptum eſt, tamen adhuc ἀχρεῖοι εἰσὶν, quaſi nihil fecerint, Præter גמילות חסדים, ſarta tecta Templi majore ex parte curabant, & voluntarios ſumptus faciebant, hoc inſtitutum mordicus tenentes a Sanctis Dei

Prophetis, Eſdræ. 5. 2. Vnuſquiſque pendebat vectigal
166 ad ſarta tecta Templi jam a temporib. Eſdræ & Nehemię:
Neh. 10. 32. Præter illud conſtitutum tributum ſponte Haſidæi plura erogabant tam ad ipſum Sanctuarium, quam ad ejus muros, & porticus, nunquam fere recedentes a Templo, ita ut quaſi illud peculiare habere viderentur, & nunquam temere per aliud, quam per Templum jurarent, המעון הזה, item המלון הזה *per hoc habitaculum*, vel *per hanc domum*. Quare eorum propago Phariſæi idem faciebant, Matthæi 23. 16. ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ. Et ab illis quoque Haſidæis didicerunt conſtruere ſepulchra Prophetarum, Eod. 29. Merito igitur vocati, חסידים vel quia a ſanctis Prophetis eorum collegium inſtitutum, vel potius a piis operibus, & ab ædificiis ſacris ab illis inſtauratis, a fundamentis excitatis. Quare cum ſexaginta viros ex illis Corporatis poſtremus & nequiſſimus bipedum Alcimus necaſſet, vulgus putavit eorum mortem in Pſal. 79. 2. prædictam fuiſſe. *Effuderunt in circuitu Ieruſalem carnem Sanctorum tuorum*, tantam opinionem
167 ſanctitatis apud plebem conſecuti erant. Nam in lectione Hebraica eſt *haſidecha*, τῶν ἁγίων σου, τῶν ὁσίων σου. Alcimi ſævitia non potuit expleri cæde eorum, niſi etiam murum Templi ab eorum veteri Corpore ſive collegio conſtructum dirueret. Ioſephus lib. 11. cap. 17. 378. τῷ δὲ ἀρχιερεῖ τῷ Ἀλκίμῳ βουληθέντι καθελεῖν τὸ τεῖχος τοῦ ἁγίου ὂν παλαιὸν καὶ κατεσκευασμένον ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν πληγή τις αἰφνίδιος ἐκ τοῦ θεοῦ προσέπεσεν. Intelligit conſtructum ab ipſis Haſidæis & auctoribus eorum corporis Sanctis Prophetis. Eſdræ 5. 2. Iamdiu putavimus illud verbum apud Ioſephum, nempe τῶν προφητῶν, additum ab illis, qui hoc τάγμα τῶν Ἁγίων ignorarunt. quia tamen Rufinus agnoſcit illam lectionem, interpretabimur illam, ut

lâm, ut fecimus, ex Eſdræ 5. 2. Sed tamen non dubitamus τὸ Προφητῶν abundare. In qua ſententia magis confirmati ſumus, poſtquam illa verba in chronicis Euſebii legimus, ubi de eadem re mentio fit. Ἄλκιμος ὁ ἀσεβὴς καθελὼν τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς τῶν Ἁγίων δίκας ἔδωκε πικρῶς θανών. Quanta lux infertur conjecturæ noſtræ ex illo loco? τῶν Ἁγίων igitur tam Ioſepho, quam Euſebio, qui a Ioſepho hæc hauſit, intelligendum τῶν Ἀσιδαίων. Ex iſtis, ut dixi, Haſidæis profecta eſt hæreſis Phariſæorum. Nam 168
Haſidæi proprie non erat ſecta, ſed σύστημα ὁσίων Corporati devoti, inſtar eorum, quos Græci φρατριεῖς vocabant, atque in Templum quotidie conveniebant, (quod Athenienſibus eſt φρατριάζειν, item συνομνύειν, & φρατριάζειν Concilii Chalced. Canon. 19.) & ſacrificiis operabantur, agnum quotidie immolantes, qui dicebatur אשם לחסידים *oblatio Haſidim pro peccato*. Vnum tantum diem excipiebant, in quo illud ſacrificium omittebatur, undecimam Tiſri, poſtridie diei Kipphurim. Sed juſtum volumen exigebant omnia, quæ de illis dici poſſunt. Nos tantum neceſſaria excerpſimus. Haſidæorum mentio 1. Maccab. 2. 42. & 7. 13. & 2. Maccab. 14. 6. Quamdiu igitur רבית לתורה, id eſt, *ſupererogatio* uſu tenus obſervabatur, nulla ſecta fuit in populo Dei. Sed poſtquam ſupererogationis præcepta in Canones redacta ſunt & ſcripto mandata, tunc multa dubia oriri, diſputationes, velitationes, altercationes quotidie ſuccreſcere, unde duæ 169
ſectæ diverſa ſentientes natæ, altera quæ legem tantum: altera, quę רבית & interpretationes ejus amplectebantur. Prior in duo genera procedente tempore ſciſſa eſt. Nam ab initio Karraim tantum dicebantur, ſecta, quæ legem, prophetas, & hagiographa obſervabat, uſque ad tempora Sadok, & Boethi, ſive Baithi, qui primi de pœna pecca-
 torum,

torum, & remuneratione benefactorum dubitarunt: a
quibus nata eſt hæreſis Sadducæorum. Karraim igitur
priores tempore ſunt, quam Sadducæi. Nam olim Kar-
raim & Haſidim ab initio non erant ſectæ, ut diximus.
Karraim quod ex lege præcipitur faciebant. Nemo au-
tem exigitur plus facere, quam quod præcipitur. Haſi-
dim præter præcepta legis, ſupererogationes, & volun-
tarias functiones nullo cogente obibant. At nemo vitu-
peratur, ſi quum tantum bene facere teneatur, melius
faciat: aut ſi ab eo mediocre exigitur, multum præſtet.
170 Sed poſtquam iſte ἐκουσιασμὸς in præcepta cogi, & ſcripto
mandari cœptus, tunc ex iſtis Haſidim proceſſerunt δογ-
ματισταὶ, qui ſe פרושים, ſanctos, & tam a Haſidim, quam
a vulgo ſegregatos dixerunt: qui τὸν ἐκουσιασμὸν ἀνάγκην
fecerunt, & quæ quis ſponte faciebat, ex neceſſitate fa-
cienda præcipiebant. Hoc genus hominum in duo ſe-
ctum eſt, in ipſos פרושים Φαρισαίους, & Εσσηνούς. Nam
Eſſenorum ἀκριβεστέρα πολιτεία, quam Phariſæorum: &
utraque Gens ſcripta ab auctoribus ſectæ ſuæ habebat.
Ideo recte Philo 612. ἔστι δὲ καὶ αὐτοῖς συγγράμματα παλαιῶν
ἀνδρῶν, οἳ τῆς αἱρέσεως ἀρχηγέται γενόμενοι πολλὰ μνημεῖα τῆς
ἐν τοῖς ἀλληγορουμένοις ἰδέας ἀπέλιπον. Rurſus Phariſæi in
plura genera diviſi, ſeptem enumerant Iudæi, ut ex quo-
dam libro Venetiis excuſo didicimus, & ex eo Oſiander,
ex Oſiandro Serarius ſupra Eſſenorum vero prior diviſio
εἰς κοινοβίους, καὶ μονάζοντας. Poſterior τῶν κοινοβίων εἰς γαμοῦντας
καὶ ἀγάμους. Hæc eſt vera origo harum ſectarum. At
Haſidæi non erant ſecta, ut dixi, ſed corporati devoti, &
171 ab illis Phariſæi, a Phariſæis autem Eſſeni orti. Quia
vero eorum præcipua erat functio a Templo non rece-
dere, & ejus ſarta tecta curare, illi ad excidium uſque
Templi duntaxat permanſerunt. Nam Templo non
ſtante

ſtante neque ipſi ſtare potuerunt. Quod nihil horum Serario oboluerit, & in toto cap. 7. nihil aliud quam ſe doctorem demonſtrarit, ornatum virtutibus Societatis ſanctiſſimis, maledicentiæ, zelotypiæ & invidiæ, Lectoris, non noſtrum eſto judicium. Itaque in toto capite nihil eſt, quod non dignum ſit reprehenſione, ſive maledicentiam ſpectes, ſive inſcitiam. Iam quartum iterat ſuum ineptiſſimum illud חסי a חסיד, quem errorem ter antea confutavimus. Nos in cauſſa fuimus illius חסי quod tamen caſtigandum, ut infra diſputabitur: quod quum ipſe velit a חסיד Hebraico deductum, longe a vero diſcedit. Nam tam Iudaiſmus, quam Hebraiſmus חסיד retinet, & non ſemel in Thargum in חסידא legitur. At חסי omnino Syriacum eſt, ignotum Iudaiſmo. Quo-
modo igitur Eſſeni, qui Iudæi erant, vocari potuerunt 172
nomine quod Iudaicum non eſt, & quod Iudæum vulgus non intelligit? οὐδὲν ὑγιὲς prorſus in toto capite, & nulla laus, nullum operæ pretium eſt illa confutare: in quibus tamen illud non prætereundum, in quo apparet, ut alias, Helleniſmi tirocinium, quum ſcribit pag. 241. *Quod ſi vero lib. 1. Maccab. cap. 7. Cheſidim, ſive Haſidæi reſtricte accipiuntur, uti accipi confectum jam ſatis, idem profecto de Hoſſiis apud Ioſeph. lib. 12. cap. 16.* &c. Mera imperitia eſt. Nam Haſidæi eſt nomen corporis, collegii, gentis, ſyſtematis, corporatorum, & tanquam ſubſtantia: Haſidim eſt attributum ex inſtituto vitæ, tanquam accidens. Quare ſi aliquod collegium, aut Secta dicti ſunt Ἀσιδαῖοι, illi ſine articulo dicti oſtendunt ex forma nominis, ſe eſſe corpus quoddam, & cum articulo eos vocari nihil prohibet. Itaque & cum articulo & ſine articulo eos nominant Maccabæorum libri. Sed articulus neceſſarius non eſt: & ſine detrimento ſignificati

abeſſe

Digitized by Google

173 abeſſe & adſſe poteſt. At accidentalia, quum migrant in ſubſtantiva, accipiunt articulum neceſſario, ne pro accidentalibus, & attributis accipiantur. Nam Ασιδαῖοι, poſſunt dici Ασιδίμ, ſive potius ἅγιοι, ſed cum articulo, neque id ſatis eſt, cum adjectione οἱ λεγόμενοι. Quod igitur ex Ioſepho tangit Serarius, illius verba hæc ſunt: πολλοὺς διεφθαρκότα τῶν ἀγαθῶν καὶ ὁσίων τοῦ ἔθνους. Putat homo acutiſſimus, ſi de Haſidæis reſtricte dictum eſt, idem de Hoſiis dici. Atqui ut diximus, longe differunt Haſidæi, & Hoſii: quod Haſidæi eſt nomen ſubſtantiæ, & ὅσιος eſt accidens, quod accidit Haſidæis, & ſi reſtricte vult accipi ὁσίους, hoc eſt ex adjectivo ſubſtantivum fieri, hoc non poterit, niſi cum adjectione, οἱ λεγόμενοι ὅσιοι. Tunc ὅσιοι οἱ λεγόμενοι diſtinguuntur ab Hoſiis adjectivo. Quare Lutherus acutior, melior, & peritior quovis Serario, recte percepit non ſufficere eos *Frommen* vocari, niſi cum adjectione, *die ſich die Frommen nennen.* Nam id plane eſt, Iudæi, qui nominantur probi, ſancti, pii. At quod concludit Serarius in verbis Ioſephi, plane puerile, ridiculum, ineptum. Nam non ſolum Ioſephus ſcribere

174 debuiſſet, τῶν λεγομένων ὁσίων, aut ſaltem τῶν ὁσίων, ſed etiam illud τοῦ ἔθνους adjiciendum non erat. Nunc, quum dicit ὁσίων τοῦ ἔθνους, non corpus, ſectam aut collegium intelligit, ſed omnes pios, qui partes Iudæ Maccabæi, non factionem nequiſſimi hominum Alcimi ſequebantur, ſive Phariſæi, ſive Eſſæi, ſive δημοτικοὶ eſſent. Præterea ſi apud Ioſephum ὅσιοι reſtricte, ut Serarius loquitur, hoc eſt ſubſtantialiter, non accidentaliter caperentur, neceſſario ἀγαθοὶ quoque aliam ſectam conſtituerent. Quis non animadvertit hominis cæcitatem, qui nihil niſi hæreticos, Novatores, & alia Societatis auctoramenta crepat?

Eſſeni

Eſſeni neque Nazirai, neque Rechabitæ fuerant. Κακοήθεια *Serarij in Welſium. Kenæi populus, Kenæi familia. Fœdiſſimi Serarij errores.*

CAP. 23.

CAp. 8. Eſſenos Naziræos fuiſſe Abraham quidem Zachuth auctor libri Iohaſin ſcribit in lemmate operis ſui: והנזירים הנקראים אשינוס *& Nazirai, qui dicti ſunt* 175
Eſſenos. Vbi duo inſignia errata in nominibus: primum illo Eſſenorum, quod a Latinis accepit, deinde Neziræorum, quod nequaquam Eſſenis attribui poteſt, quum Neziræis neceſſitas ex lege incumberet Templum ingredi, a quo Eſſeni excludebantur. Sed nullus Iudæus ſcriptor, præter hunc Abraham Zachuth, Eſſenorum meminit: & omnino ejus ſectæ ignoratio, aut ſaltem ſilentium magnum eſt in eorum omnium libris. Sed librum illum Iohaſin non legit Serarius, neque profecto intelligeret ſi in manus ſumeret. Aliter ab Hebraiſmo paratum eſſe oportet, quam Serarium, qui illum librum ſe poſtulet totum intelligere. Cap. 9. *Eſſeni an Rechabitæ.* Suidas, Ἐσσαῖοι ἀπόγονοι Ἰωναδὰβ υἱοῦ Ῥιχὰβ τοῦ δικαίου. Hic iterum Pædagogulus cum contumelia virum omni exceptione majorem appellat, quo neque probiorem, neque Græce eruditiorem ſua ætas tulit; in cujus libris nullum maledicentiæ, aut æruginis zeloticæ veſtigium impreſſum extat, qui tam bene de literis meritus eſt, ut ſi nullo alio nomine, eo tamen, quod ejus beneficio tot ſcripto- 176
res Græcos habemus, dignus erat, cujus ratio quædam haberetur. Sed quid hoc exigimus ab iis, qui ſummam laudem in maledicentia poſuerunt? Eadem Sycophantia hæc in eundem præſtantiſſimum virum, quæ ſupra de

loco ejuſdem Suidæ ἐκ διαμέτρου pro ἐξ ἐπιμέτρου. Nam hic quoque pro πρόγονοι, quod ridiculum eſt, VVolfius legit ἀπόγονοι. Non enim aliter debuit. Nam omnes veteres ſcriptores Eccleſiaſtici Eſſæos ἀπογόνους Ιωναδὰβ τοῦ Ριχαβίτου dixerunt, non προγόνους, quod uno flagro caſtigari non poteſt. Et mirum eſt Doctorem Theologum tantam abſurditatem in verbis Suidæ non advertiſſe. Vide quid facit δοκησισοφία. quid τῦφος ζηλωτικός. quid aliorum contemptus. Non poteſt dici quantum temporis diſpendium toto hoc capite factum ſit, in quo inſcitiam magis mirer, an temeritatem, neſcio. Quæ enim major inſcitia, quam ex eo loco Suidæ depravato adverſus omnes veteres Eccleſiaſticos velle colligere Rechabitas ab Eſſenis ortos eſſe? Quid hoc eſt, niſi φρενῖτις,
177 aut παράπληξις? Certe pater prior eſt filio. ideo dicendum foret πρόγονοι Ριχὰβ πατρὸς Ιωναδὰβ, non autem πρόγονοι Ιωναδὰβ υἱοῦ Ριχὰβ. Quis aliter loquitur? Sequitur: *probatum eſt Eſſæos Aſidæos eſſe.* Non potuit probare. Et præterea hæc ſomnia eluduntur iis, quæ proximo capite de Haſidæis diſputavimus, ubi probamus Phariſæos eſſe Patriarchas Eſſenorum. Ambo ſunt פרושים, ſed ἀκριβέστεροι οἱ Εσσηνοί. Sic de Carthuſianis & Ciſtertienſibus dici poteſt, qui profitentur ſe eſſe Benedictinos. Tamen, quum in hiſtoriis legimus mentionem Benedictinorum fieri, per eos intelligi ſemper aut Ciſtertienſes aut Carthuſianos, hoc eſſet delirare. Eodem modo, Phariſæi ab Haſidæis orti, Eſſeni à Phariſæis. propterea Haſidæos pro Eſſenis intelligendos eſſe nunquam concedet, niſi qui ea, quæ genere diſtincta ſunt, inter ſe permiſcere velit. Eſſenos vero Rechabitas eſſe, quod commentus eſt Serarius, ſatis eluditur iis, quæ diximus; eludetur illis, quæ dicemus poſtea, pag. 246. *Rechabitas*

cepiſſe

Digitized by Google

cœpiſſe jam inde ab Exodo, eoſdemque eſſe, qui Iudicum cap. primo Cinæi vocantur, orti e Moyſis ſocero Ietrone, ipſiuſque filio Hobab: de quo Numer. 10. Hæc Serarius. Cenæi ſunt vetuſtiſſimi populi. Cenæi eſt familia in tribu Iuda, progenita quodam Keni de poſteritate Moſis ſoceri Madianitę, qui Hobab & Iethro dictus eſt. Populus ſemper numero ſingulari cum articulo, הקיני Kenæus. Geneſ. 15. 19. Numer. 24. 21. 1. Samuel. 15. 6. Quum ſignificat familiam, pluraliter enunciari debet הקינים. Vnus vero ex ea familia, in ſingulari הקיני, quemadmodum & quum populum denotat. Sed ſine articulo ſignificat קיני auctorem generis, quod habet formam nominis Gentilitii potius, quam proprii. Et certe non קיני, ſed קין proprie vocabatur, Iudic. 4. 11. Et dicitur eſſe de poſteritate ſoceri Moſis, ut in Iudic. 1. 16. ita intelligendum: *Filij Keni (de filijs) ſoceri Moſis.* Moſis enim ſocer non dicebatur Keni, ſed Iethro & Hobab. Proprium igitur nomen ejus erat Ken vel Kain, ſcriptura vero etiam, ut diximus, Keni vocat. Sed mirum populum הקיני verti à Paraphraſte Chaldaico שלמאי Salmæi. nomen autem proprium Ken, aut Keni שלמאה Salmæum. Sic enim Iudic. 1. 16. ובני קיני Thargum ובני שלמאה *& filij Salmai.* καὶ υἱοὶ τοῦ Σαλμαίου. Eodem, 4. 11. וחבר הקיני נפרד מקין. Thargum, וחבר שלמאה אתפרש משלמאי χέβερ Σαλμαῖος ἀφωρίσθη ἀπὸ τῶν Σαλμαίων. *Et Heber Salmæus ſeparatus eſt à Salmæis,* quaſi קיני & קין aut קין ſint nomina loci, non autem propria. Certe קיני habet formam & deſinentiam nominis paragogici, non proprii. propterea recte Salmæus verteretur. Sed Kain, eſt mere proprium. Quare igitur pro Gentilitio ſumitur? Geneſ. 15. 19. pro populo הקיני, Thargum שלמאה Salmæus. Non poſſum ſatis mirari. Nam de populo non puto er-

ratum. de nomine proprio, & de familia ab eo deducta major admiratio inceſſit, quomodo nomen proprium eodem modo exponatur, quo populus. Sed quia nunquam efficies, ut nomen proprium ſit nomen populi,
180 propterea ego non dubito errare Paraphraſten Chaldæum, ut in multis aliis. De iſta igitur Kenæorum familia, de quibus Iudic. 1. 16. ita ſcribit Salomo. AB URBE PALMARUM: *Vrbs Palmarum, ipſa eſt Iericho, Quia illis (Kenais) data eſt pinguedo, ſive uber, ut veſcerentur ea, donec ædificaretur domus Sanctuarij: & quicunque ædificaturus eſſet domum electionis (Sanctuarium) in partem ſuam acciperet eam, ut omnis Iſrael partem haberet in domo electionis. Quare dederunt eam filijs Ietbro quadringentos & quadraginta annos: Diſcipuli vero, qui inter eos erant, reliquerunt eam, & iverunt ad Othoniel filium Kenez, qui & Iabets, in deſertum Iudæ, quod eſt ad meridiem Erad, ad diſcendum legem.* Rurſus: ET HABITAVIT POPULUS: *cum diſcipulis, qui habitabant ante eum. Ipſe poſtulavit à Deo benedicto, ut præpararet ſibi diſcipulos commodos. quia dictum eſt:* ET CLAMAVIT IABETS AD DOMINUM *& cætera, & præparavit illi Sanctos* (חבירים) *illos. nimirum Kenæos, de quibus inſtitutus erat ſermo.* Sed quod ait Rab-
181 binus ille de Othoniel cognominato Iabets, fateor me neſcire. Nam 1. Paralip. 4. 9. 10. nihil tale de eo. De Kenæis autem uno verbo dicam, nihil certi poſſe pronunciari ex Scriptura, præter ea, quæ Iudæi ex ſua Kabbala adferunt, cujuſmodi ſunt quæ ex Solomone adduximus. Et fruſtra hic æſtuat Serarius in origine Rechabitarum, quam repetit ab Eſſæis ipſis, ab Exodi uſque temporibus, cujus rei ne tenuis quidem ſuſpitio in Scriptura extat. Nam conjecturas omnes rejicimus. Ridiculum vero, quod in verbis Suidæ Ῥιχὰβ δίκαιον interpretatur

חביר,

Digitized by Google

חסיד, quaſi Haſid ſit δίκαιος, quod eſt falſo falſius. Sed nugatur Suidas cum quibuſdam veteribus, qui Rechabitas a Rechab; non autem ab ejus filio, inſtitutos volunt. Cap. 35. Ieremiæ perſpicue dicitur Ionadab Rechabiten præcepiſſe filiis ſuis vinum non bibere, urbes ac hominum cœtus averſari, in tentoriis habitare: Itaque Ionadab, non Rechab autor eſt illius inſtituti, ut etiam quidam veterum Eccleſiaſticorum recte monuerunt. Pag. 246. *Kinæos &c. pietatis ac virtutis ſtudia inſigniter excoluiſſe patet ex Iudicum primo & 4.* Negamus ullum illius 182
rei veſtigium extare: ſed tantum interpretationes & ſomnia Solomonis & aliorum recentiorum Rabbinorum. Locum 1. Paralip. 2. 55. cur malit citare ex Latino interprete, qui non ſolum vitioſiſſime illum, ſed etiam ineptiſſime reddidit; non aliam cauſſam video, niſi propter argumentum ſuſceptum, quod quum ſit falſum, non poteſt, niſi per falſa probari. Recte illum locum Græcus interpres reddidit, niſi quia סופרים retinuit, & nomen familiæ putavit. *καὶ υἱοὶ Σωφηρεὶν τῶν κατοικούντων Ιαβὶς, Θαραθεὶμ Σαμαθεὶμ, Σουκαθεὶμ οὗτοι οἱ Κιναῖοι οἱ ἐλθόντες ἐξ Αἱμὰθ πατρὸς οἴκου Ῥηχάβ* Kinæi igitur progeniti ſunt ab Amath auctore familiæ Rechab. Ergo Amath eſt progenitor utriuſque familiæ, Kinæorum, & Rechabitarum. Quod ſi Rechabitæ abſtemii & ἀσκηταὶ erant, non ideo ſequitur abſtemios, & ἀσκητὰς Kinæos fuiſſe. Quin nec omnes Rechabitæ ἀσκηταὶ; ſed progenies tantum Ionadabi Rechabitæ. Nam Rechabitæ eſt Gens, in qua 183
multæ familiæ, in quibus Ionadabitæ. ut in gente Cornelia erant pluſquam 30. familiæ quarum ſi una aliquod ſacrum faceret, illi totam gentem obligatam fuiſſe non ſequitur. Erant enim ſacra gentilitia communia Gentis: familiaritia propria unius familiæ. ut Ionadabitarum

 pro-

proprium fuit abſtemios eſſe & in tentoriis vivere: non reliquarum familiarum gentis Rechabitarum. Quare inſignis error eſt putare omnem gentem Rechabitarum idem quod Ionadabitas feciſſe. Quam vero aſininum & vere Iudaicum illud ex libro Traditionum, quem non vidit, ſed a Genebrardo citat Serarius, homine tam modeſto, quam ipſe, & minime maledico, in loco proxime citato Ιαϐὶς, ſive Iabets eſſe nomen Doctoris: ut hoc modo οἱ οἰκοῦντες Ιαβὶς ſint οἱ οἰκοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ιαϐὶς: & non pudet eum hæc citare potius, quam reprehendere, quum ſint Iudaica & anilia, tam me hercule quam Othonielem cognominatum fuiſſe Iabes, quod ſupra ex Solomone adduximus. Quis ſanus dixerit ego habito Iabetz,
184 pro eo, quod eſt in ædibus Iabetz. Neque enim hic locum habet locutio illa, *Cœnavi in Craßipedis*. Martialis, *Hanc in lautorum mandere ſæpe ſoles*. Major Aſinitas eſt, pro Tirathæis, Simathæis, Suchathæis, quę ſunt nomina familiarum a locis derivata, *canentes, reſonantes, in tabernaculis commorantes*, interpretari cum veteri Latina editione quaſi תרעתים ſint tanquam תרועתים. quo quid ſtolidius eſt? Certe neque a סוכה quod eſt Tabernaculum, ullus fecerit שוכתי. tum quod alia prorſus radix eſt, quæ cum altera nullam cognationem habet, non magis, quam arbor cum equo, tum etiam quia a סוכה, fieret Hebraice סוכי, ut a כותה fit כותי Cuthæus. Quod compendium Rhethorices Societatis eum a ſibilis Grammaticorum tueri poteſt? Itane שוכה eſt סוכה dic Flagellum horridum Novatorum? ſcopulus hæreticorum? Hoc ſolum ſatis eſt ad indicandam Hebraiſmi peritiam. Ab illo tam ſtulto mendacio Tabernaculorum aſtruit ſuos Eſſenos, aut Haſidęos in tentoriis habitantes. Iam minimum
185 inſtruxit, nihil deeſt præter ſcenam, ubi hiſtrio agat.

Mira

Mira Serarÿ argumentatio de Hammath, ut eundem cum Rechab faciat. Kinæorum fuiſſe auſterum inſtitutum ex Scriptura colligi non poſſe. Rechabitarum auſteritas Ieremiæ temporibus capit. Haſidæi a Rechabitis. Locus Ieremiæ 35. 19. illuſtratus.

Cap. 24.

PAg. 249. *Videtur Hammath eſſe Rechab.* in Hebraico eſt מחמת אבי בית-רכב *Ab Hammath patre familiæ Rechab.* Si, ut Serarius argute colligit, Hammath eſt idem cum Rechab, quia familia Rechab eſt a Rechab, & Hammath eſt pater ejuſdem familiæ: ergo Maon pater familiæ Sur erit idem cum Sur, quia familia Sur eſt a Sur, & Maon eſt pater ejuſdem familiæ. Eodem. 45. ומעון אבי בית צור *Et Maon Pater familiæ Sur.* Quid aliud prędicare debemus de Doctore Theologo, quam ſummum Logicum eſſe, ſummum Grammaticum, unicum Magiſtrum? Rurſus: *cujus pater proximus ſit Ionadab, de quo 4. Regum. 10. 15.*
remotus Rechab, qui Ionadabi pater. Atqui is Rechab pater 186
Ionadabi vivebat tempore Athaliæ, aut Ochoziæ Regis Iudæ, a quo, ad excidium Templi, anni ſunt 298. Apud Ieremiam vero 35. diſerte Richabitæ loquuntur de Ionadab tanquam patre ſuo, qui præſens præſentibus auſteram, nuperam & novitiam victus regulam pręceperit. Neque vero quis dicat ibi Patrem, more Hebræorum pro atavo, aut quovis vetuſto auctore generis capi, quemadmodum dicitur ipſe Ionadab filius Rechab, id eſt pronepos, aut progenitus. Nam ipſimet dicunt patrem ſuum Ionadab ſibi ipſi hanc auſteritatem victus præcepiſſe. Præterea ille Ionadab qui 2. Reg. 10. 15. occurrit regi neque in tentoriis habitabat, quum obviam venerit

regi,

regi, neque homo quieti inſtituti videtur fuiſſe, quum Rex ab eo quærat, an ejus cor ſit rectum & pacificum erga ſe: ut homo militaris ſine dubio fuerit, & ideo propter ejus dignitatem collocaverit eum in curru ſuo. Sane hæc non conveniunt ἀσκητικῷ βίῳ. Sed ita eſt: Iſte
287 Ionadab filius Rechab dicitur, tanquam pronepos, & ille cujus mentio apud Ieremiam, auctor caſtimoniæ victus, eſt ab eodem progenitore Rechab. Sed in eadem gente quis dubitat multos ejuſdem nominis fuiſſe apud Hebræos, ut apud Græcos, & Romanos? Nepos Aaronis eſt Phinees: in ejus poſteritate eſt alius Phinees filius Eli, 1. Samuelis primo, in eadem poſteritate alius Phinees hypocrita, Epiphanius pag. 23. in Oſſenis. De hoc nemo dubitat. Igitur ille Ionadab Rechabita apud Ieremiam verus pater erat eorum, quos ad ſe vocavit Ieremias. & illis pocula vino plena anteposuit. Temporibus ergo Ieremiæ illa ſevera regula inſtituta, de qua an intra filios conſtiterit, an & poſteri in exilio Babylonico, quod ex Ierem. 35. 19. quis colligere poſſit, eam obſervarint, infra dicetur. Concidit ergo, concidit vanitas vetuſtatis Kinæorum & Rechabitarum, & quod abſurdiſſimum omnium eſt, Eſſenorum, quos acumen Serarii patriarchas fecit tam Kinæorum, quam Rechabitarum. Kinæo-
288 rum fuiſſe inſtitutum auſterum, ex ſomniis tantum Rabbinorum colligi poteſt, ex Scriptura ne minimum quidem: Rechabitas vero fere eodem tempore cœpiſſe, & deſiiſſe, veriſimile eſſe quia in exilium deportati ſunt poſt caſum Sedekiæ. Tamen de hoc amplius infra dicetur. Sane eorum originem non antiquiorem repeti poſſe, quam a Ioſiæ, aut Manaſſis ultimis regni annis certo certius eſt. Iam profecto valde timere vetuſtati Monachiſmi incipio, quem ab Exodo uſque acerrimus

ejus

ejus vindex Serarius deducit, & pro cujus dignitate a
Novatorum oppoſitionibus aſſerenda tanti fecit men-
tiri, ut nullum non riſum ex Novatoribus a ſe deprece-
tur, modo id Cercopibus perſuadere poſſit. Ibid *Legi-
tur in 70. ῥηχὰβ pro curru, Iudic. 1. 19.* Hebraica lectio
כי רכב ברזל להם Septuaginta, ὅτι ἅρματα σιδηρᾶ αὐτοῖς. &
alia lectio ſpuria ibi infarcta: ὅτι Ριχὰβ διεστείλατο αὐτοῖς.
Eſt ergo duplex lectio, genuina, & ſuppoſititia, quam
Theodoritus agnoſcit ἐν τοῖς ἀπόροις, in eum locum: τοῦ
Ριχὰβ ὡς εὐσεβοῦς ἄγαν πολλαχοῦ ἡ θεία μνημονεύει γραφή. 189
Μνημονεύει quidem, ſed non ὡς εὐσεβοῦς, Pronepotis ſane
ejus Ἰωναδάβου meminit ὡς εὐσεβοῦς, non autem Ρηχάβου.
Quod ſtulte quidam Rechab ſocerum Moſis eſſe puta-
runt, id ut facerent, perſuaſi ſunt loco 1. Paralip. 2. 55.
quia ibi Kinæorum & Rechabitarum mentio. Kini au-
tem eſt ſocer Moſis. Omnia futilia, & nugatoria. Nam
neque Keni vocatum eſſe ſocerum Moſis oſtendimus,
quamvis id colligant ex Iudic. 1. 16. Pag. 251. Conatur
verba Plinii cum verbis Dei apud Ier. 35. 19 conciliare,
& alterum per alterum confirmare: *per ſeculorum millia
gens Eſſenorum æterna eſt.* Verba Dei: *non deficiet vir de
ſtirpe Ionadab.* &c. Iam probavimus, tunc primum illam
ſectam ortam, & nihil magis novitios ejus ortus oſten-
derit, quam verba ipſa Dei. Nam dicit in ea ſtirpe ſem-
per aliquem fore, qui coram ſe miniſtrabit, tanquam
antea hoc non fuerit. Nam illud עומד לפני *ſtans coram
me*, interpretatus eſt Chaldaicus Paraphraſtes משמש mi-
niſtrans. Hoc non poteſt dici, niſi περὶ τῶν ἐν τῷ ναῷ λειτουρ-
γούντων. Ibi David Kimchi citat ex Rabbi Iuda. *Rabbi 190
Iuda dicit, nunquid legitur:* CONGREGANTUR IN TEM-
PLO: *Atqui Iſrael nonne etiam ipſi congregantur? ſed (hoc
dictum) quia ſedebant in Synedrio, & docentes verba legis.*

Tt *Sunt*

Sunt etiam, qui dicant: Filiæ eorum nubunt Sacerdotio (Sacerdotibus) & erunt ex nepotibus eorum offerentes ſuper altari. Vtraque expoſitio ridicula: Prior, quia ſtare coram Deo, quod de templo dictum eſſe manifeſtiſſimum eſt, non eſt ſedere in Synedrio, & legem docere: ut taceam plumbeum ſtuporem, Stare & Sedere eſſe contraria. Puerile & nugatorium. Altera, quod tametſi poſteritas ex filiabus Rechabitarum & filiis Sacerdotum ſint Sacerdotes, tamen hoc non pertinet ad Rechabitas. Non enim offerent, qua Rechabitæ, ſed qua Levitæ & filii Sacerdotum, quia genus maternum habetur pro nullo. Sic Abraham Zachuth משפחת אם אינה קרויה משפחה *Familia matris non vocatur familia.* Quid ergo? Ceſſabit verbum Dei? Abſit ut putemus. Locus eſt inſignis.
191 Significat ab eo tempore inſtituta fuiſſe primordia corporis Haſidæorum, qui quotidie offerebant in templo, & ab eo nunquam recedebant. Per ſe autem non offerebant (non enim erant Sacerdotes) ſed Sacerdotes eorum nomine, & quotidie victimam immolabant, ut in Miſna ſcriptum eſt in fine כריתות his verbis citante Abraham Zachuth היה מתנדב בבא בן בוטא בכל יום אשם תלוי הוץ א׳ אחר יום הכפורים וזה נקרא אשם חסידים ונשבע המעון הזה ἦν ἑκουσιαζόμενος Βαβᾶς υἱὸς Βουτᾶ ὁσημέραι κριὸν περὶ ἁμαρτίας ἀγνοουμένης πλὴν μιᾶς. τῆς μετὰ τὴν ἐξιλασμοῦ. καὶ τοῦτο κέκληται, ὁ κριὸς περὶ πλημμελείας τῶν Ἁγίων, καὶ ὤμνυε κατὰ τούτου οἰκητηρίου (τοῦ Ναοῦ.) *Baba, filius Butæ quotidie ſponte ſe damnabat ariete pro peccato ignorato præter diem unam, nempe poſtridie expiationum. Et hoc vocabatur victima Sanctorum pro peccato, & jurabat, Per hoc habitaculum, id eſt Templum.* Non ſolus iſte Baba offerebat, ſed μετὰ τῶν φρατόρων, cum toto corpore Haſidæorum, quam *Confratriam* vulgo vocant, Teutones inferiores, *Gilde*, *Broeder-*

Digitized by Google

Broederſchap. Hoc enim ſoli Haſidæi faciebant. Niſi 192
enim iſte Babas fuiſſet ex illo Haſidæorum corpore non contribuiſſet ſumptus ad victimam ordinariam Haſidęorum. Iſte erat ex ſtirpe Haſmunai, de qua ne quis ſupereſſet, filios ejus extinxit Herodes, ut eſt apud Ioſephum 473. Idem tamen Rabbinus non filios Babæ interfectos, ſed Babam ipſum ait excæcatum ab Herode. Igitur filii Ionadab ſunt ii, qui Haſidæi poſtea vocati, neque a Templo recedebant, & alia, quæ ſupra diximus de Haſidæis, faciebant: ut merito dictum ſit: *Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab ſtans coram me*. Stare coram Deo nihil aliud eſt, quam miniſtrare, & offerre Deo, & ſanctimoniæ operari in Templo, ut faciebat illa Anna προφῆτισσα apud Lucam, quæ expectabat regnum Dei. Hæc eſt vera origo Haſidæorum abſtemiorum, qui vino carebant, quamdiu a Templo non recedebant, quemadmodum & Sacerdotes ipſi uſum vini abdicabant, donec in Templo operabantur. Hoc ſi vocatur Secta, omnes igitur, qui vino
carebant, & omnem auſterum victum, caſtimoniam, 193
ſanctimoniam, & cantus aliquos ſibi indicebant, erunt Sectarii. Quod hæc omnia non intellexerit Serarius, fidem faciunt illa ab eo collecta argumenta, in quibus & tempus perdidit, & ſe deridendum Lectori propinavit; præſertim ubi dicit: *Quia non Ionadabitæ, ſed Rechabitæ vocantur, videtur Chammath eſſe ipſe Rechab*. Ineptam conjecturam de Hammath jam diluimus. Quare autem Rechabitæ potius, quam Ionadabitæ dicebantur, idem eſt quærere, quare Miniſtri templi Levitæ potius, quam Kahatitæ vocabantur. Et quid non impedit περιεργία, ubi mendacio latebra quæritur?

Hegeſippi falſa opinio, Rechabitas fuiſſe Sacerdotes. Epiphanij, μνημονικὸν σφάλμα. τὸ πέταλον neque Iacobus neque Iohannes geſtavit. Hieronymi μνημονικὸν σφάλμα. Rechab pro curru ridicule a Serario acceptum. Dei promiſſum de Rechabitis ab eodem recte interpretatum. Bellarmini nugatorium de Ioſepho judicium in ijs, quæ is præſtantiſſimus ſcriptor de Eſſenis narrat.

194

Cap. 25.

PAg. 251. *Quid quod in S. Iacobi Apoſtoli, qui Iuſtus etiam appellatus eſt nece, patronus ei Sacerdos affuit Rechabita uti refert ex Hegeſippi lib. 5. Euſeb.* Non magis verum dixit ille Hegeſippus, quum hominem de tribu Iuda Sacerdotem vocat, quam reliqua omnia, quæ in actis Paſſionis illius Sancti Apoſtoli exequitur: quæ a nobis diſcutiuntur in Euſebianis, ubi hoc temerarium dictum confutatur. quale illud ejuſdem: εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ρηχὰβ υἱοῦ χαραβεὶμ, (Ραχαβεὶμ) *Filius Rechab, filij Rechabitarum.* Hæc ſunt ad palatum Serarii. Rechab ergo erat filius Rechabitarum, δότε κρότον. Sic Levi erit filius Levitarum, Seleucus filius Seleucidarum. Præterea quum ipſe Hegeſippus dicat Iacobum fuiſſe Sacerdotem, & ingreſſum ſancta ſanctorum, ab eo Epiphanius ſuſpicatur eum τὸ πέταλον geſtaſſe, pag. 56: ἔτι δὲ καὶ ἱερατεύσαντα αὐτὸν κατὰ τὴν παλαιὰν ἱερωσύνην εὕρομεν. διὸ καὶ ἠφίετο αὐτῷ
195 ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιέναι, ὡς τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσεν ὁ νόμος κατὰ τὸ γεγραμμένον. οὕτω γὰρ ἱστόρησαν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ αὐτοῦ, Εὐσέβιός τε, καὶ Κλήμης, καὶ ἄλλοι (nempe Hegeſippus) ἀλλὰ καὶ τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξῆν αὐτῷ φέρειν, καθὼς οἱ προειρημένοι ἀξιόπιστοι ἄνδρες ἐν τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμοῖς ἐμαρτύρησαν. Quod Iacobus cognomine

gnomine IUSTUS Domini diſcipulus, ſacerdos fuerit, & illi non aliter, quam ſummo Sacerdoti in Adyta ingredi liceret, neque difficile eſt confutatu, & nos in Euſebianis ſatis diſcuſſimus. Quod vero ait ab iiſdem viris ſcriptum Iacobum τὸ πέταλον geſtaſſe in fronte (quale ſummus Pontifex Exodi 37. 36.) eſt σφάλμα μνημονικόν. Hoc enim de Ioanne Apoſtolo, non de Iacobo ab eodem Euſebio relatum ex epiſtola Polycarpi Chriſti Martyris. Ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσὼν, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς, τὸ πέταλον πεφορηκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος. Neutrum concedet, qui ſciverit nullum Chriſti Apoſtolum Sacerdotem fuiſſe, & nulli præterquam ſummo Sacerdoti πέταλον geſtare licuiſſe. Et tamen vetuſtiſſimus, & Ioannis diſcipulus, & ſanctiſſimus Epiſcopus, & Mar- 196
tyr Chriſti fuit, qui hoc ſcribit. Quin impii & Novatores vocabuntur, qui non credent. Serarius etiam abſurditatem odoratus, qui mos eſt Societatis, ita defendit, ut quia in Rechabitarum diſciplinam ſeſe tradiderat, Rechabita dictus fuit. quæ profecto ineptiſſima ſunt, neque digna quæ confutentur. Infra Iacobum quoque δίκαιον appellatum dicit, quod δίκαιος ſit Chaſid, eodem errore quo Rechab δίκαιον a Suida dictum legerat. De Eſſenis quod pag. 258. quæritur, quare eorum mentio nulla in Euangelio, aut Apoſtolicis ſcriptis, cauſſam eam puto, quam alibi quoque attulimus; niſi quis meliorem adferat, quod in vicis a celebritate locorum remotiſſimis habitabant, ſolos tantum Principes ſuos Hieroſolymis habebant, in quibus fuit ille Ἰωάννης Ἐσσαῖος apud Ioſephum Thamnæ præpoſitus lib. 2. cap. 42. ἁλώς. item ille Ἰούδας Ἐσσηνὸς qui prædixit mortem Antigoni, apud eundem lib. 13. cap. 19. 405. Deinde, quia minime ambitioſum genus erat, neque fraudulentum, ut Phariſæorum, neque 197

impium,

impium, ut Sadducæorum, propterea non erat Chriſto
negotium cum illis. Pag. 259. Notet Lector Hieronymi
μνημονικὸν σφάλμα, qualia multa apud illum inſignem
ſcriptorem. Nuſquam enim in libris duobus, neque in
priore, quo probatur ἀρχαιολογία Ἰουδαϊκὴ, neque poſte-
riore, in quo confutantur calumniæ Appionis Gramma-
tici, trium illarum ſectarum meminit Ioſephus. Exſibi-
landum prorſus, quod pag. 261. duo genera Ἐσσηνῶν facit,
τῶν μὲν τὸ γένος, τῶν δὲ τὴν αἵρεσιν, quia Ioſephus dixit
Ἐσσαῖος τὸ γένος. Eſt pura puta inſcitia. Nam dicitur
γένος Ἐσσηνῶν, γένος Φαρισαίων, γένος Σαδδουκαίων. An
intelligendum de iis, qui non tantum hæreſi, ſed etiam
natalibus Sadducæi, Eſſeni, Phariſæi eſſent? Quæ hæc
eſt inſcitia? Tantæ molis eſt, Rechabitas Eſſenos facere.
Plautus dixit Cynicam gentem, ut Ioſephus Σαδδουκαίων
γένος. Ideone Cynicorum alios dicemus genere eſſe,
alios inſtituto? O me Cucurbitam, ſi credidero. Cap.
11. citat ex Benjamino de filiis Rechab. Ego non dubito
198 eoſdem eſſe, quorum meminit Ieremias, præſertim quum
Benjamin adjicit: הנקראים בני ריכב *iі qui vocantur filij
Rechab*. Hoc enim modo indicat notiſſimos & celeber-
rimos fuiſſe. Nulli autem fuerunt præter illos, de qui-
bus Ieremias. Sunt igitur ii ipſi. Sed in exilio Babylo-
nico multum mutarunt a caſtigata illa regula, ut ſolet
accidere iis, qui ſolum patrium verterunt. Nam pro-
fecto puerile eſt, quod non ſine magna Hebraiſmi inſci-
tia ſubjicit Serarius, non ab antiquo Rechab, ſed a curru
vocatos eſſe. רֵכָב cum tzere, pro quo in Benjamino He-
braico ſcriptum eſt ריכב eſt nomen proprium nihil com-
mune habens cum רֶכֶב curru. quid enim erit בני-רכב
filii currus? quibus hæc probabit Serarius, niſi fungis,
aut matulis? Quod ait propter promiſſum Dei apud Ie-
remiam

remiam Rechabitis factum, oportere aliquot Rechabitas
adhuc extare, eoſque eſſe ſpiritu ſervientes Deo, id am-
plectimur: & verum eſt atque adeo hactenus deſiit nu-
gari. neque enim ſumus de illa ſchola, quæ nihil pro-
bare ſolet, niſi à ſociis, aut ſociorum ſimiis profectum. 199
Cap. 12. quod Philonem tantopere laudet, idem mecum
facit, ſiquidem cum exceptione. Scripta enim ejus pi-
gmentis Platonicis condita, & multis luminibus Helle-
niſmi lita eſſe nemo negaverit: ſed ſummam Hebraiſmi
in illo imperitiam eſſe qui non deprehendit, ac propte-
rea eum oportere doctiſſimum Hebraice fuiſſe putat,
quia Iudæus fuit, is multum fallitur. neque vero hoc
mirabitur, qui ſciverit Iudæos Alexandrinos, & omnes
fere Helleniſtas Hebraice neſciviſſe: & quia de hac re
ſatis alibi à nobis diſputatum eſt, nunc ad alia pergo.
Cap. 13. Non ſine riſu legere potui confidentiam Bel-
larmini, *Ioſephum multa ſuperſtitioſa de Eſſenis retuliſſe,
quorum nihil de ſuis Therapeutis Philo narrat.* Profecto o-
mnes auctores mentiuntur, qui ad ſociorum argumenta
confirmanda nihil conferunt. Vt Ioſephus mentitus ſit
de Eſſenis? de illis, quos vidit? quorum cœtibus inter-
fuit? de quorũ numero eſſe voluit? quorum quum vitam,
actiones, & mores conſideraſſet, maluerit ſe ad Phari- 200
ſæorum inſtitutum conferre? Ille hos ignoravit? Cedo
ſis quis veterum fide tanta uſus ſit in hiſtoria conſcri-
benda, quam Ioſephus? Certe Bellarminus ſatis oſten-
dit nullum guſtum ſe habere ſcriptorum Ioſephi, ut neq;
conditor Annalium, qui in rebus Herodis, & belli Iu-
daici maluit credere homini inaccurato Euſebio, quam
Ioſepho ſcriptori vernaculo ex fide oculata, aut ex Actis
Herodis omnia ſcribenti. Atqui Philo longe ſuperſti-
tioſiora de Eſſenis retulit quam Ioſephus: longe Ἰουδαϊκώ-

τερα.

τερα. Vnde quis colligere poſſit, quum Bellarminus illa ſcriberet, Monachos ſuos potius, quam Eſſenos in animo habuiſſe.

Eſſai neque a חסיא, *neque ab* אסיא *dicti.* Θεραπευταὶ *a ſolis Ægyptienſibus Iudæis Helleniſtis vocati. Heſſai aſpirata prima ſcribendum. Heſſai ab Iudaico* חשאי. *Ratio etymi.* Ἰεσσαῖοι ἀντὶ τῶν Ἐσσαίων *commentum Epiphanii.*

Cap. 26.

101 ANtequam navem ad portum confero, de Eſſenorum etymo hactenus ignorato breviter dicam. Iam oſtendimus Philonem non bene intellectum nobis impoſuiſſe. Philo enim dixit Ἐσσαίους a Græco verbo depravato dictos, nimirum quaſi ὁσιαίους. Ideo pag. 602. ita ſcribit, τὸν ὅμιλον τῶν Ἐσσαίων, ἤτοι ὁσίων, tanquam diſtorte Ἐσσαῖοι pro ὅσιοι, quaſi ὁσιαῖοι. Itaque hariolati ſumus, quum a Syriaco חֲסָיָא deduximus, triplici errore: primo, quia Philonem non aſſequuti ſumus: ſecundo, quia Eſſæus a חסיא deduci nullo modo poteſt. Aliquid eſſet ſi חֲסָיָא ſcriberetur: quod neque ita ſcribitur: neque, ſi ita ſcriberetur, voti tamen compotes eſſemus: Tunc enim eſſet Eſæi per ſimplex S. Tertio, quia Iudæi non utebantur mera dialecto Syriaca, cujus proprium eſt nomen illud חסי, Iudæis omnino ignoratum, quod a quieſcentibus Lamed poal deducitur, חסא, non, ut ridicule Serarius, quod per extritionem ד ab Hebraico חסיד, quod neque verum eſt, neque a mediocriter docto pro-
102 ficiſci potuit. Iam vero Θεραπευταὶ dicebantur. Philo ignoravit cauſſam. Ideo confugit ad conjecturas, aut quod animas a vitiis curabant, aut quod τὸ θεῖον ἐθεράπευον. Vtrumque ut longe petitum, ita falſiſſimum.

Nomen

Nomen illis ab Helleniſtis Ægypti impoſitum. Ibi enim tantum hoc nomen habebant, & quidem Græcum, non in Palæſtina. Ideo hoc prorſus Ioſephus ignoravit, cauſſa tamen ab eo petenda. Revera enim θεραπευταὶ erant, non quod vitia animi, ut hariolatur ex Euſebio, & Philone Serarius, & nos quoque olim hanc inſaniam inſanivimus, ſed corporis morbos curabant, & peritiam ὕλης ἰατρικῆς ſummam tenebant. ὅθεν αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν παθῶν ῥίζαί τε ἀλεξιτήριοι καὶ λίθων ἰδιότητες ἀνερευνῶνται, inquit Ioſephus. Hinc igitur quidam eorum etymon inveſtigarunt, & a verbo אסא θεραπεύειν dictos ſuſpicati ſunt. אסיא enim eſt medicus. ſed eſt formæ ejuſdem cum חסיא a quo ἐσσαῖος formari non poteſt. Reliquum igitur, ut ab אֲסָר ut בֲּבַר dictos fuiſſe. Sed tunc dicerentur Aſſæi propter daghes, non Eſſæi. & jam diximus, a ſolis Ægy- 203
ptienſibus Helleniſtis, non a Palæſtinis θεραπευτὰς vocatos. Itaque ſi a Græcis Græce nominati, ergo nullum nomen Hebræum, aut Syriacum illis fuit. Sane Ἰεσσαίους inter alia, quaſi ἰασσαίους, ἀπὸ τοῦ ἰάζεσθαι dictos voluiſſe Epiphanium nobis conſtat. Serario autem Sol meridie non lucet. Tria in originatione hujus nominis concurrunt. Primum, litteram principem eſſe cum ſpiritu aſpero oſtendit etymon illi, quanquam falſo, a Philone attributum, ὁσιαῖοι. Secundum, primæ litteræ vocalem ex præceptis Hebraiſmi eſſe ſcheva, vel, quod idem eſt, propter gutturalem, eſt raptum pathah. Tertio, propter ſcheva, vel raptum patah, mediam non recipere daghes. Atqui media geminata eſt. Scribitur enim ἐσσαῖος, aut ἐσσηνός. Sunt autem tres literæ in Hebraiſmo, quæ per Σ redduntur, Samech, Tzade, Schin: quarum ultima tantum ſine dages duplicari poteſt, quanquam id rariſſime factum. Sed uſus, non analogia, in loquendo re-

204 regnum obtinet. Id manifeſto apparet in Μεσσίας, Ιεσσαὶ, ἐσσὴν, pro ἐσσὴν apud Ioſephum, quod in Hebraico eſt חשן. Sic קישון Κισσών. Iudic. 4. 7. גשורי & גשור, γεσσουρὶ, Deuter. 3. 14. מישא Μασσῆ Meſſa. Gen. 10. 30. Et alia perpaucisſima. COROLLARIUM: *Omnis litera Hebraici nominis, quæ recipit daghes, geminatur Latine & Græce. Sed omne σσ ex Hebraico nomine quod non recipit daghes, eſt ש Schin duntaxat.* Quum igitur nominis ἐσσαῖος prima litera aſpirata ſit, ſecunda autem debeat eſſe ש Schin per ea, quæ demonſtrata ſunt, omnino השאי eſt, aut חשאי: Prius non eſt in rerum natura: Ergo חשאי eſt vera & indubitata origo nominis Heſſæorum. His animadverſis nunc videndum quid ſignificet. Fortaſſe eſt ab auctore inſtituti, cujus hoc nomen proprium fuerit. ideo fruſtra quæreretur origo. Rurſus חשאי ſignificat, qui ſeorſim a ſtrepitu degit. Hoc valde convenit illi generi hominum, qui aut vicatim ab aliis ſeorſim κοινόβιοι vivebant, aut in deſertis μονάζοντες. חשאי enim ſignificat tranquil-

205 litatem, & privationem omnis impedimenti, quod Græci vocant ἀπενοχλησίαν: item ſilentium: quod & ipſum quoque valde accommodum eſſe illi genti nemo negaverit, quum illis dicatur ſilentium, ut Pythagoræis, maxime obſervatum fuiſſe. Ergo Heſſæi ſunt ἡσύχιοι, ἡσυχάζοντες, ἡσυχασαί. Iuſtinianus Novel 5. εἰ μήτινες αὐτῶν τὴν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον, οὓς δὴ καλεῖν ἀναχωρητάς τε καὶ ἡσυχαστὰς εἰώθασιν. Notent vero ſtudioſi nomina ſubſtantiva apud Iudæos frequentiſſime in adjectiva tranſire. Sic גנאי turpitudo, & turpe. ſic גאון magnificentia, & magnificus. חנא doctrina, doctor. quod non eſt novum Latinis, crimen pro reo, Carcer pro conjecto in Carcerem, aut carcere digno. Cuſtodia, carcer, & carceri mancipatus. Scelus pro Scelesto. Mille

חשאים dicebantur qui aliquid conferebant clam in uſum pauperum. Id dabatur egenis honeſtioribus ex loco qui לשכת חשאים vocabatur. ב״מג 394. 2.

Digitized by Google

Mille hominum, mille homines. Novatiani a Novato.
Doſithei, a Doſitheo. Tatiani a Tatiano. Ptolomæi a
a Ptolomæo Hæreſiarcha. Hiſpani dicunt, Franciſcos,
Dominicos, pro Franciſcanis, Dominicanis. Quare
quemadmodum גבאי turpitudo, & turpe, ſic חשאי ἡσυχία,
ἡσυχάβιος. vel σιωπή, σιωπηλός. quam Etymologiam ve- 206
ram eſſe cur dubitemus, cauſſæ non eſt. Convenit enim
& nominis analogiæ, & gentis, cui attribuitur, inſtituto.
Sed tamen alia poteſt adferri non deterior illa. חשאי
enim ſignificat σιβάδα mattam, ſtoream ad incubandum.
Auctor Aruch חבילי קש קירבית חשאי פירוש בלעז סטורייא
Manipuli ſtipulæ, ſive ſtraminis Cyrenaice חיצאי, *hoc eſt
Italice* STORBA. Gloſſaria: *Stramentum*, σιβάδες χορλό-
ςρωμα *Stramenta*, χορλέςρωτοι σιβάδες Philo de Heſſæis
616. σιβάδες εἰσὶν εὐκαιοτέρας ὕλης, ἀφ' ὧν εὐτελῆ πάνυ χαμαί-
ςρωτα παπύρου τῆς ἐγχωρίου &c Caſſianus monachus vocat
Embrimia id quod Baal Aruc faſciculos ſtipulæ, collat.
1 cap. ult. *ys ipſis, quibus inſidebamus, pſiathiis admones in-
cubare, embrimiis pariter capiti noſtro cervicalium vice ſup-
poſitis, quæ craſſioribus papyris in longos graciles que faſciculos
coaptatis ſeſquipedali intervallo molliter nexa, nunc quidem
humillimum ſedile ad ſcabelli vicem fratribus in Synaxi conſi-
dentibus, &c.* Cujus vocis ἔτυμον ingenue fateor me neſ-
cire quamvis de lecticis συσσιτίων ἐν ταῖς πεντηκοντάσι lo- 207
quitur, tamen in illis, non in ſtratis mollibus cubaſſe
nemo dubitare debet. χαμαιευνοῦντες, de eadem re lo-
quens dixit Euſebius. Itaque חשאי χαμαιεῦναι, & χα-
μαιευνοῦντες reddi poſſunt. Igitur quod in χαμαιεύναις &
ſtoreis dormirent, ab eo χαμαιεῦναι dicti. Hoc enim
חשאי etiam ſignificat: ut illi Selli Dodonæi oraculi
Ὀδυσ. 2.

— ἀμφὶ ἢ Σελλοὶ

σοὶ ναίουσι ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.

Non igitur Heſſæi a חסיא, quod prius hariolabamur, & Serario, quanquam zelotice diſſimulanti, perſuaſeramus, dicti ſunt, neque ab אסיא quod fanaticus quidam quum primum opinatus eſſet, poſtquam in noſtros libros incidit, ſententiam mutavit, & pedibus in noſtram diſceſſit, diſſimulato etiam nomine noſtro. Quod autem Ιεσσαίους ſolus omnium Epiphanius vocaverit, idque ejus unius commentum eſſe, minime dubium eſſe debet. Ait enim, qui Nazoræi prius vocati ſunt, eoſdem poſtea
208 Ιεσσαίους vocatos antequam Antiochiæ Chriſtiani vocarentur. Quod certe nemini paulo intelligentiori probari poteſt. Cur ita ſentiret, cauſſa fuit Euſebii de Eſſæis opinio eos fuiſſe Monachos primos Chriſtianorum. Ne quis dubitare poſſet, poſtquam de Ieſſæis, quæ neque ratione ulla, neque teſtimoniis Veterum nituntur, diſputavit, addit: εὕροις δ᾽ ἂν, ὦ φιλόλογε, καὶ τούτου τὴν ὑπόθεσιν ἐντυχὼν τοῖς τοῦ φίλωνος ὑπομνήμασιν ἐν τῇ περὶ Ιεσσαίων αὐτοῦ ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ. Quem librum ſine dubio non legit, ſed ex 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. Euſebii omnia accepit. quemadmodum & Euſebius ipſe, quum Porphyrium citat ex Ioſepho ad verbum de Eſſenis diſſerentem, ſatis eo oſtendit ſe Ioſephum, ubi de Eſſenis loquitur, nunquam legiſſe: & tamen neque Philo, neque Euſebius, qui Philonis verba producit, Ιεσσαίους; ſed Εσσαίους vocant. Ipſe vero Epiphanius διὰ τὸν Ιεσσαὶ dictos ait, quod ἢ θεολόχος ἐκ Δαυὶδ τοῦ Ιεσσαὶ κατὰ διαδοχὴν τοῦ σπέρματος. cujus ſententiæ fulciendæ multa attexuntur, quæ &
209 ipſa non minus, quam nomen τῶν Ιεσσαίων, patrocinium quærunt. Poſtquam ſatis illa firmaſſe viſus eſt, adjicit Ιεσσαίους ἀπὸ Ἰησοῦ dictos. Nimirum ſentit, quaſi Ἰησαίους dictos. ut huic diſputationi accederet fultura ruenti, poſtremo

ſtremo Ἰησοῦν vel ἀπὸ τοῦ ἰάσασθαι, vel ab Hebraico, quod ſignificat σωτῆρα, dictum ſcribit. In fine diſputationis regreſſus ad ſuos Nazoræos ſubjicit: ἄλλοι δὲ Ναζαραίους ἑαυτοὺς ἐκάλεσαν. ἦν γὰρ ἡ αἵρεσις τῶν Ναζαραίων πρὸ Χριστοῦ, καὶ Χριστὸν οὐκ ἤδει nimirum quos collocavit hæreſi 18. Certe ſive Ναζαραῖοι, ſive Ναζωραῖοι, ambo omnino iidem ſunt נצראי hoc tantum natum ex diſcrimine pronunciationum, quarum altera per σ, altera per ζ hebraicum Tzade reddit. Nazoræi vero, quorum Euangelium ſe interpretatum fuiſſe ſcribit Hieronymus, erant puri puti Karraim Chriſtum & Euangelium amplectentes, una cum textu Biblico. & quia primi Chriſtiani ex Iudaiſmo fuerunt, multi ex illis Karraim erant, & a Iudaiſmo divelli non potuerunt. Propter eos Nazoræos prima Synodus Apoſtolorum convocata Act. 15. propter eoſdem Epi- 210
ſtola Pauli ad Galatas ſcripta. De quibus ſæpe Hieronymus, ſed præſertim ad Auguſtinum Epiſtola, tres ſimul Epiſtolas. *Vſque hodie per totas Orientis ſynagogas inter Iudæos hæreſis, quæ dicitur Minæorum, & a Phariſæis nunc uſque damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum filium Dei natum de virgine Maria & eum dicunt eſſe, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt, & reſurrexit: in quem nos credimus: Sed dum volunt & Iudæi eſſe & Chriſtiani, nec Iudæi ſunt, nec Chriſtiani.* Ex hoc Hieronymi luculento teſtimonio colligimus iſtos Minæos Nazoræos non ſolum legem retinuiſſe, ſed etiam, quanvis in Chriſtum crederent, in ſynagogis Iudæorum locum habuiſſe, neque propter nomen Chriſti ἀποσυναγώγους fuiſſe. quod hodie non paterentur Iudæi. Porro מין eſt Hæreticus, מנאי Minæus de corpore & ſecta Hæreticorum.

Ὀσσηνοὺς quantum ad nomen, Eſſenos eſſe, quamvis in multis
211 *diſcreparent. Locus ex Epiſtola ad Coloſſenſes.* ἐθελοταπεινοφροσύνη ἐθελοθρησκεία. Ἀγγέλων θρησκεία. Σαμψαῖοι, ἡλιακοί. *De duplici genere Apoſtatarum & Martyrum. Nomen Elxai aliter, ac in libro Epiphanij, interpretatum. Verba ejuſdem Elxai Hebraica non eſſe* εὐχὴν, *ut vult Epiphanius, ſed* γνώμην.

Cap. 27.

IDem Epiphanius Ἐσσηνοὺς, Ἐσσαίους (Ἰεσσαίους vocat ipſe) & ὀσσαίους, ſive ὀσσηνοὺς diverſos facit. Nos teſtamur ὀσσαίους eoſdem & Ἐσσηνοὺς, ſive Ἐσσαίους eſſe. Non enim ὀσσηνοὶ ab Hebraico עושין, ut ipſe putavit, dicti ſunt quum N non ſit in Græco, niſi κατὰ παραγωγὴν, ut alibi demonſtravimus, quod Ὀσσαῖοι & Ὀσσηνοὶ iidem dicti ſint, ut Ἐσσαῖοι καὶ Ἐσσηνοί. Apud eum enim Hæreſi 30. pag. 59 legimus, Ἰουδαίων δὲ τὸ ὄνομα Ὀσσαίων δὲ καὶ Ναζωραίων καὶ Ναζαραίων τὴν γνώμην. Idem Hæreſi 53 κέχρηνται δὲ τῇ βίβλῳ ταύτῃ Ὀσσαῖοι, καὶ Ἐβιωναῖοι καὶ Ναζωραῖοι. Atqui ὀσσαῖοι & Ἐσσαῖοι non differunt ſcriptura ſed ſed pronunciatione. Vtriqne enim ſunt חשאי. Holem autem pro
212 ſcheva, & contra ſcheva pro holem uſurpaſſe Iudæos olim, vel unus teſtis ſatis fuerit Ioſephus: qui חשן ὀσσὴν, vocat ἐσσήν. Quin etiam Abiſſinorum alii *Oſſrael, Chroſtos* dicunt, quod alii *Iſrael, Chriſtos*. Rurſus illius ſectæ Oſſæorum quidam exortus eſt in Arabia nomine ἠλξαί. Quod profecto Arabice nihil aliud ſonat, quam ὁ ἐσσαῖος אלחשאי, ſive ejus nomen proprium id fuerit, ſive, quod non dubito, κατ' ἐξοχὴν ita vocatus fuerit ideo additus articulus אל. Confirmatur eo, quod adjicit Epiphanius, fuiſſe fratrem ejus Ἰεξαῖον. Sane Ἰεξαῖος, pro Ἐξαῖος ab Epi-

Epiphanio dictum, ut Ιεσσαῖος pro Εσσαῖος. Quod au-
tem ξ pro σσ poſitum, mirum non eſt: quia ſi Iod nomini
יחשאי præponatur: omnino erit Ιεξαί, neque aliter expri-
mi poteſt. Non igitur fuerunt nomina propria eorum,
ſed ſectæ ipſius appellatio. At, inquies, non convenit
ſecta Oſſenorum cum illa Eſſenorum. Hoc quidem ve-
rum eſt. Sed eſt veterum Eſſenorum tradux quædam:
quæ multa ab illis antiquis Eſſenis retinuit, ut ἁγίους τοὺς 213
ἀγγέλους. τῆς προσευχῆς. Hoc enim plane a Schola Eſſæo-
rum. Ioſephus 729. de formula juſiurandi, quod ἀπὸ τῶν
ἐγκρινομένων exigebatur: καὶ συντηρήσειν ὁμοίως τά τε τῆς αἱρέ-
σεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. Ad quod allu-
ſit Apoſtolus ad Coloſſ. 2. 17. 18. μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω
ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἅ ἐστι σκιὰ
τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέ-
τω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ, καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων &c.
Omnia hæc, quæ interdicit Apoſtolus, ſunt Eſſenorum:
θρησκεία ἀγγέλων, βρῶσις nimirum ἅλας μόνον, καὶ ἄρτους;
πόσις, nempe ὕδωρ. & propterea Oſſeni, qui nomine ii-
dem, ſuperſtitione autem in multis conſentiebant, ut
jurare per ſalem, panem, aquam. Quod ſequitur apud
Apoſtolum ἐν μέρει ἑορτῆς, ibi τὸ μέρος ſignificat tracta-
tum, quod Perek aut Helek, id eſt μέρος Thalmudiſtis
dicitur. Sequitur Μήτις καταβραβευέτω ὑμᾶς. Id eſt, præri-
piat vobis jam partum palmarium. Καταβραβεύειν eſt περι-
λαβεῖν τὸ βραβεῖον, περιλαβεῖν τὸν κότινον. Pauſanias Arcadi-
cis de Arrichione: ὡς γὰρ δὴ πρὸς τὸν καταλειπόμενον ἔτι τῶν 214
ἀνταγωνιστῶν ἐμάχετο ὑπὲρ τοῦ κοτίνου, ὁ μὲν προέλαβεν, ὅστις δὴ ὁ
ἀνταγωνιζόμενος &c. Ideo recte à Chryſoſtomo omnium
interpretum optimo exponitur: καταβραβευθῆναι γάρ ἐστιν,
ὅταν παρ' ἑτέρων μὲν ἡ νίκη ᾖ, παρ' ἑτέρων δὲ τὸ βραβεῖον. Rur-
ſus apud Apoſtolum, θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ,
id eſt

id eſt ἐθελοταπεινόφρων. καὶ ἐθελόθρησκος. Nam ἐθελοταπεινοφροσύνην, καὶ ἐθελοθρησκείαν vocat ἀφειδίαν σώματος, ut ipſe poſtea vocat, hoc eſt, Μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς. Hoc eſt quod Hebræis dicitur החמיר בעצמו ſibi ſponte indixit auſteritatem victus, quando quis ſtudet ברבית התורה auctario legis, quod vocant ſupererogationem, θέλων igitur apud Apoſtolum abſolute ponitur tanquam nomen ἐθελοντὴς, ἐκουσιαζόμενος המתנדב ברבית התורה ὁ ἐκουσιαζόμενος ἐν τῷ ἐπιμέτρῳ τοῦ νόμου. Quæ omnia plane ſunt Eſſenica: ut & Ἀγγέλων ὀνόματα, quæ retenta ab iſtis Elxai, & Iexai, dum veterem Eſſenorum regulam novis ritibus interpolant, in quibus, Μὴ ἐγκρατεύεσθαι, & alia, quæ Epiphanius
215 memorat, ſunt veteri Eſſenorum inſtituto ἐκ διαμέτρου pugnantia. Sed & illa Eſſenorum propria τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα ἱκετεύειν. Ioſephus 728. πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων· πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. Sic Philo 612: ἡλίου δὲ ἀνίσχοντος εὐημερίας αἰτούμενοι τὴν ὄντως εὐημερίαν. Hoc quoque iſti Oſſeni retinuerunt: unde, ut alibi diximus, Σαμψαῖοι vocati, id eſt ἡλιακοί Oſſeni enim, ſive Eſſeni antiqua eſt τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ αἵρεσις. Quum iſti Elxai, & Iexai in eam cooptati eſſent, multa nova in ea introduxerunt, multa retinuerunt. Retinuerunt τὸν ἥλιον ἱκετεύειν. & propterea שמשאי ἡλιακοὶ antiquitus dicti. Epiphanius de Elxai: οὗτος μὲν οὖν ἄνω συνῆπται τῇ προειρημένῃ αἱρέσει τῇ τῶν Ὀσσηνῶν καλουμένῃ, ἧς ἔτι λείψανα δεῦρο ὑπάρχει ἐν τῇ αὐτῇ Ναβατίδι γῇ τῇ καὶ Περαίᾳ πρὸς τῇ Μωαβίτιδι, ὅπερ γένος νυνὶ Σαμψαίων καλεῖται. Et iſti Sampſæi rurſus privatam hæreſin conſtituunt, quam quinquageſimam ordine ponit Epiphanius. qui, ut & Eſſeni, erant ἡμεροβαπτισταί. θεὸν δὲ ἕνα λέγουσι, καὶ δῆθεν
216 αὐτὸν σέβουσι βαπτισμοῖς τισὶ χρώμενοι. πρόσκεινται δὲ Ἰουδαίοις ἐν ἅπασιν. Ἀπέχονται δὲ καὶ ἐμψύχων τινὲς ἐξ αὐτῶν. Imo a Iudæis

erant

erant oriundi. Sed multi proſelyti ad eam ſectam appli-
cabant ſeſe. De appellatione Σαμψαίων ſubjicit: ἄξιον
γάρ ἐστιν, ᾧ ὀνόματι ἑαυτοὺς καὶ οὕτοι ὠνόμασαν, τῷ αὐτῷ κεχρῆσθαι
ὀνόματι εἰς φράσιν τῆς αὐτῶν παραπεποιημένης ἐπωνυμίας. Σαμ-
ψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται ἡλιακοί. Ne quis putaret ab urbe
Sampſa Arabiæ Sampſæos dictos, ipſe dicit eos ſibi no-
men hoc impoſuiſſe, nimirum quia ab Eſſenis eſſent,
qui Solem colebant. Itaque in Oſſenis, qui nihil aliud
quam Eſſeni ſunt, vides vetera veſtigia Eſſenorum: Quæ
vero contraria, ut μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀναγκάζειν γάμον, & ſi
quæ ſunt alia, ab iſto novatore Elxai inducta, ut & illud,
quod plane Eſſenorum conſtantiæ contrarium, tempore
perſecutionis, integra conſcientia, poſſe aliquem idola
adorare, adducto exemplo cujuſdam Phinees ſacerdotis,
qui in deportatione Babylonica tempore Darii Dianam
in urbe Suſis adoraverit, atque eo facto capitis periculum
intentatum declinarit. ὑποκρίσεις δὲ διδάσκει φήσας μὴ εἶναι
ἁμαρτίαν, εἰ καὶ παρατύχοι, εἴδωλα προσκυνῆσαι καιροῦ ἐνστάντος 217
διωγμοῦ, ἐὰν μόνον ἐν τῇ συνειδήσει μὴ προσκυνήσῃ. Καὶ οὔτι δὴ ἂν
ὁμολογήσῃ ἐν στόματι, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ μή. Μάρτυρα δέ τινα πα-
ρεισφέρων οὐκ αἰσχύνεται ὁ ἀπατεών, λέγων Φινεές τινα ἱερέα τοῦ ἀπὸ
γένους Λευί τε καὶ Ἀαρὼν καὶ τοῦ ἀρχαίου Φινεὲς, ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἐπὶ τῆς
Βαβυλωνίας προσκυνήσαντα τὴν Ἄρτεμιν ἐν Σούσοις διαπεφευγέ-
ναι ὄλεθρον θανάτου ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως. Hoc plane, ut
diximus, conſtantiſſimo Eſſenorum inſtituto adverſatur.
Teſtis Ioſephus 729 διήλεγξε δὲ αὐτῶν ἐν ἅπασι τὰς ψυχὰς ὁ
πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος, ἐν ᾧ στρεβλούμενοι, καὶ λυγιζόμενοι, κα-
ιόμενοί τε καὶ κλώμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων
ὀργάνων, ἵνα ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν
ἀθεμίτων, οὐδέτερον τι ὑπέμειναν παθεῖν. &c. Vide reliqua.
Veteres doctores ſive Tannæi: *In præcepto adſirmativo
quum coegerint eum gentes (tranſgredi) ſive clam, ſive palam,*

occidetur, id eſt, occidi ſe patietur. *Neque tranſgredietur hoc (praeceptum affirmativum) etiam in corrigia calceamenti* (על ערקתאדמסנא) *id eſt, quod non incurvabit ſe ad aptan-*
218 *dum calceum ſuum coram idolo, etiam ſi non talis eſt intentio ejus omnino ad idolum adorandum quemadmodum hoc interpretatus eſt Rab Aba Gaon in quaeſtionibus.* Quæ omnia illuſtrant locum tam Epiphanii, quam Ioſephi. Veteribus enim Iudæis, ut duo genera martyrum, ita duo Apoſtatarum. Voluntarii Apoſtatæ, & coacti Apoſtatæ. Αὐτόκλητοι μάρτυρες ϗ κλητοὶ μάρτυρες. Αὐτόκλητοι μάρτυρες dicuntur ipſis אנשי מעשה ἄνδρες ἔργυ. id eſt Patratores, qui ſponte ac nullo incitante in medio idololatrarum Idolis maledicunt, aut ipſa frangunt. Vt ſi quis Chriſtianus ſponte ac nulla neceſſitate coactus Conſtantinopoli in foro & in corona Muhammedi malediceret, ut ex eo facto martyrium conſequeretur. Martyres κλητοί, qui non niſi appellati a Iudice, & Magiſtratu pro relligione nullum capitis periculum deprecantur. Ii dicuntur המקדשים את השם ἁγιάζοντες τὸ ὄνομα. *Sanctificantes nomen*, id eſt Deum. & eorum confeſſio dicitur קדושה *Sanctificatio*. Item הנפטרים בקבלת עול השמים ובאחד *Mor-*
219 *tui in receptione jugi cæli, & in uno.* ἀποθανόντες ἐν ζυγῷ οὐρανίῳ ἐν τῷ ἑνί. de quibus hoc dicebatur זו תורה וזו שכרה. τοῦτο ὁ νόμος καὶ τοῦτο ἀνταπόδοσις αὐτοῦ. Martyrium ſcilicet eſſe ὀψώνια & ſtipendia veri cultus. Iugum cælorum, item UNUM, intelligunt de ſolo Deo, & de vera religione, Apoſtatæ voluntarii dicuntur, qui non coacti verum cultum abdicant. Ii dicuntur ממרים & ſingulare וקן ממרה γέρων ἀποστάτης. Apoſtata coactus, qui perſecutionis tempore a fide defecit ſuppliciorum & mortis metu. Is dicitur משומד. Nam שמד eſt διώκειν, & שמד διωγμός. Iſte igitur Elxai veram Eſſenorum πολιτείαν, & fidem vitiavit, & aliquod

aliquod nomen hoc facto ſibi comparavit, & a ſectariis ſuis adoratus eſt. Epiphanius: φαυλάζονται δὲ δῆθεν καλεῖν τοῦτον δύναμιν ἀποκεκαλυμμένην διὰ τὸ Ιηλ καλεῖσθαι δύναμιν, ξαὶ δὲ κεκαλυμμένον. Videmus hic libenter Epiphanium Iod literam barbaris vocabulis a vocali incipientibus præponere ſolitum: Εσσαῖοι, Ισσαῖοι. Xæus, hoc eſt Eſſenus, Iexeus. Ηλξαῖος, hoc eſt אל חשאי ὁ ἐσσαῖος, Ιηλ-
ξαῖος. Ipſe putavit eſſe אל כסי δύναμιν κεκαλυμμένην. Sed 220
impoſuit illi Iudæus, quem ſuper hujus nominis interpretatione conſuluit, quum id nomen Arabice propter articulum El interpolatum ſit ex Iudaico. Nam in Nabathæis, ubi illi Oſſeni, ſive Oſſæi erant, Arabice & tunc loquebantur, & nunc loquuntur hactenus. Atqui non tantum in eo nomine illi impoſuerunt; ſed etiam in verbis hebraicis, quæ ex libro illius Elxai producit, aut ipſi Iudæi decepti ſunt, aut Epiphanium deceperunt, qui illi perſuaſerunt eſſe εὐχὴν. Mihi non εὐχὴ, ſed γνώμη videtur, ut revera eſt, quanquam quædam non vere explicata eſſe confido. Tamen res manifeſta eſt. Verba Hebraica Græcis characteribus concepta ſunt hęc: Αβὰρ ἀνὶδ, Μωὶβ, νωχιλὲ, δαασὶμ, ἀνὴ, δαασὶμ, νωχιλὲ, Μωὶβ, ἀνὶδ, ἀβὰρ, σελάμ. Ego hic eſſe nullam εὐχὴν colligere poſſum. Sed ſtatim, ut oculos in ea conjeci. tres γνώμας agnovi; עבר ענות מיבא בבילה Ταπεινοφροσύνης παρελθούσης ὑπεισάγεται δολιότης, Qui humilitatem abdicavit, ſæpe fit fraudulentus. Iudaice concepta ſunt, quandoquidem genera
non obſervantur, quod tritiſſimum in Scholaſticorum 221
Iudæorum libris, adjectivum maſculinum, cum ſubſtantivo fœminino, & vice verſa. דאשים עני דאשים בבילה καταπατοῦντες πενίαν καταπατοῦσι δολιότητα. Qui conculcant paupertatem, conculcant fraudem. Hoc eſt, qui induſtria ſua ab egeſtate ſe vindicaverit, ſatis tutus eſt adverſus in-

ſidias exteriores. quaſi dicat, Divites non ita expoſitos fraudulentorum laqueis, quia timentur, ut pauperes, quia contemnuntur. Hic עבי Iudaice, quod per holem hebraice עוני. Rurſus מובא עניח עבר שלם, ὑπεξελθούσης ταπεινότητος ᾤχετο ἀσπασμός. Qui ex divite pauper factus eſt, non ſalutatur ut antea. ut contra, ille Senex Plautinus proper ſuſpicionem auri, quod videbatur poſſidere, ait, *Eunt, ſalutant, copulantur dexteras.* Aliud ſonat illud proverbiale, בתר עניא אזלא עניותא τῇ πενίᾳ ταπεινοφροσύνη ἀκολουθεῖ. Mediocriter in Hebraicis verſati, præſertim in proverbiis Salomonis, & ſententiis Sapientum, ſtatim deprehendent ſtilum γνωμικόν. Fortaſſe alii interpreta-
222 buntur quædam aliter, ut ego poſſem, ſi aretalogus eſſem. Sed ſatis ſunto ea, quæ huc attulimus ad hunc locum illuſtrandum. Etiam עבית potuit legi, ut magis Græco congruat ἀνίδ. Non confurabo interpretationem, quam Iudæi Epiphanio ſuggeſſerunt. Non triumphabo de ſyllabis. Sat eſt mendum deprehendiſſe, quod eſt initium veri adipiſcendi.

Ἐλκεσαῖοι, Ἠλξαῖοι, Σαμψαῖοι, *iidem. Maſſaliani ab Eſſenis profecti.* Ἐσσηνοὶ ἱκέται. *Quædam de Eſſæorum ſuperſtitionibus diſcuſſa. Quare Eſſenis Sabbato ventrem exonerare non liceret.*

Cap. 28.

Vide quid diſcrepantia pronunciandi facit. Aſſuerus ille in libro Eſdræ, & volumine Eſter pro diverſitate lectionis eſt Aſſuerus, Ahaſvveros, Oxyares, Axerſvves, id eſt Xerxes, & alios vultus aſſumere poteſt. Sic hoc nomen in plures formas abit חשאי Ἐσσαῖος, Ὀσσαῖος, Ιεξαῖος. cum articulo Arabico ἠλξαῖος, aut Ἐλξαῖος, aut Ἐλκεζαῖος. Nam

Digitized by Google

Nam ſi cheth duriuſcule pronuncietur, ut ſolent facere 223
Arabes, qui lene Cheth Hebræorum & Syrorum in durum Cheth convertere non raro ſolent, hoc nomen אל חישאי erit Ἐλκεσαῖος. Scribit igitur hæreſi 53. Epiphanius: Σαμψαῖοί τινες ἐν τῇ Περαίᾳ, περὶ ὧν ἤδη ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν ἐπεμνήσθημεν τῶν δὴ καὶ Ἐλκεσαίων καλουμένων. Totidem verbis ſcribebat Hereſi 19. quæ eſt τῶν Ὀσσηνῶν, quos Sampſæos ait vocatos, eorumque auctorem facit ἠλξαΐ. Ergo Ὀσσηνοὶ, Σαμψαῖοι, Ἠλξαῖοι, & Ἐλκεσαῖοι idem ſunt non ſolum ſecta, ſed nomine. Sed, ut dixi, Elxæus, quædam in veteribus Oſſenis, ſive Eſſenis interpolavit; ideo privata ſecta ab eo nata eſt tradux quædam Eſſenorum. Non igitur intereſt quomodo Articulus Arabicus אל ἤλ, an ἔλ ſcribatur. Omnino quædam ex vetere Eſſenorum inſtituto retinebant, quod ait Epiphanius: Θεὸν ἕνα λέγουσι, καὶ δῆθεν αὐτὸν σέβουσι βαπτισμοῖς τισὶ χρώμενοι. προσκεινται γὰρ Ἰουδαιοις ἐν ἅπασιν. ἀπέχονται γὰρ καὶ ἐμψύχων τινες ἐξ αὐτῶν. Et de Sole, quod adjicit, ab ipſis culto, quod ſu- 224
pra tetigimus. Atque de Sampſæis hactenus; quæ fuit lacinia quædam Sectæ Eſſenorum. Eſt & aliud ἀπόσπασμα τῶν Ἐσσηνῶν ἡ τῶν Μασσαλιανῶν αἵρεσις. Quemadmodum enim Elxæi vel Oſſeni eodem nomine cenſentur, quo Eſſæi vel Eſſeni; & Maſſaliani idem nomen, quo Eſſæi vocabantur, retinuerunt. Eſſæis enim, præter θεραπευτῶν nomen (quo apud Græcos Iudæos Aegyptienſes noti erant) etiam alio nomine vocabantur & ipſo quoque Græco apud eoſdem Ἑλληνιστάς Ægyptienſes, & Syriaco in Palæſtina. Apud Helleniſtas enim ἱκέται vocabantur, quod omnium Angulorum perveſtigator Serarius nondum odoratus eſt, vel potius oculis omnium objectum, non animadvertit. Nam apud Philonem eſt: Περὶ βίου θεωρητικοῦ, ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν. Quod repetens Euſebius ita

ſcribit de Philone: ἐν ᾧ ἐπέγραψε λόγῳ, Περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν. Quare ἱκέται vocarentur illi μονάζοντες, non dubitabit, qui inter ortum ſolis & occaſum nihil aliud quam orationi intentos fuiſſe ex Philone diſcere potuit.
225 Id Iudaice eſt מצליין, id eſt ἱκέτης, εὐχίτης, προσευχόμενος, προσλιπαρῶν τῇ εὐχῇ. Inde aliud παραγωγικὸν, מצלייני ſuperſtitioſus, proprie Italice *Pizzochero*, Gallice *Bigot*. Hinc proverbium Iudaicum: אלמנה משובבית ובתולה מצלייבית הז אלו מכלות χήρα καταστρηνιῶσα, καὶ κόρη ἄγαν εὐχομένη ἀμφότεραι καταναλίσκονται. Gallice: *Vefve deſbauchee & fille bigotte ne dureront pas.* Vnde etiam exponitur locus 1. Timot. 5. 11. Maſſaliani igitur dicti ſunt Eſſæi, & ab illis hæreſis Maſſilianorum profecta, quæ non ſolum nomen auctorum, ſed etiam majorem partem ſuperſtitionum retinuit. Ea eſt octogeſima Hæreſis in Theſauro Epiphanii, de quorum nomine ita ſcribit: Μασσαλιανοὶ ἢ οὗτοι καλοῦνται ἑρμηνευόμενοι εὐχόμενοι. Infra etiam eleganter εὐφημίτας. Et poſt ἐπὶ τῷ εὔχεσθαι καὶ ὑμνεῖν ἐσχολάκασιν. Iudæos negat fuiſſe Epiphanius quod partim verum, partim contrarium. Nam primi hujus ſectæ mere Iudæi erant, & propago quædam Eſſenorum. Iudæos fuiſſe ex eo manifeſtum, quod Proſeuchas, ut Iudæi, habebant: τινὰς οἴκους ἑαυτοῖς κατασκευάζοντες, ἢ τόπους πλατεῖς
226 φόρων δίκην προσευχὰς ταύτας ἐκάλουν. Sed quia quidam Pſeudochriſtiani illis ſeſe applicarunt, & matrimonia inter ſe contraxerunt, omnem fere caſtimoniam Eſſenorum exuerunt, hoc tamen retinuerunt, quod quemadmodum Eſſeni ipſi quoque bonis omnibus, & patrimoniis ſeſe abdicabant ἀποταξάμενοι τῷ κόσμῳ καὶ τῶν ἰδίων ἀνακεχωρηκότες. Præterea, inſtar Eſsenorum mane & veſpere, in proſeucham orationis cauſsa, conveniebant. Epiphanius: Ἐν ἄλλοις δὲ τόποις, φασὶ, καὶ ἐκκλησίας ὁμοιώματι ἑαυτοῖς ποιή-

Digitized by Google

ποιήσαντες καθ' ἑσπέραν καὶ κατὰ τὴν ἕω κατὰ πολλῆς λυχναψίας καὶ φώτων συναθροιζόμενοι ἐπὶ πολύ τε καταλευγμάτιά τινα ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς ᾀσμάτων καὶ εὐφημίας τινὰς δῆθεν εἰς τὸν θεὸν ποιούμενοι, ὡς διὰ καταλευγματίων καὶ εὐφημιῶν ὥσπερ θεὸν ἐξιλεούμενοι ἑαυτοὺς ἐξαπατῶσι. Nam & Eſseni habebant ἀντίφωνα ſua, & ᾠδὰς &c. Cætera non conveniunt præter τὸ φιλάλληλον καὶ φιλοκοίνωνον. Erant autem mendici & vix verberibus a contumacia mendicandi abſterreri poterant. ἀκώλυτοι δέ εἰσι, καὶ ἐκτείνουσι χεῖρας μεταιτεῖν. Deeſt aliquid in his verbis. Ideo, quum mendicos Iuvenalis deſignaret, dixit, —*in qua te quæro proſeucha?* & *A matre doctus nec rogare Iudæus*. Veri enim Iudæi, non mendicabant, neque mendicant hodie, propter τὸ φιλάλληλον eorum, quod divites non patiuntur tenuiores mendicare, aut eſurire: & multa præcepta de Eleemoſynis etiam antiquiſſima habent. Hæc de Maſſilianis. Eſſeni vero κωμηδὸν habitabant, ut & Maſſiliani. Philo περὶ θεωρητικῶν ſcribit: οὐ ζῶα καταθύοντες. ἀλλ' ἱεροπρεπεῖς τὰς ἑαυτῶν διανοίας κατασκευάζειν ἀξιοῦντες. nihil immolabant. Hoc valde conveniebat Chriſtianiſmo, niſi illi θεωρητικοὶ hoc potius ex ſuperſtitione facerent, in quo legi Moſis adverſabantur, quæ nec Naziræos quidem abſolvit neceſſitate immolandi, Numer. 6. At alteri Eſsæi contra, de quibus ſcribit Ioſephus εἰς τὸ ἱερὸν ἀναθήματα στέλλοντες θυσίας οὐκ ἐπιτελοῦσι διαφορότητι ἁγνειῶν, ἃς νομίζοιεν, καὶ δι' αὐτὸ εἰργόμενοι τοῦ κοινοῦ τεμενίσματος ἐφ' αὐτῶν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦσιν. Immolabant victimas in locis, in quibus degebant, quod de ritu immolationis non illis cum Iudæis reliquis conveniret. In quo duo hæretica erant, prius, quod alios ritus ab iis, quos ſanxit Moſes, haberent: alterum, quod alibi, quam ubi Moſes præcepit, victimas ſuas immolarent. Itaque non mirum, ſi tanquam ἐξαγεῖς & piacu-

227

228

lares

lares aditu Templi prohibebantur. Deinde & illud ſuperſtitioſum, quod eos, quos in ſuorum cœtum recipiebant, tanquam gentiles & profanos, baptizabant: quod non fiebat, niſi in Ethnicis, quum proſelyti eſſent faciendi, ut de muliere gentili, quæ Iudæa facta eſt, legimus: וצו רבי חייא להטבילה ולגיירה *Præcepit Rabbi Hija tingere eam, & proſelytam facere.* Idem: *περὶ γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων. πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχάς, ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι* Hoc etiam obiter tangit Philo: quod plane ethnicum, &, ut alibi diximus, legis præſcripto contrarium. Ibi enim duplex *ἐθνισμὸς*, prior ad ſolem orientem adorare, alter Soli preces concipere, *πατρίους εὐχὰς φθέγγονται εἰς ἥλιον*. Sane *φθέγγεσθαι ὕμνους εἰς θεὸν*, eſt in laudem Dei carmina canere. *εἰς ἥλιον* igitur *εὔχεσθαι*,
229 eſt in eum preces fundere. Quis hæc probabit, niſi is, qui Ioſephum indigna & abſurda de iſtis ſcripſiſſe ait, qui illorum tamen cœtibus interfuit? Sed hoc confidentiſſimum judicium ſupra a nobis confutatum eſt. Coloniæ Monachorum hinc deducendæ erant. Ideo verba *εὔφημα* omnia de Eſſenis concipienda, non autem דברים שאינם כבוד כלפי מעלה *Verba quæ non ſunt de Deo contraria excellentiæ ipſius.* Tamen, quod negare non poſſum, riſi, quum illud oraculum a Serario produci animadverti. Ioſephus: *τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὑπακούειν καὶ τοῖς πλείοσιν ἐν καλῷ τίθενται. δέκα γοῦν συγκαθεζομένων, οὐκ ἂν λαλήσειέ τις ἀκόντων τῶν ἐννέα.* Non fruſtra *δέκα* dixit. Aliud enim in verbis Domini Matth. 18. 20. *εἰ γάρ εἰσι δύο, ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.* At in Iudaiſmo decem ut minimum opus eſt ad juſtum cœtum orantium conſtituendum, trium autem ad convivium, aut cænam: שלושה לסעודה עשרה לתפילה *Tres ad epulum; decem ad orationem.* Ioſephus: *τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν*

Vt ſeptem apud Auſ. quinque advocavi. ſex enim convivium cum Rege juſtũ: ſi ſuper, convicium eſt.

ἀλλή-

ἀλλήλοις. Nemo præripit loquendi partes alii. Iudæi di- 230
cunt דולג על מפתן חבירו *Tranſiliens limen ſocÿ ſui. Entre-
penant ſur ſon Compagnon.* Ioſephus: * καὶ γεύσασθαί τινα πρὶν
τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον. Sententia vetus הטועם ואינו מברך נקרא
גזלן *Qui edit & non benedicit, vocatur prædo.* Supra o-
mnem Iudaiſmum non exonerare ventrem in Sabbato.
* τὸ πτύσαι εἰς μέσους, ἢ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάσσονται, καὶ ταῖς ἑβ-
δομάσιν ἔργων ἅπτεσθαι διαφορώτατα Ἰουδαίων ἁπάντων. Poſt
quædam ἀλλ' οὐδὲ σκεῦος τι μετακινῆσαι θαῤῥοῦσιν, οὐδὲ ἀποπα-
τεῖν. Ratio, cur alvum non levarent in Sabbato: quia
ſarculum, ſive σκαλίδα geſtabant, qua ſcrobiculam depri-
merent, in quam egererent. At in Sabbato nullum
σκεῦος tollere, aut transferre licet, quale eſt ſarculum:
ſed tantum id, quod portari per traditiones licet, quod
diximus vocari כלי נטל, ut annulum, clavim, cultellum.
Certe qui tam ſtudioſi ſabbatiſmi eſſent, non potuerunt
minus, quam alii, Sabbatum obſervare. Alii non audent
tollere ſabbato, niſi כלי נטל. quanto minus auderent ſu-
perſtitioſiſſimi omnium Eſſæi? Aliis non interdiceba- 231
tur ventrem Sabbato exonerare, neque ullum præce-
ptum joculare tam apud Eſſenos, quam apud reliquos
Iudæos de hac re extabat. Sed in Eſſæorum præceptis,
& Regulæ Canonibus illud præceptum Deuteron. 23.
12. 13. de paxillo, & de ſcrobicula fodienda continеba-
tur. Quare non poterant alvum levare, niſi opus face-
rent, quod non licet in Sabbato.

* & guſtare quicquam ante preces nefas.

* Spuere in medios vel in dextrum latus cavent & ſabbathis opus aliquod attingere diligentius omnib. Iudæis ſc. cavent.

Paulus primus monachorum in Thebaide. Futilia argumenta Euſebÿ de veteribus monachis Chriſtianorum confutata. Hallucinationes ejus diſcuſſa.

CAP. 27.

De Heſſenis Chriſtianis qui Cœnobitæ vocabantur & gẽtili lingua Ægyptiorũ Sanſes vide Hiero. epiſt. 232 22. cap. 15. Idem de Anachoritis cap. 16. hujus vitæ autor Paulus, illuſtrator Antonius, &, ut ad ſuperiora conſcendam, princeps Ioh. Baptiſta fuit. Philo vir doctiſ. proprium volumen edidit ſuper vita Eſſenorum Iudæorum. Idẽ ad. Iovinian. l. 1. c. 9. 233

QVum maximus Hieronymus Euſebii ſtudioſiſſimus fuerit, merito quis quæſierit, quur ejus de vetuſtate Monachatus ſententiam ſequutus non ſit; adeo ut ne meminerit quidem: qui Eſſenos Philonis monachos Chriſtianorum primos eſſe auſus eſt ſcribere, & invenit quibus perſuaderet. At penitus contraria ſunt, quæ accuratior & melior eo Hieronymus initio vitæ Pauli Eremitæ ſcribit: cujus verba omnino huc tranſſcribenda, *Inter multos ſæpe dubitatum eſt, a quo potiſſimum Monachorum eremus habitari cœpta ſit. Quidam enim altius repetentes a beato Elia & Ioanne ſumpſere principium: quorum & Elias plus nobis videtur fuiſſe quam monachus, & Ioannes ante prophetare cœpiſſe, quam natus eſt. Alii autem, in quam opinionem vulgus omne conſentit, aſſerunt Antonium hujus propoſiti fuiſſe caput. quod ex parte verum eſt. Non enim tam ipſe ante omnes, quam ab eo omnium incitata ſunt ſtudia. Amathas vero & Macarius diſcipuli Antonii, quorum ſuperior Magiſtri corpus ſepelivit, etiam nunc affirmant Paulum quondam Thebæum principem iſtius rei fuiſſe. quod non tam nomine, quam opinione nos quoque comprobamus.* Atque hæc de Paulo primo Monachorum, qui propter perſecutionem ſub Decio & Valeriano in remotiora loca Thebaidos receſſit. atque hoc fuit illi initium ἀσκήσεως, & ille hujus propoſiti exemplum aliis dedit: ita ut breviſſimo tempore multa examina Monachorum eremum Thebaidos compleverint. Hæc Hieronymus. adverſus quæ pertendere, id veritati eſt præſcribere. Ante Paulum enim nullus eremita fuit, nulli κοινόβιοι μονάζοντες in Chriſtianiſmo. Eos ſane non tacuiſſent quotquot a Iuſtino Martyre viri Eccleſiaſtici, ad Cyprianum uſque ſcripſerunt. Neque tot examina monachorum potuerunt eſſe, quin, ut Tertullianus loquitur, aliquam conteſſeratio-

nem

nem cum Eccleſiis atque Epiſcopis haberent. Denique multa de illis teſtimonia apud Scriptores Eccleſiaſticos extarent. At nulla extant, & vetuſtiſſimus ſcriptor Tertullianus ſatis aperit ſuo ævo nullos eremicolas fuiſſe. *Non ſumus*, inquit, *ſilvicolæ, & exules vitæ.* Monachatus igitur ignotum vitæ propoſitum priſco Chriſtianiſmo. Euſebius, quo nullus Eccleſiaſticorum veterum plura ad hiſtoriam Chriſti aniſmi contulit, nullus plura errata in ſcriptis ſuis reliquit, nullius plures hallucinationes extant hodie, Εσσαίους Philonis τοὺς θεωρητικοὺς καὶ ἱκέτας λεγομένους monachos Chriſtianos fuiſſe non dubitat. At o deſultoriam judicii levitatem, in 8. προπαρασκευῆς, non tanquam Chriſtianorum τῶν Εσσαίων meminit, ſed tanquam Iudæorum, & quidem antiquiſſimorum. Poſtquam enim de lege Moſaica diſputavit, ut oſtenderet ejus dogmata, dicit ea eſſe generatim duo, prius κατὰ τὴν ῥητὴν διάνοιαν, alterum κατὰ τὴν θεωρητικήν. Et priori quidem addictam plebem (τὴν πληθὺν) tantum; poſteriorem proceres (τοὺς ἐν ἀξίᾳ) amplexos fuiſſe, ex iiſque eſſe quoddam φιλοσοφούντων γένος, qui vocentur Eſſæi. Denique ibi agitur toto libro de antiquitate Iudaiſmi, non Chriſtianiſmi. Totius enim libri octavi argumentum eſt, περὶ τοῦ κατὰ μωσέα εὐσεβοῦς πολιτεύματος. De Chriſtianiſmo nihil omnino. Vides igitur inconſtantiam: cui ſimilem licet advertere in plurimis locis, quæ in Euſebianis notavimus. ut illud, in libro primo Hiſtor. Eccleſ. antequam Chriſtus cruci affigeretur, auditam vocem ex adytis, MIGREMUS HINC. Atqui illa vox audita fuit paulo ante bellum Iudaicum annis 32. poſt paſſionem Domini. Et ipſe Euſebius in libris Demonſtrationum diſerte ſcribit hanc vocem inter prodigia, quæ paulo ante bellum Iudaicum exciderunt. At Baronio

234 235

Digitized by Google

placuit hallucinatio Euſebii, eamque in ſuos annales
contulit, non ſine Ioſephi criminatione, quaſi Ioſephus
ab Euſebio hiſtoriam excidii Hieroſolymitani didicerit.
Argumenta ſane digna propter quæ Euſebius Iudaica ad
Chriſtianiſmum conferret, primum quod ἐν μοναςηρίοις
Eſſeni degerent, quod ἀντίφωνα quædam more Chriſtia-
norum canerent. Atqui hiſtorici Societatis idem de Iap-
ponenſium Bonziis retulerunt, qui per tot ſecula, etiam
ante Chriſti adventum idem, quod Monachi Chriſtiani
faciunt; qui nunquam Chriſtianos viderant ante appul-
ſum Claſſium Luſitanicarum, & nullo a Chriſtianis
Monachis differunt præterquam fide, quod illi ſint
* διαβολολάτραι. Ergo & Bonzii Iapponenſes juſtius Mo-
nachi Chriſtiani dici poſſunt, quam Eſſæi. Nam templa,
clauſtra, periſtylia more Chriſtianorum habent, &
236 * ἀμοιβαίοις ςίχοις ψαλμοὺς συνεξηχοῦσιν, ut hic in Europa
Monachi, & ante centum annos Chriſtianum nullum
viderant. Futile argumentum & τῶν μοναςηρίων, & τῶν ἀντι-
φώνων. Sed quanta eſt hæc levitas præ illa quam dicam?
Eſſæi pluſquam quadringentis annis ante Reſurrectio-
nem Chriſti fuerunt, ubique terrarum, & quidem
θεωρητικοὶ, ut ait Philo: * πολλαχοῦ μὲν οὖν τῆς οἰκουμένης ἐςὶ τὸ
γένος. ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ τελείου μετασχεῖν Ἑλλάδα, καὶ τὴν
βάρβαρον. πλεονάζει δὲ ἐν Αἰγύπτῳ. Ergo θεωρητικοὶ non ſo-
lum in Ægypto, ſed etiam ἐν Ἑλλάδι καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ ἦσαν.
Igitur erant in Italia, in Gallia. Quomodo ergo in ſex
aut ſeptem annis plus minus poſt Reſurrectionem Do-
minicam, in tam remotis, tam diſſitis locis hoc genus
Monachorum monaſteria ſua collocant? Qui fieri po-
tuit, ut tam exiguo intervallo temporis in unum hoc
Chriſtiani conſenſerint, ut ex illis aliquot millia non
ſolum μονάζοντες eſſent, ſed etiam in remotiſſimas regio-
nes,

* Diaboli cultores.

* Alternis verſibus cantiones perſonant.

* In compluribus aũt locis orbis terrarũ illud genus hominum eſt. Oportebat enim perfecti hujus boni participem eſſe Græciã aliaſque Regiones. Abũdat autẽ his Ægyptus.

nes, & in totum orbem diſſeminarentur? Atquin quod in Ægypto primi monachi fuerunt, & eorum, qui in Ægypto erant Philo Ægyptius meminit, eo unico argumento Euſebius putavit, ab eo tempore, ad Antonium Eremitam, monachiſmum in Ægypto continuatum fuiſſe: quum tamen ante Paulum eremitam neque in Europa ulli monachi fuerint, neque in Palæſtina, in qua primus omnium monachorum fuit Hilarion, ut Hieronymus ſcribit. Nam ut concedamus illos θεωρητικοὺς Ægyptienſes monachos Chriſtianos fuiſſe, tamen quia θεωρητικοὶ ubique terrarum erant, cur non & ubique monachos Chriſtianos fuiſſe concludamus? Nam ſane plures habuit Palæſtina, quam reliquæ orbis regiones. Illa* enim propria ſedes Eſſenorum, etiam teſtibus Ioſepho & Plinio. Prius ergo fuerunt in Palæſtina, quam in Ægypto. Palæſtina enim patria Iudæorum, & nutricula ſectarum Iudaicarum. Quod ſi ſtatim poſt reſurrectionem, quo tempore hæc ſcribebat Philo, in Ægypto erant monachi Chriſtiani, ſine dubio erant in Paleſtina, ex qua Iudæi Ægyptienſes oriundi ſunt. Nam Palæſtina eſt Iudæorum metropolis, Ægyptus Colonia. Si monachi ſtatim poſt reſurrectionem fuerunt in Palæſtina, quare ſcribit Hieronymus Hilarionem in Syria, Paulum in Ægypto primum omnium Monachos plantaſſe? An Hieronymus Novator, qui Baronio, Bellarmino & eorum * ὑποφήτῃ Serario tam diſtricte adverſatur? Quid? an θεωρητικοὶ Eſſeni tantum poſt reſurrectionem Chriſti exorti ſunt? a quadringentis annis, quando primum Eſſeni eſſe cæperunt, ante tempus reſurrectionis Dominicæ in Eſſenis nulli θεωρητικοὶ fuerunt? Atqui Philo dicit τῶν θεωρητικῶν vetuſtiſſimam originem eſſe * ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, οἳ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρχηγέται γενόμενοι

Margin: 237 (beside "Ægypto erant Philo…"); 238 (beside "Iudæorum metropolis…")

* Subvati.

* Habent aũt & ſcripta antiquorũ, qui ſectæ ipſorũ duces exiſtentes complura monumenta in Allegorico commẽtandi genere reliquerunt.

Digitized by Google

πολλὰ μνημεῖα τῆς ἐν τοῖς ἀλληγορουμένοις ἰδέας ἀπέλιπον. Vides hic τῶν θεωρητικῶν inſtitutum vetuſtiſſimum eſſe, ejuſque vetuſtiſſimos libros in manibus τοὺς θεωρητικοὺς habuiſſe. Ante Chriſtum igitur θεωρητικοὶ erant. Quod ſi θεωρητικοὶ ſunt monachi Chriſtiani; ergo non ſolum monachi ante Chriſtum erant, ſed etiam Chriſtiani. O vanitatem. Primum igitur mentio μοναστηρίων apud Philo-
239 nem percuſſit mentem Euſebio: deinde, ut fit, quæ aliquam ſpeciem ſimilitudinis habere viſa cum Monachis Chriſtianis, ea magis hominem in ſententia ſua confirmarunt, ut illa ἀντίφωνα, ὅτι μέλεσιν ἀντήχοις καὶ ἀντιφώνοις canebant: quod faciunt ex antiquo Chriſtiani. Sed ut idem Philo ait: Πολλοῖς μέτροις καὶ μέλεσι τῇ μὲν συνηχοῦντες, τῇ δὲ καὶ ἀντιφώνοις ἁρμονίαις ἐπιχειρονομοῦντες, καὶ ἐπορχούμενοι. Ecce Theoreticos in ſuis hymnis ſaltantes, & digitis geſticulantes. An hoc etiam ad probandum eos Monachos fuiſſe? Euſebii intererat demonſtrare. Sed Chriſtiani quidam etiam hodie in ſacris ἐπορχοῦνται, & muſicis inſtrumentis, tympanis æneis, & aliis ejuſcemodi perſtrepunt, ut Bacchantes putes: qui mos a veteri Eccleſiæ ritu alienus. In quæſtionibus veteribus quidem, ſed tamen perperam Iuſtino attributis, Reſponſo 107. οὐ τὸ ᾆσαι ἁπλῶς ἐστὶ τοῖς νηπίοις ἁρμόδιον, ἀλλὰ τὸ κατὰ τῶν ἀψύχων ὀργάνων ᾆσαι, καὶ κατὰ ὀρχήσεως καὶ κροτάλων. διὸ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις περαιρεῖται ἐκ τῶν ἀσμάτων ἡ χρῆσις τῶν τοιούτων ὀργάνων,
240 καὶ τῶν ἄλλων τῶν νηπίοις ὄντων ἁρμοδίων, καὶ ὑπολέλειπται τὸ ᾆσαι ἁπλῶς. manifeſto περιαιρεῖται pro verbo nihili περαιρεῖται legendum. Proprium Iudæorum, & legis mortuæ, non vivi Chriſtianiſmi hoc eſſe teſtatur. Sed quid non molitur, ut τοὺς θεωρητικοὺς eſſe Chriſtianorum monachos etiam ab invitis exprimat? Sane inter τοὺς θεωρητικοὺς καὶ τοὺς πρακτικοὺς non aliud diſcrimen eſt, præter illud, quod

Digitized by Google

quod ἡ θεωρία καὶ ἡ πρᾶξις conſtituit. Alios Eſſenos ab iſtis ſeparabat κοινοβιότης καὶ ἐργασία : illi enim erant τεχνῖται. iſti ſoli orationi operabantur. unde dicti ἱκέται.. Ergo οἱ πρακτικοὶ erant ut λαϊκοὶ, illi vero ut quoddam ἱεράτευμα. Erant ergo & οἱ πρακτικοὶ Chriſtiani quoque. Nam iſti θεωρητικοὶ nihil diverſum ab illis habebant, præter τὴν ἀκρίβειαν τῆς πολιτείας.. Sane ſi illi Chriſtiani, & Practici quoque Chriſtiani. Euſebius ſententiæ ſuæ argumenta auſpicato aggreditur. Poſt illa Philonis verba, ἀρχομένους φιλοσοφεῖν ἐξίστασθαι τοῖς προσήκουσι τῶν ὑπαρχόντων. Qui ſe tradebant cooptandos in ordinem Theoricorum, cedere omnibus facultatibus, eaſque proximis ſuis relinquere. 241
Hoc tanquam ἕρμαιον arripit Euſebius: & id ſcriptum eſſe ait in Actis Apoſtolicis, omnes, qui fiebant Chriſtiani, vendere facultates ſuas, earumque precium ante pedes Apoſtolorum ponere. Sane multum differt ſuis opibus relictis ad Eſſenos venire, aut precium ſuarum opum Chriſtianis communicare. Hæc tam differunt, quam abjicere & retinere. Quis non miretur hallucinationem? Et tamen hæc mirantur οἱ μοναχισμοῦ ἀρχαιολόγοι: qui non minore levitate hæc ab Euſebio dicta excipiunt, quam Euſebius illa non vidit pugnare cum argumento ſuo: ut vix ullus puer tam contraria ſciſcere potuerit. Non ſatis erat ita de literis ludere, niſi majore abſurditate illud cumulaſſet. Verba ſunt Philonis paulo ante a nobis producta : ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν. quæ, ut dixi, ſunt inſtitutiones vetuſtiſſimæ τῆς τῶν θεωρητικῶν Ἐσσηνῶν πολιτείας. Ille ita interpretatur, ſi modo quis patienter legere poteſt. τάχα δὲ εἰκὸς ἃ φησιν ἀρχαίων παρ' αὐτοῖς εἶναι συγγράμματα, εὐαγγέλια καὶ τὰς τῶν Ἀποστόλων γραφάς. Quum illa ſcriberet Philo, nullum adhuc Euangelium publicatum erat. Scribebat enim ſub Caligula, 242

& initio Claudii. Certe ſaltem non omnia quatuor Euangelia ſcripta erant. Sed age concedamus pertinaciæ

** Vetuſta.*

jam ſcripta fuiſſe. Sane non poterant dici * ἀρχαῖα, neq;

** Philoſophiæ Eſſenorum monumenta à ſectæ authoribus conſcripta.*

* τῆς φιλοσοφίας τῶν Εσσηνῶν μνημεῖα ὑπὸ τῶν Αρχηγετῶν τῆς αἱρέσεως συγγεγραμμένα. Vetuſtiſſimam illam ſectam, ait Philo, & ejus vetuſtiſſima relicta eſſe monumenta ab illis, qui Αρχηγέται τῆς αἱρέσεως fuerunt, quadringentis annis antequam illa ſcriberet Philo. Et hæc erunt Euangelia, & ſcripta Apoſtolica? Quæ poteſt, major futilitas, levitas, ἀπερισκεψία eſſe, q̃ Euangelia, quæ nondum ſcripta erant, συγγράμματα ἀρχαῖα παλαιῶν ἀνδρῶν, & ipſos Euangeliſtas, atque Apoſtolos, qui tunc omnes vivebant παλαιοὺς ἄνδρας vocare? Quia vero ſuſpectam habet vim ſuorum argumentorum, ne, inquit, quis dubitet, ſubjicit ex Philone, quæ nulli Chriſtiano abſtinentiſſimo magis conveniunt, quam Phariſæo, aut cuivis continentiſſimo Iudæo. Sed neque illi argumento ſatis fidit, & quidem merito. Eſt enim ſubleſtiſſimum. Addit, quo putat pertinaciæ jugulum peti: Theoreticos

243 convenire ad σεμνεῖον orandi gratia, viros & mulieres, ſed ſeparatim. Ait nulli alii genti, quam Chriſtianorum

** virorum & mulierum ſeparata conveniendi in hoc loca.*

convenire * τὰς ἰδίᾳ μὲν ἀνδρῶν, ἰδίᾳ δὲ γυναικῶν ἐν ταυτῷ διατριβάς. Atqui non hoc proprium Chriſtianorum, ſed Iudæorum cum veteribus Chriſtianis commune. Hodieq; ita Synagogas Iudæorum conſtructas eſſe videmus ut viri a feminis ſejuncti ſint. Quid dicam de pervigilio Paſchali Chriſtianorum, & de hymnis, qui in eo a Chriſtianis canebantur, quæ omnia a Philone ſcripta dicit Euſebius, & ab Eſſæis obſervata? καὶ τὰς ἐξ ἔτους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελουμένας ἀσκήσεις, ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους, ἑορτὴν ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσι, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων ἐκτελεῖν εἰώθαμεν, ἅπερ ἐπ' ἀκριβὲς

ἀκριβὲς τὸν αὐτὸν, ὃν καὶ εἰς δεῦρο, τετήρηται παρὰ μόνοις ἡμῖν τρόπον ἐπισημηνάμενος ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ τῇ ἰδίᾳ παραδέδωκε γραφῇ, καὶ μάλιστα τὰς τῆς μεγάλης ἑορτῆς παννυχίδας, καὶ τὰς ἐν ταύταις ἀσκήσεις, τούς τε λεγομένους εἰωθότας πρὸς ὑμῶν ὕμνους ἱστορῶν. Atqui Philo pag. 616 ἑβδομάδων ἑβδομάδας ab Eſſæis obſervari dicit, eaſque eſſe inſtar Pentecoſtes, quæ ſemel tantum a reliquis Iudæis Sexta Sivvan, ab Eſſenis vero ſepties in anno pervigiliis & hymnis inſtaurabatur, ita ut latus, quadratum, & cubum ſeptenarii in uno anno celebrarent. Latus eſt Hebdomas. cujus Sabbatum ultima dies ex lege obſervatur. quadratum vero 49. dies, una πεντηκοντὰς; cubus 343. dies, ſeptem πεντηκοντάδες. in quo plus erat, quam רבית בתורה *auctarium in lege* Moſes en. ſemel in anno quinquageſimum diem a 16. Niſan obſervare præcipit: Iſti hoc ſepties in anno iterabant. De iſtis igitur ſeptem Pentecoſtis, ſive pentecontadibus loquitur Philo, non de pervigilio τῆς μεγάλης ἑορτῆς, id eſt, κυριακῆς ἀναστασίμου. Quod tam abſurdum accommodare pentecoſtis Eſſenorum, quam ſuperſtitioſum ab Eſſæis per auctarium ſupererogationis obſervatum eſſe: quod & hæretici Sebuæi faciebant, quos diximus Hebraice שבועאי ideo dictos, quaſi ἑβδομαδίτας, quod ἑβδομάδας ἑβδομάδων anili ſuperſtitione obſervarent, שבוע, en. Σαβουὰ, Hebdomas. שבועאי, Σεβουαῖοι, Hebdomaditæ. Quid meruerunt igitur, qui non ratione ſed auctoritate hominis omnium ſcriptorum, quotquot unquam fuerunt, inaccuratiſſimi, gentem Eſſenorum ſuperſtitioſiſſimam & Templi aditu ob hæreſin prohibitam, naſcentis Eccleſiæ primitias fecere? Sed non contentus eo quid deſignavit? In Philonis verbis ſomniavit Eccleſiaſticas liturgias, & διακονίας, & Epiſcopatum. πρὸς τούτοις γράφει τὸν τῆς προστασίας τρόπον τῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς λειτουργίας ἐγκεχειρισμένων, 244 245

τμένων,

σεμνῶν, διακονίας τε καὶ τὰς ἐπὶ πᾶσιν ἀνωτάτω τῆς ἐπισκοπῆς
προεδρίας. Atqui nullam διακονίαν, nullam ἐπισκοπήν,
nullam ἐκκλησιαστικὴν λειτουργίαν memorat Philo pag. 618.
ſed omnia omnino diverſa. Canuntur quippe hymni
antequam inferatur menſa. poſt hymnum allata menſa
anteponitur panis, & ſal cum hyſſopo. Hæc eſt quotidiana
Eſſæorum cœna, neque lautior propter τὴν ἑορτάσιμον
πεντηκοντάδα. Deinde κατὰ τὸ δεῖπνον τὴν ἱερὰν ἄγουσι
παννυχίδα, quam nempe Euſebius putavit eſſe τὴν περὶ τῆς
μεγάλης ἑορτῆς, hoc eſt κυριακῆς ἀναστασίμου: quam halluci-
nationem confutavimus. & paulo ante initio ejuſdem
pag. 616. mentio fit προέδρου, quem putat eſſe Epiſcopum.
τοὺς νέους aũt τοὺς τῆς ἐκκλησίας διακόνους, quaſi in monaſteriis
Chriſtianorum Epiſcopi, & preſbyteri ſynaxes facerent.
At quum mulieres una cum viris accumberent eidem
menſæ, oſtendant mihi fautores hujus tam παραδόξου καὶ
246 πιθηκώδους δράματος, an hic mos obtinuerit antiquitus,
ut in monaſteriis Chriſtianorum feminæ quoque eſſent?
ut in pervigiliis monaſteriorum chorus mulierum cum
choro virorum tandem jungerentur, ἐπιθειάζων, ἐπορχού-
μενος, ἐπαχφρονουμένων τῶν βακχευόντων τρόπον. Itane mulieres
in monaſteriis virorum? Antonius & Hilarion, & illi
ſummi viri tot monachorum patres, mulieres in mona-
ſteriis adhibuerunt? Summa ſummarum, ſolum nomen
μοναστηρίου perſuaſit Euſebio reliqua omnia monachis
Chriſtianis, ut nomen monaſterii eorum habitationi,
conveniſſe. Nihil eſt in toto libro Philonis, quod non
inſtituto vetuſtiſſimorum monachorum pugnans & con-
trarium ſit. Imo monachorum veterum inſtitutum ma-
gis convenit diſciplinæ τῶν πρακτικῶν quam τῶν θεωρητικῶν
Eſſæorum. At quanquã ab homine aliud agente, & prius,
quam cogitaret, pronunciante, dicta hæc ſunt, tamen
adeo

adeo blandita eſt hominibus illi ſimillimis tam puerilis, tam ridicula ſententia, ut nunc non minus pro ea, quam pro ſacroſancto Euangelio acria bella, & velitationes pædagogicæ ferveant, & Tartara cælo miſceantur. Sed de erratis Euſebii, quæ in omnibus ejus operibus ſpiſſe le- 247
guntur, alibi in Euſebianis diximus. Nunc huic capiti finem faciemus.

Eſſæos Ægyptienſes θεωρητικοὺς Græce tantum ſciviſſe, & Græce oraſſe. Mira & ineptiſſima Serarii Sophiſtice de nomine θρησκείας, & verbo ἤρξατο. Pſeudo-Dionyſii Areopagitæ teſtimonium, quod Ioſephus. Scaliger in confutationem Euſebij adduxerat, vafre a Serario diſſimulatum.

Cap. 30.

PAg. 291: *Metra enim reliquerunt ipſis Poetæ, & carmina verſuum trimetrorum, proſodiorum, hymnorum, paraſpondeorum, parabomiorum, ſtaſimorum, choricorum, ſtrophis, polyſtrophiſque accurate perfectorum.* Hæc Philo quidem. quæ quum Hebraice concipi non poſſint, (Hebraiſmus enim, Arabiſmus, & Syriaſmus, hujuſmodi metra ignorat, ut in Euſebianis oſtendimus) manifeſto ex hoc conſtat iſtos Eſſæos Philonis non Hebraice, ſed Græce locutos eſſe, Græce oraſſe, Græce omnia illa, de quibus Philo ſcribit, obiviſſe. Oſtendit præterea nomen τοῦ ἐφημερευτοῦ,
Pag. 616. ἀποσημαίνοντές τινες τῶν ἐφημερευτῶν. οὕτω γὰρ ὀνο- 248
μάζειν ἔθος τοὺς ἐν ταῖς τοιαύταις ὑπηρεσίαις. Diſerte monet quum miniſtrum vocarent ἐφημερευτὴν, tum ab illis hoc nomen excogitatum, tum ea lingua eos uſus, cujus illud nomen eſt, hoc eſt Græca. Denique Eſſæi Ægyptienſes erant ex Iudæis Ægyptienſibus. Hoc enim negari non poteſt. Illi vero tantum Græce loquebantur:

Digitized by Google

σμβύων, διακονίας τε καὶ τας ἐπὶ πᾶσιν ἀνωτάτω τῆς ἐπισκοπῆς προεδρίας. Atqui nullam διακονίαν, nullam ἐπισκοπὴν, nullam ἐκκλησιαστικὴν λειτουργίαν memorat Philo pag 618. ſed omnia omnino diverſa. Canuntur quippe hymni antequam inferatur menſa. poſt hymnum allata menſa anteponitur panis, & ſal cum hyſſopo. Hæc eſt quotidiana Eſſæorum cœna, neque lautior propter τὴν ἑορτάσιμον πεντηκοντάδα. Deinde κατὰ τὸ δεῖπνον τὴν ἱερὰν ἄγουσι παννυχίδα, quam nempe Euſebius putavit eſſe τὴν περὶ τῆς μεγάλης ἑορτῆς, hoc eſt κυριακῆς ἀναστασίμου: quam hallucinationem confutavimus. & paulo ante initio ejuſdem pag. 616. mentio fit προέδρου, quem putat eſſe Epiſcopum. τοὺς νέους aũt τοὺς τῆς ἐκκλησίας διακόνους, quaſi in monaſteriis Chriſtianorum Epiſcopi, & preſbyteri ſynaxes facerent At quum mulieres una cum viris accumberent eidem menſæ, oſtendant mihi fautores hujus tam παραδόξου καὶ
246 πιθηκώδους δράματος, an hic mos obtinuerit antiquitus, ut in monaſteriis Chriſtianorum feminæ quoque eſſent? ut in pervigiliis monaſteriorum chorus mulierum cum choro virorum tandem jungerentur, ἐπιθειάζων, ἐπορχούμενος, ἐπαχρονομῶν τ̃ βακχευόντων τρόπον. Itane mulieres in monaſteriis virorum? Antonius & Hilarion, & illi ſummi viri tot monachorum patres, mulieres in monaſteriis adhibuerunt? Summa ſummarum, ſolum nomen μοναστηρίου perſuaſit Euſebio reliqua omnia monachis Chriſtianis, ut nomen monaſterii eorum habitationi, conveniſſe. Nihil eſt in toto libro Philonis, quod non inſtituto vetuſtiſſimorum monachorum pugnans & contrarium ſit. Imo monachorum veterum inſtitutum magis convenit diſciplinæ τῶν πρακτικῶν quam τῶν θεωρητικῶν Eſſæorum. At quanquã ab homine aliud agente, & prius, quam cogitaret, pronunciante, dicta hæc ſunt, tamen adeo

adeo blandita eſt hominibus illi ſimillimis tam puerilis, tam ridicula ſententia, ut nunc non minus pro ea, quam pro ſacroſancto Euangelio acria bella, & velitationes pædagogicæ ferveant, & Tartara cælo miſceantur. Sed de erratis Euſebii, quæ in omnibus ejus operibus ſpiſſe leguntur, alibi in Euſebianis diximus. Nunc huic capiti finem faciemus. 247

Eſſæos Ægyptienſes θεωρητικοὺς Græce tantum ſciviſſe, & Græce oraſſe. Mira & ineptiſſima Serarii Sophiſtice de nomine θρησκείας, & verbo ἤρξατο. Pſeudo-Dionyſii Areopagitæ teſtimonium, quod Ioſephus. Scaliger in confutationem Euſebij adduxerat, vafre a Serario diſſimulatum.

CAP. 30.

PAg. 291: *Metra enim reliquerunt ipſis Poetæ, & carmina verſuum trimetrorum, proſodiorum, hymnorum, paraſpondeorum, parabomiorum, ſtaſimorum, choricorum, ſtrophis, polyſtrophiſque accurate perfectorum.* Hæc Philo quidem. quæ quum Hebraice concipi non poſſint, (Hebraiſmus enim, Arabiſmus, & Syriaſmus, hujuſmodi metra ignorat, ut in Euſebianis oſtendimus) manifeſto ex hoc conſtat iſtos Eſſæos Philonis non Hebraice, ſed Græce locutos eſſe, Græce oraſſe, Græce omnia illa, de quibus Philo ſcribit, obiviſſe. Oſtendit præterea nomen τοῦ ἐφημερευτοῦ, Pag. 616. ἀποσημαίνοντές τινες τῶν ἐφημερευτῶν. οὕτω γὰρ ὀνομάζειν ἔθος τοὺς ἐν ταῖς τοιαύταις ὑπηρεσίαις. Diſerte monet quum miniſtrum vocarent ἐφημερευτὴν, tum ab illis hoc nomen excogitatum, tum ea lingua eos uſus, cujus illud nomen eſt, hoc eſt Græca. Denique Eſſæi Ægyptienſes erant ex Iudæis Ægyptienſibus. Hoc enim negari non poteſt. Illi vero tantum Græce loquebantur: 248

 vix

vix de centum unus Hebraice legere ſciebat. De quo nos alibi. Quare non mirum ſi Græco vocabulo potius, quam Iudaico, dicti ſunt θεραπευταί. Cap. 17. *Chriſtianos Eſſenos fuiſſe, negant Novatores pene omnes.* Et ſane idem facerent Veteratores, & Zelotæ ſi quis in illis pudor, judicium, & mica ſalis eſſet. Hæc ſatis confutata ſunt ſuperiori capite. Certe miſeret me Serarij qui tantum laboris ſumpſerit, ut ſe deridendum omnibus traduceret. Nam & mediocriter docti deliria hæc confutaverint. & quamvis in hoc capite multa ſunt inepta, abſurda, adverſus hiſtoriam, & fidem veterum ſcriptorum dicta, tamen, quia ex iis, quæ jam proxime diſputavimus, facile refelli poſſunt, nos ab hac porrigine continebimus ungues.
249 Nam tædet ineptiarum, & tempus eſt ab his faceſſere. Interea ſi quid quiſquiliarum ſupereſt, non pigebit ſuſpantem eas ventilare. Nam reliqua aliis relinquimus. Pag. 297. *Theoretici Eſſeni videntur omnes Chriſtiani fuiſſe. Hæc enim primo aſſeverant vetuſtiſſimi, optimiq; auctores, Euſebius &c.* Vnus Euſebius auctor eſt tam craſſi, tam anilis erroris. Cæteri hoc duce errarunt. Nos primi omnium hanc Euſebii ſententiam confutavimus. Sed proximo capite fuſius errores alios hujus ſcriptoris collegimus. Quod dicat alios, quos ipſe Novatores vocat, idem ſentire, equidem gaudeo non ſolum me ſapere, & quod ſapiam, teſtes habere, quos neque ego unquam legi neque ipſi mea legerunt, qui me adoleſcente de ea re ſcripſerunt. Ibid. *fuiſſe ipſos genere Iudæos.* quantum ludibrium debeat Serarius, qui Eſſenos quoſdam genere facit, diſtinctos ab aliis, libenter refellerem, niſi jam cum cachinno tam ſtolidum commentum conſpuiſſem. Non pudet vanitatis? Eſſenos genere, qui nati ſunt Eſſeni. Atqui nullus unquam fuit Eſſenus, niſi inſtitutus,

non

Digitized by Google

non genitus. Neque enim unquam aliqui fuere, qui Eſſeni naſcerentur, (non enim Eſſeni connubia jungebant) quemadmodum qui ingenui ſunt, oportet eos ta- 250
les naſci, non fieri. Tunc enim eſſent libertini: ſed hæc ſupra confutata ſunt. Pag. 301. *Theoreticos in multis terrarum partibus fuiſſe, ſolos practicos circumſcriptos Syriæ finibus.* Quamvis ineptiſſimum hoc ſophiſma ſatis eluditur proximo capite, tamen velim Serarius reſpondeat mihi, quare illi, quos πανταχοῦ τῆς γῆς Philo dicit fuiſſe, habeant vetuſtiſſimos αἱρέσεως ſuæ ἀρχηγέτας? Qui intra quatuor, quinque, aut ſex, ſeptem annos tantum numerum conficere potuerunt, & per totum orbem colonias & examina mittere, quomodo ἀρχηγέτας παλαιοὺς ſectæ ſuæ dicantur habuiſſe, Philone ſcribente? Quid eſt, quod magis tam impudens mendacium obtundat? Sed quia adulandum eſt iis, qui primi pedibus in ſententiam Euſebii diſceſſerunt, ἐρρίφθω κύβος, aliquo nobili facinore expediet ſeſe Serarius priuſquam cauſſam prodat. Aliter actum eſt de Monachiſmo, & de Monachis, niſi cum Chriſto reſurgente natos probemus, aut ſaltem ſtultis perſuadeamus. Pag. 302. *Exortam vero hanc Eſſæorum iſtorum diſciplinam ſuo tempore, judex ipſe Philo, dum*
apud Euſebium lib. 2. Hiſtor. cap. 7 ait, ὃν (τὸν τῆς νομοθεσίας 251
ἀόρατον νοῦν) ἤρξατο διαφερόντως ἡ θρησκεία αὕτη θεωρεῖν. Nuſquam tam ſimilis ſui fuit Serarius, quam hic: ſciens, an imprudens, haud temere dixerim. Alterum eſt confidentiæ, alterum inſcitiæ. Vt rem abſurdiſſimam probare poſſit, Theoreticos ſcilicet ortos eo tempore, quo ſcribebat Philo, duobus hiſce aſtruit, verbo ἤρξατο & nomine θρησκεία. Vtrumque apud Philonem innuere nuperos novitios τῶν θεωρητικῶν natales. Religio cœpit τὸν τῆς νομοθεσίας ἀόρατον νοῦν contemplari. Ergo, quia cœpit, tunc,

quum ſcribebat Philo, cæpit. Rurſus ἡ θρησκεία non dicitur niſi de Chriſtianiſmo. Hic lector non ſolum Chriſtianus, ſed etiam Criticus hoc oraculo Scrarii poteſt monitus dicere illud Ciceronis: *Namque homines cæcis in vita mentibus errant:* utpote qui omnia hæc hactenus ignorârunt, quæ ſola Serarii divina mens ἤρξατο θεωρεῖν. Quis enim unquam putabit, quoties ſcriptor aliquis utetur Græco ἄρξασθαι, aut Latino Incipere, ſtatim illud de quo ſermo eſt, apud auctorem, auctoris ipſius tempore cæpiſſe? Fingamus elegantiſſimum, accuratiſſimum auctorem Cenſorinum ita ſcribere: *Quum omnes ſcriptores*
252 *diſſentirent de primis Palilibus urbis, Varro collatis omnium nationum rationibus cæpit verum eruere.* Hoc certe Cenſorinus ſcribit, quanquam verbo *incipere* non utitur. Sed, ut dixi, fingamus eum ita loqui. An tunc primum Varronem ſcripſiſſe dicemus, quum illa commentaretur Cenſorinus? Sed acumen Sophiſtices non prodet Sophiſtam, neque eum in tam ancipiti lite deſtituet. non verbum ἤρξατο tantum conſiderandum, ſed nomen ἡ θρησκεία: illud enim proprie dicitur de relligione Chriſtiana. Teſtis locus Act. 26. 5. ἡ ἰσραηλιτικὴ θρησκεία. ἡ θρησκεία, inquit, eſt, ἡ χριστιανή. Sane non putabam Chriſtianiſmum tam antiquum, ut multis anni centuriis natales Chriſti antecederet. Nam ſæpe vox ἡ θρησκεία occurrit apud auctores qui ante Chriſtum ſcripſerunt, imo adeo vetus eſt, ut παρὰ τοὺς θρᾷκας dictam aſſerant veteres Critici. λέγεται γὰρ, ὡς Ορφεὺς Θρᾷξ πρῶτος ἐτεχνολόγησε τὰ Ἑλλήνων μυστήρια καὶ τὸ τιμᾶν θεὸν, θρησκεύειν ἐκάλεσεν, ὡς Θρηκίας οὔσης τῆς εὑρέσεως. ergo religionis Chriſtianæ non ſolum natales priores ſunt natali Chriſti, ſed etiam
253 notitia ejus apud gentiles ante Chriſtum. Locus 26. 5. Actor. ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρι-

Φαρισαῖ☉. Hic ἡμετέρα θρησκεία, eſt lex Moſis, & Iudaiſ-
mus. quod ſi per illam θρησκείαν intelligitur Chriſtianiſ-
mus, ergo & ἀκριβεστάτη multo magis erit Chriſtianiſ-
mus. Eſt autem Φαρισαϊσμὸς ea θρησκεία, quam Apoſto-
lus vocat ἀκριβεστάτην. Ergo Phariſaiſmus eſt Chriſtia-
niſmus. Ita en. argumentatur Magiſter noſter Serarius.
Et poſtquam viſus eſt ſatis firma munimenta huic περὶ
θρησκείας adeo θαυμασίᾳ καὶ παραδόξῳ ſententiæ quæſi-
viſſe, pæana canit: *Eſtne apex parvus, & non ſublimis potius
illuſtriſque columna illud* ἤρξατο? Sed quiſquiliis obruor.
Expediendus hinc ſum aliquo modo. Dic amabo, do-
ctiſſime Magiſter noſter, quare locum Philonis ex Euſe-
bio potius citas, quam ex Philone ipſo? an eſt ex Nova-
torum numero Philo, cujus tantum nomen nominare,
librum tangere aliquis Index Expurgatorius prohibet?
Ita eſt. Lectio codicis Philonis nihil ad monachatus ori-
ginem facit: Euſebii depravatiſſimus Codex facit. Sed, ſi
vacat Serario, ſcribat ad Socios collegii aut Seminarii
Romani, ut codicem Vaticanum Euſebii inſpiciant. In 254
eo ita hunc locum conceptum reperient. ψυχὴν δὲ τὸν ἐναπο-
κείμενον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν, ἐν ᾧ ἤρξατο ἡ λογικὴ ψυχὴ
διαφερόντως τὰ οἰκεῖα θεωρεῖν. Ita etiam ſine ulla mutatione
codex Philonis habet, pag. 617. in fine. Vbi ergo eſt illa
θρησκεία & quum conceſſerimus θρησκείαν ibi legi, quis
concedet per eam duntaxat Chriſtianiſmum intelligi?
Sed infra tandem fatetur apud Philonem ita legi. Et
poſtquam illum nihil juvat illa fatalis θρησκεία, ſaltem
inquit, ſi in Philone non eſt θρησκεία, attamen eſt ἤρξατο.
Quid? λογικὴ ψυχὴ οὐκ ἤρξατο θεωρεῖν, niſi tempore Philo-
nis? Epicharmi illud eſt: Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει. nunc
ſcio, quare non dixit νοῦς ἤρξατο ὁρᾷν, Νοῦς ἤρξατο ἀκούειν.
Nondum enim Philo natus erat. nondum ſæculum au-
reum

reum Serarium tulerat, qui hæc doceret. Neſcio ſtultior ne ego, qui has nugas morer, an confidentior Serarius, qui ſperaverit ſe fatuos inventurum, quib. hoc perſuadeat. Pag. 304. concludit τοὺς θεωρητικοὺς eſſe Chriſtianos, quia ille ὑπερβολιμαῖος Dionyſius Areopagita ſcribens Ταΐῳ Μοναχῷ vocat eum θεραπευτήν. & in Canone Synodi in Trullo 43. τὸν ἀσκητικὸν βίον interpres Latinus vertit
255 *vitam therapeuticam*. Hoc a nobis habet vir εὐγνωμονέστατος Serarius, quem pudet profiteri unde acceperit, quod ſane adhuc neſciret, niſi ego indicaſſem. Et tamen quod ille in munimentum ſententiæ ſuæ vafre adducit, hoc nos in confutationem eorum, qui idem cum eo ſentiunt, produximus. Nam quia Euſebius rem futiliſſimam & vaniſſimam, τοὺς θεωρητικοὺς eſſe monachos, Pſeudo-Dionyſio perſuaſerat, propterea ille, ut affectaret antiquitatem, καὶ συγχρονισμὸν τῶν Ἀποστόλων uſus hoc nomine & inſcitiam & fraudem ſuam detexit. Nemo adhuc ante nos notaverat illum locum Dionyſii, nemo indicaverat canonem Synodi de Trullo, quum tamen nemo, qui aliquem guſtum literarum, & veteris Chriſtianiſmi habet, non animadverterit ſuppoſitum eſſe illum Dionyſium. Hoc, inquit ſtercus Diaboli Martinus Del-rio, alii animadverterant. Ego in nullius unquam ſcripta incidi, qui de illo Pſeudo-Dionyſio tanquam ſuppoſititio meminerit. Hoc tantum ſcio, neminem eſſe aliquo guſtu literarum, qui non fraudem deprehendat; qui autem id non videat, ſtipitem, bardum, imperitum, & omnis ju-
256 dicii in literis expertem eſſe. Quamvis multa in illo ſcriptore notavimus, quæ ipſius ſimulationem detegant, nullus tamen eſt illuſtrior locus illo, quem de Caio Therapeuta primi aperuimus, & ex canone 43. τῆς ἐν Τρούλλῳ illuſtravimus. Igitur συκίνην ἐπικουρίαν adducit

Serarius

Serarius Pſeudo-Dionyſii ſui teſtimonium auctoris veteratorum ſuffragiis digniſſimi, quem ut poſtrema beſtiarum Del-rio probaret eſſe antiquiſſimum, ex eo confirmare nititur, quod Maximus monachus id credidit, cujus monachi inſcitiam nos ſatis alibi caſtigavimus. Eadem pagina. Cave canem. Incipit homo furere. *Sic monachorum nomen eſt & τὰ μοναστήρια, Lutherianis Calvinianiſque ingratis omnibus etiamnum ſuperſunt.* Certe ingratiis omnium zelotarum Lojolitarum, & monaſteria & monachi & hypocritæ Bonzii ſunt etiamnum in Iappan, & in Sinarum regione, qui ante Chriſtum erant pluſquam bis mille annis. Ergo? nullus ſcrupulus de vetuſtate Monachiſmi ſupereſt, quando quidem & μοναστήρια & μονάζοντες tot centuriis annorum Chriſti natalem antecedunt. O Aſinitatem.

Σκιαμαχίαι *Serarii. Iacobus Chriſti Apoſtolus Eſſenus ſecundum Serarium, ſecundum ejus conſequentias etiam Chriſtus.* ἡμεροβαπτισμὸν *proprium Eſſenorum Practicorum fuiſſe bariolatur Serarius. Mira confidentia,* ψευδολογίας, ἀλογιστίας *argumenta. Cælicolæ Iudæi qui. Chriſtiani ſemi-judæi cælicolæ ab illis.* 257

Cap. 31.

Capite 18. omnia vela φιλοψευδίας expandit, ut doceat meridie non lucere. Hominem inſigniter confidentem. pudet vaniloquentiæ. quis quæ dicit de Philone pagina 306. ſine nauſea legere poſſit? quæ voluminum plauſtra ſatis eſſe poſſint tam ineptæ diſputationi confutandæ? Nam quis non miretur inſaniam in illo pag. 307. *Sed Euſebius lib. 2. Hiſt. cap. 15. Eſſæorum iſtorum* πᾶσαν ἀγωγὴν *id eſt totam diſciplinam expoſitam ait.*

Verum iſtud πᾶσα *ſeu tota ſumendum commode, quoad præci-pua morum ipſorum capita, non quoad eorum fidem, aut ſin-gula inſtituta.* videbat gentem τῶν θεωρητικῶν ex colluvie ſu-perſtitionum omnium Iudaicarum collectam fuiſſe, ne-
258 que id facile negari poſſe. Eos fuiſſe monachos ait, quo-ad præcipua eorum capita, non quoad ipſorum fidem, aut ſingula inſtituta. Monſtra ſunt hæc. & inſanus ſum, ſi hæc morer, ut & illa, quæ ex Auguſtino de Philone adducit, quæ quorſum produxit, neſcio. Denique pag. 309. quum videat ſe non poſſe objectioni occurrere, quod πολιτεία Eſſenorum nihil aliud eſſet, præterquam quidam ἄκρατος Ἰουδαϊσμὸς, eo tandem confugit, ut dicat ſimul Chriſtianos, & Iudæos fuiſſe inſtar illorum Actor. 21. *qui crediderant quidem, ſed æmulatores legis erant.* Ego in toto Philonis περὶ θεωρητικῶν libro nihil niſi mere Iudaicum, ſuperſtitioſum, etiam aliquando impium, καὶ περίεργον video. An ſuos monachos tales velit eſſe Serarius, ipſe viderit. Ego ſcio, neque Paulum primum omnium μοναζόντων, neque τὸν καρτερικώτατον Hilarionem, neque τὸν θαυμάσιον Antonium tales fuiſſe: neque Paulum tantam injuriam inſtituto ſuo ab Euſebio fieri paſſurum, ſi eodem tempore ambo vixiſſent: imo quæ fuit φιλαλήθεια Pauli primi Eremitæ, atque eruditio, ſi con-
259 veniſſet Euſebium, non dubium eſt, quin αὐτῷ κατὰ πρόσωπον ἂν ἀντέστη, quod non veritus fuiſſet puritatem Chriſtianiſmi vetuſtiſſimorum Eſſenorum ſpurcitiis inquinare. Si igitur credimus Serario, a ſpurciſſimis ſordium, ſuperſtitionum, Iudaiſmi fontibus monachatus derivatus eſt, idque quadringentis annis ante Chriſtum. Tanta pietas eſt hominis in ſuos monachos, tanta de illorum vetuſtate eruditio. Et quid non illi ſuaſit Euſebius, aut quid non ipſe ſomniavit, Iacobum Chriſti Apoſtolum Eſſeno-

Digitized by Google

Eſſenorum principem fuiſſe? Dolet mihi ab aliquo Novatore non dictum. Quæ non cruces, quæ non fidiculæ illi temerario dicto caſtigando adhibitæ fuiſſent? Iacobus Chriſti Apoſtolus princeps Eſſenorum? Itane o Serari? Cur non etiam Chriſtus Eſſenus, ſiquidem ὑπὸ τῆς ἀγνείας Iacobus Eſſenus judicatus? An Iacobi ἀγνεία major, quam Chriſti? Vbi ſunt indices Expurgatorii, qui hanc hæreſin expungant? Cujus ἀγνεία maxima eſt, ille princeps eſt Eſſenorum. Iacobi ἀγνεία maxima eſt. Ergo Iacobus princeps Eſſenorum. Cujus major eſt ἀγνεία, quam alterius, ille potius Eſſenus dicit debet, quam ille. Chriſti major ἀγνεία fuit, quam Iacobi. Ergo Chriſtus 260
potius Eſſenus dici debet, quam Iacobus. Quod felix fauſtumque ſit, & Iacobus, & Chriſtus Eſſeni fuerunt. Hoc profecto ego neſciebam, quæ eſt inſcitia mea. Et cur non potius Simon zelotes Chriſti diſcipulus fuerit Eſſenus, quam Iacobus? Nam ſine dubio fuit τάγμα quoddam ζηλωτῶν ἀγνεία τινὶ περιζωσμένων: quod quidem τῶν ζηλωτῶν nomen indicat. Audi aliud, Chriſtiane Lector, divinum Serarii interpretamentum. *Philonem Iudaica phraſi Chriſtianorum Sabbata, id eſt, Dies Dominicos, & quadraginta diale jejunium, quod a quinquageſima plerique inchoarunt olim, & vigilias Chriſtianas, & ſacram Pentecoſten deſcripſiſſe.* Ergo quot erant πεντηκοντάδες in anno, tot in anno quadraginta dialia jejunia veteres Chriſtiani celebrarunt. Sunt autem ſeptem in anno Eſſenorum πεντηκοντάδες. ſeptena ergo quadrageſimalia, aut quinquageſimalia jejunia veteres monachi obſervarunt. Quid non facit acumen Societatis? Montanus tres quadrageſimas obſervandas eſſe ſciſcebat. Adverſus illud dogma Hieronymus ad Marcellam: *Nos unam quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum tempore nobis congruo jejunamus:* 261

illi tres in anno faciunt quadrageſimas, quaſi tres paſſi ſint Servatores, non quod & per totum annum, excepta Pentecoſte, jejunare non liceat, ſed quod aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre. Quid dicis hic Serari? An prius Chriſtianos omnes ſeptena in anno jejunia celebraſſe dices, & a poſteritate hoc caſtigatum fuiſſe? Dic quicquid in buccam. Nullum ſophiſma te unquam a juſta objurgatione vindicabit. Scis ab omnibus Eccleſiis, præter Latinam, quaterna jejunia obſervari, ſed tria poſteriora recentioris inſtituti eſſe, ſolum vetuſtum eſſe, quod per 40. dies ante Paſcha obſervatur. Pag. 310. *Idque cap. 17. indicat Euſebius, Philoniana jejunia, Pentecoſten referens ad eas exercitationes,* ἃς κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου &c. Non opus referre, quæ ſupra in illum locum Euſebii adduximus, in quibus hoc ejus ſomnium confutavimus. Ibid. *Philo enim* τὸν ἡμεροβαπτισμὸν *Theoreticis nunquam aſcribit, multo minus Ioſephus, qui, ut ſupra dixi, de ſolis tractavit Practicis.* Nuſquam ſubtiliorem ſeſe oſtendit Serarius. Quid, Magiſter noſter, ſi quid ad auſteritatem vitæ, ad ἁγνείαν, καὶ
262 ad ἄσκησιν accurate a Practicis obſervatum fuit, idne putas ab illis Theoreticis, qui ſeveriores erant, minime obſervatum fuiſſe? Sane ſi quid ſapis, tuum eſt ſcire, quum quis a ſevera regula, ad ſeveriorem tranſit, eum non mutare quæ recte a priore inſtituta ſunt, ſed potius augere, intendere: & non recte facta alius regulæ damnare, ſed ea ſtrictius obſervare. Et certe hic, ſi uſpiam, judicium in te requiro. Carthuſiani ſe Benedictinos dicunt, nec quæ recta ſunt apud Benedictinos mutarunt, ſed potius auxerunt, intenderunt, & ſeverius ea inſtituerunt. Hoc tu nos non docebis. Nam hoc ſcivimus antequam te Novatores dormire non ſinerent. Ergo ſi bis in die Eſſæi practici lavabant, quod quidem diſerte Ioſephus

Digitized by Google

phus oſtendit, non ſolum, quia id ad ἁγνείαν pertinebat, Theoreticos feciſſe neceſſe eſt, ſed etiam, quia Practicis meliores videri volebant, idem pluries, quam Practicos, feciſſe: quod ſane faciebant. nam & quoties alvum egererent, eos id feciſſe, non ignoras ex Philone. Atque in hoc te nullo judicio fuiſſe, quum hæc ſcriberes, nemo, niſi malignus eſt, negare poteſt. Vt in hoc judicium, ita in hoc, quod dicam, peritiam requiro. Nam cur de 263
quotidiano Baptiſmo teſtes adducimus Eſſenos; quaſi non omnium Iudæorum id fuerit proprium, certe eorum, qui רבית בתורה obſervabant. Hodie in Palæſtina multi id non ſemel, ſed crebro in die faciunt. Mahumetani hactenus obſervant, eoque nomine lacus inſtituunt inſtar piſcinarum, quas veteres Romani faciebant: Item quæ Iudęi ad eam rem, quę in Thalmud vocantur מִקְוָאוֹת Arabibus & Syris ברכה. Poſt orationem, cujus carmen legitime conceptum habemus, in illos lacus ſeſe impetu jaculantur, & non prius quam ubi ſatis puri ſibi eſſe viſi ſunt, inde ſeſe proripiunt. Non eſt proprium Eſſenorum ἡμεροβαπτισμὸς, ſed omnium veterum Iudæorum, qui meliores aliis videri volebant. Qui Phariſęi quotidianarum illarum ablutionum ſtudioſi erant, & fortaſſe, quæ erat illorum ambitio, pluries quam Eſſeni in die abluebantur. Rurſus tam Phariſæi quam Eſſeni componebant ſeſe ad caſtimoniam Sacerdotum. Sacerdotes quandiu in templo in ſtatione ſua ſive ἐφημερίᾳ operabantur, vino carebant, decimas & תרומות non prius edebant, quam totum corpus in illis מקואות abluiſſent. Omnia hæc alii omnes faciebant, qui ſanctimoniæ præſtare aliis 264
volebant. Nam & major pars Phariſæorum, & omnes Eſſeni, temeto carebant, & utrique in die ſæpius abluebantur, certe ad menſam nunquam niſi βαπτισθέντες accedebant.

debant. Quia multi hæretici multa Iudaiſmi, a quo ad Chriſtianiſmum tranſierant, veſtigia retinuerunt, alii alia, ex eis οἱ ἡμεροβαπτισταὶ ab illis quotidianam ablutionem didicerunt. Si igitur Eſſeni veri monachi fuerunt, omnino id, quod Eſſeni erant, fuerunt, ἡμεροβαπτισταὶ, δισημεροβαπτισταὶ, τρισημεροβαπτισταὶ, Sabbatarii, Iudaiſmi medulla, & alia: ita ut ſecundum Serarium, & alios, quibus adulatur, monachorum prima origo omnium ſuperſtitionum Iudaicarum cloaca fuerit. Pro coronide hujus diſputationis accipe verba Philaſtrii: *Eſſeni, qui monachorum vitam exercent, eſcas delitioſas non ſumentes, nec ſtudium in veſtimentis gerentes, nec poſſidentes aliquid, lectioni autem & bonis operibus inſiſtentes, in locis etiam ſeparatis habitantes, Chriſtum autem Dominum Dei filium non expectantes, neque in lege atque Prophetis eum Dominum agnoſcentes annunciatum, ſed ut Prophetam aut juſtum hominem*
265 *ſolum.* Hæc divinitus Philaſtrius, qui Monachos Chriſtianos non agnoſcit, ſed Monachorum tantum vitam exercuiſſe, & in Chriſtum non crediſſe. Arrige aures Serari, qui, quum hæc Philaſtriana produceres, tam bona fide fuiſti, ut ultima præterires, quia omnia tua argumenta ſuffodiunt: &, ut uno verbo dicam, totum hoc teſtimonium adverſus te eſt, ut mirer te tui adeo oblitum, ut & priorem partem adverſus te produceres: quemadmodum illa Nili quum citares, quid tibi mentis erat? *Eſſenos habuiſſe quidem mores ſimiles moribus Monachorum, ſed quia fide in Chriſtum caruerunt, nihil eis profeciſſe ſanctos mores.* Certe Philaſtrius, & Nilus Novatores ſunt, qui Serario non ſuffragantur. O jocularem pertinaciam. Pag. 311. *Ineptiſſime Scaliger, quia inquit, erant ἡμεροβαπτισταὶ novi Baptiſmi auctores Donatiſtis fuerunt &c.* Prius oportebat oſtendere ineptiam, ut ineptiſſime egiſſe viderer.

Digitized by Google

viderer. Sed, oro te, Societatis τὰ πρῶτα, quid reprehen-
dis in nobis? Negas Eſſenos ἡμεροβαπτιστὰς fuiſſe? Certe
niſi prorſus ſtipes & fungus es, hoc ſatis tibi probatum
eſt: niſi impudens, hoc negare non potes. Quid igitur
reprehendis? Tu nihil hactenus, niſi ſtulta, vana, delira, 266
Lojolitica, hæretica effutiviſti, & ego pœnas dem, non
tu? Non profecto ita erit. Sed ſi tibi tantum judicii
fuiſſet, ad aliena ſcripta examinanda, quantum confi-
dentiæ eſt ad bonos inſectandum, non περὶ ἡμεροβαπτισ-
μοῦ τῶν θεωρητικῶν, quod negare aſininum eſt, nos repre-
hendiſſes, ſed a nobis majorem cautionem de Donatiſtis
exegiſſes, qui nihil pertinent ad Eſſenorum ἡμεροβαπτισ-
μόν. Non enim Donatiſtæ ἡμεροβαπτισταὶ, ſed ἀναβαπτισταὶ
fuerunt: utpote qui fuerint portio aut lacinia Novatia-
norum, qui baptizatos iterum baptizabant: in qua ſen-
tentia primum fuerat Cyprianus, quam deinde caſtigatus
ab orthodoxis, præſertim ab Eccleſia Romana, damna-
vit. In hoc debebas inquirere, non in ἡμεροβαπτισμόν,
quem non Eſſenis peculiarem, ſed omnium Iudæorum
communem fuiſſe oſtendimus, tantum abeſt, ut non Eſ-
ſeni ἡμεροβαπτισταὶ fuerint. Itaque non mirum, ſi dixiſti
falſum ſimpliciter Scaligerum affirmaſſe. Simpliciter
affirmare vocas, quod tot argumentis confirmavimus,
& quibus confirmatis, omnes illæ mendaciorum machi-
næ, quas monſtro illi Iudaici Monachatus adſtruendo 267
comparaſti, ſubruuntur, & tam fluxas ſe eſſe oſtendunt,
quam fuit iſtud judicium tuum, ex quo incunabula
Chriſtianiſmi, ex colluvie Iudaiſmi deduxiſti, pro quo
ſane magnam gratiam a monachis iniveris, quum ſcient
ſeſe te auctore, ſtatim a Chriſti reſurrectione ἡμεροβαπτι-
στὰς, ſuperſtitioſos, Sabbatarios, Sebuæos, & aliud quidvis
potius, quam veros Chriſtianos fuiſſe. Præclare metuiſti
de Hie-

de Hieronymo, quem non expreſſis quidem verbis, ſed
ex conſequentiis mentitum facis, qui dixit Paulum pri-
mum eremitam, patrem monachorum fuiſſe, ante illum
nullum in Ægypto, ne alibi quidem extitiſse. Hoc ſatis
diſputatum a nobis alibi, ſi modo ea capere potuiſti. Ea-
dem pag. *Quæ vero Patria, & avita Philoſophia, niſi Iudaica?*
Ridiculus homo es. Quis hoc negat? Ergo ſunt veri Iu-
dæi. At tu paulo ante negabas alterum Eſsæorum genus
eſse Iudæos. Quid vis ergo? Hoc plane contra te facit,
quemadmodum illa, quæ ſentiebas tibi objectum iri, &
quæ omnino ſententiam tuam eludunt, τῆς αἱρέσεως αὐτῆς
268 ἀρχηγέται. Si verum, quod dicis, οἱ ἀρχηγέται τῆς αἱρέσεως
αὐτῆς, ii erunt Apoſtoli. Chriſtianiſmus quos ἀρχηγέτας
habuit præter Apoſtolos: Cui convenit illud, quod hæc
verba antecedit, συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, quæ Evan-
gelia, & ſcripta Apoſtolica interpretatur Euſebius. Qua-
re non ſequeris hic Euſebium, & potius priorum ſæculo-
rum Iudaiſmi eſse commentarios vis, quod veriſſime a
te (rarum tibi & ſociis) dictum eſt: ſed non vides contra
te productum a te eſse. Negas eos Iudæos veros fuiſse,
ſed novos Chriſtianos; deinde illis attribuis vetuſtiſſima
Commentaria Iudaiſmi. Deum immortalem qualis po-
lypus quot colores induiſti? Illud teſtimonium quod hic
citas ex Philone manifeſto confidentiam tuam arguit,
levitatem Euſebii eludit: Antiquitus θεωρητικοὺς fuiſse,
non oriente Chriſtianiſmo per totum terrarum orbem
tanquam fungos ex nocturna pluvia ortos, tam repente
extitiſse. Certe riſi, poſtquam ſtatim occurrit ſententiæ
Euſebii, & objectionibus aliis, quæ ex verbis Philonis
educi poſsunt: quas nudas deſtituit, & ſe inermem jugu-
269 landum expoſuit. Denique quicquid ille pag. 312.
& ſequenti adducit, omnia contra illum faciunt, &

tamen

tamen ante victoriam palmarium petit. Illa certè non uno verbo confutari & exibilari poſſunt. Hoc aliis relinquimus. Sequitur cap. 19. de cælicolis, quorum mentionem fieri apud Rambam 3. parte, cap. 3. More hannebochim falſiſſimo dixit pag. 9. 322. Quærit a nobis de cælicolis. Reſpondeo, fuiſſe Iudæo-chriſtianos: addo etiam Maſſalianos, ipſoſque deductos ab iis Iudæis, quorum proſeuchæ erant ἐν ἀέρι καὶ αἰθερίῳ τόπῳ, qui proprie Cælicolæ dicebantur, & de quibus manifeſto Iuvenalis intelligit, & omnes docti Critici ſuffragantur:

Nil præter nubes & cæli lumen adorant.

Petronius in noſtris Catelectis:

Iudæus licet & porcinum nomen adoret,
Et cæli ſummas advocet auriculas.

An non ſatis clare uterque Poeta fuiſſe Iudæos dicit qui cælum adorarent, & ejus aures advocarent? Qui cælum adorant, quid aliud, quam cælicolæ? Ipſos Eſſenorum portionem fuiſſe ſuperius a nobis demonſtratum eſt. Ab iſtis profecti Maſſiliani, proſeuchas, & τόπους ὑπαιθρίους & alios ritus obſervarunt. 270 Vnde merito jungit eos cum Iudæis Imperator Cod. de Iudæis & Cælicolis. Cælicolarum Iudæorum vetus videtur origo, quamvis nihil de ipſis, niſi ex conjectura, adferre poſſumus: quorum ſecta ex eo ſine dubio profecta, quod per השמים id eſt *cælum*, etiam Deum veteres Iudæi intelligebant. Vnde illud Matth. 21. 25. *Baptiſmus Ioannis unde erat? ex cælo, an ex hominibus?* Itaque non mirum illorum a Iuvenale & Petronio, qui ſub Nerone ſcribebat, mentionem factam fuiſſe. Illi cum ſuis ſuperſtitionibus, & nomine Cælicolarum, ac Maſſalianorum ad Chriſtianiſmum converſi ſunt. Quia fundebant preces in locis ſub dio, ab eo Cælicolæ Latinis dicti, a Iudæis Maſſaliani, qui

 erant

Digitized by Google

erant Eſſeni, aut, ut diximus, hæreſis ab Eſſenis profecta. Nam Eſſeni ab Helleniſtis ἱκέται vocabantur, quod ſane Iudaice eſt Maſſaliani מצלייבאי. neque aliter poſſunt dici. De illis conſulatur Epiphanius hæreſi 70. & Theoderitus Eccl. Hiſt. lib. 4. cap. 10. Iſti igitur cælicolæ pſeudochriſtiani ſacro lavacro tincti, iterum ad priſcum Iudaiſmum deficiebant, & nomine tenus Chriſtiani cælicolarum ritus retinebant.
371 Vnde, ut dixi, merito Titulus nonus libri primi Codicis conceptus eſt conjunctim. *De Iudæis & Cælicolis.* Hoc neque Serarius, neque conditor Annalium intellexit. Syllogiſmos pædagogicos & Lojoliticos pag. 322. una cum diſquiſitionibus Magicis Aſini Del-rio Annalibus Voluſianis ſuccidaneos ponimus: uti illis, quibus charta deerit, aut ſpongia in ſellis Patroclianis, utantur: In ultima parte capitis mirum quam zelotypiam profitetur, quod quidam viri probi & eruditi a laudatis laudati ſint, hoc probro vertit, ut facit infame propudium *Del-rio* quod a nobis ſcriptum ſit, morbis noſtram ſenectutem ideo obnoxiam non eſſe, quod ſobrie viximus. Certe ſi hoc probrum eſt, quæro quid laudabile apud Lojolitas? Deinde Magiſtellus fine capitis erumpit in exclamationes, quibus in templis ſuperſtitioſas aniculas Patres illi commovere ſolent pro concione.

Ecce rudens rauco Sileni vector Aſellus
Intempeſtivos edidit ore ſonos.

O ſuperbiam! Quam ſuperbiam, Magiſter noſter? quia Euſebium diximus peccaſſe? Quare igitur eum pag. 312.
272 reprehendis? Oſtende nobis, quis plus juris tibi in auctores tribuit, quam nobis? Quid dices quum videbis pluſquam mille erratorum, hallucinationum, ἀλογιστιῶν Euſebii in aliis quæ a nobis aliquando prodibunt? Quam ſuper-

ſuperbiam quereris in illis, quos Novatores vocas? ut ſuperbos invenias cur diſcedis a Sociis? Quid ſuperbius, quid arrogantius illo impudentiſſimo Marano Maldonato? Quid incivilius te, qui nullum doctum, probum, pium ſine contumelia nominas? qui caput ultimum libri tui tantæ inſolentiæ titulo proſcripſiſti? Hac μορμολυκεῖα Lojoliticarum exclamationum ſtultæ plebeculæ, hominibus ſtupidis, ſtipitibus, aſinis occinenda ſunt. Nam ſi viros illos, quos tu tanta zelotypia proſequeris, hæc moverent, tum merito digni eſſent in quos plura declamares. Vale. Et τῷ καθάρματι Del-rio ſalutem meis verbis, cui ego precor mentem meliorem, ut ipſe mihi precatus eſt. Vter magis ea indigeat, ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις. Lugduni Batavorum, 5 Kalend. Quintilis Iuliani CIƆ. IƆ. CIIII.

Ipſe Scaliger ad pag. 24. Elenchi hoc addi voluit.

הבע ועוה duæ voces ſunt. Ex iis unam fecêre Interpretes LXX Αναγωγανὰ, unde unius litera immutatione, Αναγωγαναῖοι Ceterum dubitari merito poteſt, ſcripſerintne initio Αναγωγανὰ, an legerint in fonte Nun pro Vau .i. ענה pro עוה. Si non erratum in lectione, tunc mendum erit ſcribarum ſeu librariorum: cujuſmodi plurima ſunt in illa editione. De hac re ſenatus criticorum judicabit, cenſebit.

ERRATA libelli de HASIDAEIS.

Quorum quædam etiam in primam Edit. irrepſerant.

Pag. 4. lin 23. poſt *preceptam eſſe* pone punctum. Pag. 25. lin. antep. lege θεωρία & τῷ ἐνόματι. Pag. 26. lin. 10. Lege τετρακισχιλίους.

Pag. 26. de HASIDÆIS in loco Photii lin. 23. ſic lege θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφος.

DE TRIBVS SECTIS.

Vbi ſecuti ſumus paginas Editionis novæ.

Pag. 60. lin. 6. ἐντυγχανόντας. Pag. 67. lin. 3. *Hillel ſive.* Pag. 88. lin. 8. pro *ſi* lege *ſive.* Pag. 193. lin. 8. χεῖρον τι. Pag. 196. lin. 9. βλασφ. Pag. 197. lin. antep. θακεύουσι, & lin ſequenti θοιματίων. Pag. 199. lin. 15. ἐμπαιδ. Pag. 199. lin. 24. poſt διαφόροις tolle punctum. lin. 26. lege ἀστο-χοῦσι Pag. 200. lin. ult. τοὺς. Pag. 206. lin. 13. Theologorum & 20. olitor.

ERRATA.

In Elencho poſtea deprehenſa.

Secuti & hic ſumus paginas Edit. novæ.

Pag. 222. in medio πολεμικὰ.
Pag. 263. in margine pro 58. L. 75.
Pag. 285 in margine pro 117. L. 113.
Pag. 286. lin. 2. capitis 18. διαλέκτου.
Pag. 297. lin. 2. pro *faciebamus* Lege *ſciebamus.*
Pag. 299. lin. 15. ἀντιφέρουσιν.
Pag. 307. lin 6. συλλήβδην pro συλλήβην.
Pag. 310. pro cap. 17. Lege 21.
Ibid. lin. 6. a fine hi numeri 2. 4. 6. non verſuum ſed capitum indices ſunt.

Cætera vel mediocriter eruditum non tardabunt.

Digitized by Google

I. DRVSII
AD
MINERVAL
SERARII
RESPONSIO,

libris duobus comprehenſa
cum appendice.

Editio ſecunda, auctior.

Digitized by Google

Index capitum quæ hiſce duobus libris continentur.

LIBRO PRIMO.

CAP. I. Explicatur locus quidam Salomonis. Stulti vox varie uſurpata. Serarius ſe ſtultum eſſe fatetur, hoc eſt indoctum. ejus pertinacia in tuendis erroribus.

CAP. 2. Mos imperitorum, quando ſe victos agnoſcunt. Scandalum duplex. Grammaticus divinus quis. Philoſophus divinus. Homo ſive vir Dei. Prophetes pro interprete ſacrarum literarum. Grammaticorum genera duo. Serarii calumnia vel mendacium Eraſmi teſtimonium de grammaticis, & alia.

CAP. 3. Serarii ſecunda calumnia depulſa. Genebrardum non dici à Druſio, ſed audire vulgo plagiarium. compilatorem eſſe ſcriptorum Druſii probatur. Veteres ære pro ferro uſos, & ex eo omnia arma fabricaſſe. Antonii Rodolphi Cevallerii patria.

CAP. 4. Tertia calumnia refutata. Inter Scaligerum & Druſium nullam fuiſſe conſpirationem contra Serarium.

CAP. 5. Serarii conatus committendi amicos inter ſe. Locus Salomonis in eam rem adductus & explicatus. Frater & dux pro certo amico.

CAP. 6. Quarta calumnia rejecta in ipſum calumniatorem. De ſuperbia Serarii.

CAP. 7. Quinta calumnia depulſa Patres non ſemper excuſandi ſi errent. eorum errata indicanda, ſed modeſte. Quomodo legendi.

CAP. 8. Interpretatio ſuperior Tertul. & Hilarii excuſata. Principium dici ipſam ſapientiam, quæ filium Dei quandoque inſinuet.

CAP. 9. Sexta calumnia repulſa. Druſium non eſſe in carpendis recentioribus talem qualem eſſe dicit Serarius.

CAP. 10. Septima calumnia quænam. ea negata. Calumniæ damnatis olim K inuri ſolitum Calumniator negat fundamentum, ejuſque lingua comparatur cum ſagitta, & cur.

CAP. 11. Novator quis. Veterator. Quo ſenſu Druſius poſſet dici novator & Serarius veterator. quinam hæretici Serario: ab eo laudari nolunt grammatici.

CAP. 12. Octava calumnia. Serarium veteratorem dici a Druſio, non catholicos alios.

CAP. 13. Nona calumnia. Druſius nec ſine ratione quicquam dicit, nec incerta pro certis affirmat. Locus Thalmudicus de ſeptem Phariſæis. Error Genebrardi, quem ſecutus videtur Serarius.

CAP. 14. Decima calumnia Serarii. Convicia ejus ſpreta. De Haſidæis nonnulla. Dubitatio de locis duobus ex hiſtoria Ebraica. Quando cœperit nomen Phariſæorum incertum. Theologorum catholicorum pugna cum Serario. Græca lectio Eccleſiaſtici firmata. Non eſt inconſtans qui ſententiam in melius mutat.

CAP. 15. Scaliger excuſatus. in eo nulla inconſtantia quod addi voluerit verum etymon Anagoganæorum. Anagogana quid. Videri legendum Anagogava. Locus Eucherii ei lectioni firmandæ.

CAP.

Cap. 16. Fruſtra ſe conatur excuſare Serarius per typographum. dormitatio ejus. error ſubadjuvæ. alia.

LIBRO SECVNDO.

Cap. 1. Temere dictum à Serario Herodianos non fuiſſe ante Chriſti tempora. unde nuncupati, Chriſtus quando natus. Herodes magnus. Herodes Aſcalonita ſacerdos in templo Apollinis.

Cap. 2. Sciſma & hæreſis in Iſraele quando. initio duæ tantum ſectæ. olim tres fuiſſe, quomodo intelligendum. Heſſæi non fuerunt ante Babylonicam deportationem. ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου quomodo capiendum.

Cap. 3. Ioſephum Ebraice olim ſcripſiſſe libros de bello Iudaico, qui nunc Græce tantum extant. Quoſdam libros ſacros interiiſſe. Druſii de Gorionide judicium. alia nonnulla.

Cap. 4. Haſidæi apud Gorionidem capite vigeſimo nono ſunt Phariſæi. Populus Phariſæos adjutabat, non Heſſenos. Heſſæi nuſpiam contendiſſe leguntur cum Saducæis.

Cap. 5. Phariſæi ſeu egregii nuſquam lectum. Haſidæi ſive pii defenſum. Saducæi ſive juſti damnatum. Chriſtiani unde dicti. Marianus Victorius Reatinus Hieronymum, quem correxit, corrupit, & infinitas mendas in eo reliquit.

Cap. 6. Serarii malitia. Nomen Phariſæorum neotericum eſſe putat Forerius. Ieſaiæ locus de his qui ſe tangi nolebant a populo an de Phariſæis accipi debeat. Paulus Apoſtolus Phariſæus initio, & poſt ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον. Lutherani & Calviniani Serario quoq; Phariſæi ἀφωρισμένοι εἰς εὐαγγέλιον.

Cap. 7. Locus Hieronimi quidam ambiguus. Aquiba fuit poſt Chriſtum. Serarius non intellexit Hiero. Epiphanii locus expenſus. An duo Aquibæ fuerint. Tituli graduum antiquitus non erant in uſu. Zacutus unde ſua ſumpſerit.

Cap. 8. Gamalielites. Iſraelita. Simeon filius Hellel. Rabban Gamliel quis. Rabban Simeon alius ab eo qui ſine titulo Simeon appellatur. Duo Gamalieles, imo tres. Simeones totidem. Ioci e Plauto ridiculi.

Cap. 9. Fagiana interpretatio defenſa. Ribbi titulus non præponitur nominibus familiarum. Serarii duo fœdi errores.

Cap. 10. Doſitheus non ambiit Gaonatum. Conjectura de Sereorum familia Genebrardi. Abbreviaturæ genus Raſe Theboth appellatum. corrupti codices non vertendi, ſed emendandi. Haſſonim pro haſſarim.

Cap. 11. An Saducæi omnes Prophetas rejecerint. Dubitatum de his qui in Iudæa degebant. Lex ſcripta quænam. Legis vocabulo etiam Prophetas comprehendi Quid Micra? incogitantia Serarii τὰ γεγραμμένα Ioſepho, quæ aliis lex ſcripta.

Cap. 12. Pirke Aboth & Pirke Eliezer diverſa. Serarii lapſus. memoriæ vitium ſenile. Kados & Kades ut differant. Serarii hallucinatio, quam fruſtra excuſare conatur.

Cap. 13.

I. DRVSII RESPONSIONIS AD MINERVAL N. SERARII, LIBER PRIMVS.

Cap. I.

Explicatur locus quidam Salomonis. Stulti vox varie uſurpata. Serarius ſe ſtultum eſſe fatetur, hoc eſt indoctum. ejus pertinacia in tuendis erroribus.

STultus *a*, inquit Salomo, *quando cum ſapiente litigat, & iraſcitur & ridet & non eſt quies*. Hoc nunc accommodare libet ad Nicolaum Serarium Ieſuitam. Nam primum ſtultus aliquando vocatur, teſtibus *b* Symmacho & Hieronymo, homo ἀμαθὴς .i. indoctus & imperitus: deinde in Minervali ſuo, qui poſtremus eſt ipſius fœtus, nihil aliud quam iraſcitur & ridet, & non eſt quies. Ira impedit quominus poſſit aut verum videre, aut falſum animadvertere. Riſus qui ſubſannationis eſt (nam de *c* riſu lætitiæ locus ille accipi nequit) fere comitem habet contemptum aliorum. Qui alium contemnit, eodem Sopho teſte, peccator eſt. Qualem me eſſe nolim. Siquidem peccator ibi eſt homo improbus. Malim hæreticus dici a Serario, quam peccator improbus eſſe coram Deo. Nam hæretici multi dicuntur, qui tamen partem habebunt in futuro ſeculo: ex quo peccator omnis, niſi reſipiſcat, penitus excluditur. Iam audire mihi videor neſcio

quid obmurmurantem Serarium. Tu novator, tu grammatice, Audeſne me, qui in ſuprema omnium ſcientiarum ſcala verſor; audeſne, inquam, me doctorem theologum peccatorem & ſtultum dicere? Non ego hoc dico (abſit, abſit) ſed explico verba Salomonis, qui ſtulti vocabulo utitur vario ſignificatu. Aliquando ſtultum appellat hominem improbum καὶ μωρόκακον. Interdum ſtultus ei eſt qui deſipit. Quandoque ſtultum vocat ho-
3 minem indoctum & imperitum, ut diximus. Hoc ſignificatu Serarius ſe nunc agnoſcit ſtultum eſſe, pag. 55. & alibi; cum prius adeo inſoleſceret, adeo cornua efferret, ut ſperaret ſe omnes grammaticos deflaturum ſpiritu, *Quaſi ventus folium, aut peniculum tectorium.* Hac ſpe dejectus, an ideo evaſit modeſtior? nihil minus. Nam ne-
1 que calumniandi finem ullum facit, & errores ſuos pertinaciſſime tuetur, novoſque veteribus addit, & quod turpe in theologo, ubique prodit ſuam in hiſtoria Ebraica inſcitiam: ut jure merito negligi poſſet, niſi ſtudioſi ſacrarum litterarum, qui hæc penitus ignorant, erudiendi eſſent. Facile in avia ducuntur qui hujuſmodi duces habent. Non aberrat omnino qui monitus in viam redit. Qui cæcus cæcum ſequi vult, ſequatur: per me hoc ei li-
2 cet. Invitum qui ſervat idem facit occidenti. Sed de his alias. Scire nunc te velim, lector, Minerval ejus miſſum fuiſſe mihi à duobus, quod accepi primum in Martio anni ſexcenteſimi ſexti, ſupra milleſimum à nato Chriſto.
4 Quo lecto non deterruit me Salomonis illud *d*, *Ne reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ipſius, ne ſimilis ei fias*, quo minus judicarem è re juventutis fore ſi reſponderetur. Nam ut eſt tempus tacendi, ita etiam loquendi. Monent autem οἱ σοφοὶ loquendum eſſe ſemper quum aut taciturnitas nobis obeſſe, aut oratio aliis prodeſſe poteſt. Quo-

circa

circa idem Salomo *e*, *Reſponde*, inquit, *ſtulto ſecundum ſtultitiam ipſius, ne ſolus ſibi ſapere videatur.* Hæc & alia me moverunt ut hortantibus *f* nonnullis conſilium ceperim de iterata reſponſione. Et quanquam parum ad hoc otii ſuppeteret, aliis ſtudiis intento, ſumpſi tamen in manus calamum, & breviter notavi, quæ notanda tunc videbantur: non omnia fateor, ſed præcipua tantum, e quibus veteratoriam ipſius calliditatem & in tuendis erroribus inſignem pertinaciam licebit cognoſcere. Nunc igitur ad opus accingor. Deus ita regat linguam & manum meam ne in eum lapidem impingam, in quem ille toties impegit, hoc eſt, ne quid dicam aut ſcribam quod ipſius veritati aut voluntati adverſetur contrariumque ſit. 5

SCHOLIA.

a) *Pro.* 29. 9 Vir ſapiens judicio contendens cum viro ſtulto, & iraſcitur & ridet & non eſt quies. *Ubi ſane illud*, & iraſcitur &c. *referri debet non ad ſapientem, ſed ad hominem ſtultum, ut ſenſus ſit, Quando ſapiens cum ſtulto litigat, ſtultus & iraſcitur & ridet & non eſt quies.* b) *Cohel.* 2 *verſ.* 13 סכלות ſtultiam, *Sym.* ἀμαθίαν. *verſ.* 16. עם הכסיל *cum ſtulto, Lat. vet* cum indocto. c) *Qui culpa caret. Unde Cohel.* 3 4. tempus ridendi. *Sed in hoc riſu, ut etiam in ſaltatione, quatuor ſervanda, locus, tempus, perſona, modus.* d) *Proverb.* 26. 4 e) *Ibid. verſ.* 5. f) *Quorum unus miſſo Minervali hanc epiſtolam ad me dedit*, S. P. En Minerval tibi etiam inſcriptum: quod miror hactenus ad vos non eſſe perlatum. Inſpexi, ſed non perlegi. Videtur mihi ſarcaſmorum aculeis ita inſtructum, ut ex iis crabronem cognoſcas. Sic profecto ſolent illi matæologi potius quam theologi, dicteriis & ſcommatis adverſarios ſuos, quos ſuperare nequeunt, a ſcribendo abſterrere. Si quid obſervatu dignum & publico & honori conſulueris tuo, ſi quid repoſueris acrius; non dico felle Ieſuitico pariter tinctum aut imbutum: ſed gravem reſponſionem, quæ non premat tantum, ſed opprimat, ſi fieri poſſit. Alioqui nota eſt iſtorũ hominum putida & impudens ἀυλογία, qua viris gravioribus perpetuo obſtrepunt.

CAP. 2.

Mos imperitorum, quando ſe victos agnoſcunt. Scandalum duplex. Grammaticus divinus quis. Philoſophus divinus. Homo ſive vir Dei. Prophetes pro interprete ſacrarum litterarum. Grammaticorum genera duo. Serarii calumnia vel mendacium. Eraſmi teſtimonium de grammaticis, & alia.

ACcidit Serario quod aliis multis, qui cum cauſſæ ſuæ diffidant, quærunt aliquid aliunde unde adverſa-
7 rium gravent & in odium adducunt. Ecce enim deſerta cauſſa, de qua inter nos contendebamus, arripit aliunde quod rodat, & rodit quod optime dictum. In quo imitatur araneos, qui ex optimis herbis venenum ſugunt. Scripſeram in Sectis meis divinum grammaticum appellari poſſe eum, qui divinas litteras enarrat juxta ſenſum grammaticum, nempe ut philoſophus divinus vocatur is, qui de rebus divinis philoſophatur. Sic non nemo vocat Mardochæum Iudæum: unde in titulo Concordantiarum Ebracarum, *Liber illuminans ſemitam, qui*
8 *vulgo Concordantiæ; quem compoſuit Philoſophus divinus R. Mardochai Nathan.* Tales appellantur a Chryſoſtomo *οἱ διὰ πίςιν φιλοσοφοῦντες.* Quin ſacris in litteris homo Dei ſive divinus nuncupatur voluntatis divinæ interpres, id eſt, propheta: & legimus 1. Timoth. 6. 11. *Tu vero, o homo Dei, hæc fuge*, de Timotheo, qui populo verbum Dei enarrabat, ut propheta. Nam prophetæ dicuntur aliquando interpretes divinarum litterarum, qui Serario grammatici ſunt. Sic enim ubique vocat theologos religionis reformatæ, nec diſtinguit inter grammaticum qui poëtas enarrat, & eum qui ſacras litteras explicat. Eſt igitur

Quævis diſputatio theologica, quæ de rebus divinis, divina appellatur. Mortonus Apolo. cath. par. 2. pa. 14. הפילסף אלהי legitur de Moſe Mai-

igitur grammaticus divinus nihil aliud quam interpres theologus. De veris theologis loquor, qui Scripturam utcumque intelligunt, & eam ex mente Spiritus ſancti narrare poſſunt. Nam qui ex commentariis tantum ſapiunt, neſcio an poſſint dici theologi. Verum enimvero ſi nulli ſunt grammatici divini, ut vult Serarius, cur ait duos eſſe in Belgio? *Quia*, inquit, *ita vocari voluiſtis*. 9
Falſum eſt, calumnia eſt, mendacium eſt. Vbi ego vocari volui grammaticus divinus? Sed voca, ut libet: illud negari non poteſt Chryſoſtomum, Hieronymum, Auguſtinum grammaticos fuiſſe hoc eſt interpretes divinarum litterarum. Audi nunc quid hac de re ſenſerit Eraſmus, cui grammatici nomen a tui ſimilibus ſæpe objectum. Epiſtola ad Henricum Bovillum ait, *Sed indignum ſe judicant ad iſtas grammaticorum minutias deſcendere [ſic enim vocare ſolent eos, qui bonas didicere litteras, atrox eſſe convitium exiſtimantes grammatici nomen] quaſi vero laudi vertendum ſit theologo ſi Grammaticen neſciat. Non facit theologum ſola Grammatices cognitio: at multo minus theologum facit ignorata grammatica. Certe conducit ad Theologiæ cognitionem hujus diſciplinæ peritia, officit imperitia. Nec negari poteſt Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, quorum authoritate potiſſimum res theologica nititur, ex hoc grammaticorum genere fuiſſe. Quandoquidem id temporis nec Ariſtoteles etiamnum in theologorum ſcholas erat receptus, & hac philoſophia, qua nunc in ſcholis utuntur, nondum erat nata.* 10
Et in vita Origenis, *Grammatices profeſſio olim ſenile & arduum erat negotium. Nec enim a doctore tantum expectabatur declinationum, conjugationum & conſtructionum ratio: ſed præter ſermonis elegantiam, præter plurimorum autorum lectionem, præter antiquitatis & omnium hiſtoriarum peritiam, requirebatur poetices, rhetorices dialectices, arithmetices &*

monis ſ. in præfat. prima interpretis. fol. 11 col. 2.

coſmographia, muſiceſque cognitio. Minore negotio tres juris doctores abſolveris, quam unum grammaticum, qualis fuit Ariſtarchus apud Græcos, apud Latinos Servius ac Donatus. Quod ait de juris doctoribus, idem poſſet dici de Theologis. Sane Serarius, licet Theologiæ doctor ac profeſſor ſit, facilius faceret intra unum annum decem doctores theologos, quam intra decem annos unum grammaticum, quales fuerunt patrum ævo Eraſmus & Mercerus, & hoc noſtro eſt Ioſephus Scaliger: de cujus ingenio, judicio, varia eruditione qui multum dixerit,
21 nihil unquam ſatis dixerit. Quocirca quæ de grammaticis ſcribit in primis capitibus libri primi prorſus aliena ſunt a propoſito. Non enim quęſtio eſt de grammatico Latino, qualis fuit Deſpauterius; aut de Græco, qualis fuit Clenardus; aut etiam Ebræo, qualis fuit Ioh. Iſahacus: ſed de profeſſore bonarum litterarum qui novit τὰ γράμματα, hoc eſt doctrinam litterarum monumentis comprehenſam (talem enim a Sophiſtis grammaticum vocari diximus) vel certe de interprete perito linguarum præcipuarum, qui Scripturam enarrat ad ſenſum grammaticum & hiſtoricum. Si talis judicio Serarii non exceſſit grammaticos canones, aut in ima ſcientiarum omnium ſede ſedet, ſciat eos qui judicio valent, mineque invidi ſunt, aliter judicare. Si tibi non vile judicium Salomonis, audi quid ſentiat de his. Cohel. 8. 1. ait, quis ſimilis & qui novit interpretationem verbi? Aliter vertas, quis novit inter. verbi? q. d. pauci ſunt qui explicare poſſunt, ita ut oportet, verbum Dei. Prior interpretatio repetit ex præcedentibus notam ſimilitudinis, pro qua nonnulli Chaph ἀληθινὸν interpretantur. Quis vere ſapiens, & quis vere novit &c. Multi enim putant ſe ſcire, quod revera neſciunt. Verbum

bum autem pro verbum Dei uſurpat ut in pro gloria Dei &c.

Cap. 3.

*Serarii ſecunda calumnia depulſa. Genebrardum non dici a Druſio, ſed audire vulgo plagiarium. compilatorem eſſe
ſcriptorum Druſii probatur. Veteres ære proferro uſos, & 12
ex eo omnia arma fabricaſſe. Antonii Rodolphi Cevallerii patria.*

DEpulſa una calumnia venio ad aliam. Pagina 31. ait, *qui tamen iſtiuſmodi omittunt nomina, ii a Druſio κακοήθεις minimeque ingenui nominantur.* Vbi nominantur ita qui ſimpliciter omiſere nomen meum? In margine notatum, *L. de Haſidæis, pag. 33.* Fallis & falleris. Non ſum uſus ibi voce κακοήθης & ſermo eſt de Genebrardo, quem pag 54. dicit Druſio plagiarium eſſe: *Inſignis doctrina, inquit, variarum linguarum, multiplicis lectionis theologus Genebrardus Druſio plagiarius eſt* Vtrumque falſum. Non enim dixi eum plagiarium eſſe, ſed audire vulgo plagiarium. Sic audit Luteriæ a catholicis quibuſdam, ut mihi affirmavit clarus eruditione ac pietate vir Antonius Thyſius. Sed ad rem, Objecerat mihi Serarius catholicum Genebrardum, qui verum etymon Haſidæorum ante me notaſſet. Ego qui ſciebam ab ipſo lectas Quæſtiones meas, & multa ex iis compilata, reſpondi
per hæc verba, *neque moror catholicum Genebrardum, qui* 13
Quæſtiones meas olim legit & ex iis multa compilavit, tacito nomine meo, quod eſt hominis minime ingenui. Sed is audit vulgo plagiarius. Quid hic culpas? An quod ſcripſi Genebrardum multa e Quæſtionibus meis conpilaſſe? Quid ſi verum ſit? & verum eſt profecto. Qui e libro aliquid compilat,

compilat, eum ut legerit neceſſe eſt. Si legit Quæſtiones
meas, ut revera legit, nonne credibilius eſt ipſum a me
habuiſſe nominis etymon quam me ab ipſo; qui nihil
ipſius ea de re tunc videram aut legeram? Iam vero aliud
eſt compilare ſcripta alterius, aliud non nominare eum
a quo quid didiceris. Quod poſtremum Ebræorum ſapi-
entes in magno vituperio ponunt. Qui compilat, verba
ſæpe alterius deſcribit. Id facere tacito nomine ipſius ajo
minime ingenui eſſe. Tu refelle, ſi potes. Ego interim
fidei meæ cauſſa producam unum locum e ſexcentis, ex
quo prudens lector de ceteris judicium facere poterit.
Interpretamentum vocis Ebraicæ נחשת apud priſcum
14 interpretem eſt æs. Id mutarunt recentiores in chaly-
bem. Qua propter? primum quia David Camius aſſerit
ſignificare ferrum durum: deinde quoniam arma & arcus
ex chalybe fabricantur, non ex ære. Hoc puer audiveram
ex Antonio Rodolpho Cevallerio viro doctiſſimo, qui
me in his litteris erudiebat. Amplexi ſunt poſtea ean-
dem interpretationem Tremellius & Iunius. Ego vero
poſtquam legiſſem apud Proclum & Tzetzem veteres
in armorum fabricatura ære uſos fuiſſe propter penuri-
am ferri, judicavi non indignum quod cum ſtudioſis ha-
rum litterarum communicaretur. Adi toſis ad Quæſtio-
nes meas, lib. 1. quæſt. 71. Quem locum Genebrardus
in commentariis ſuis ad Pſal. 17. 38. ita tranſcripſit ut
quædam adjecerit, nonnulla etiam immutarit, & quo-
niam Cevallerii mentionem feceram, qui nihil unquam
hac de re ſcripſit aut edidit, meminit & ipſe per hæc
15 verba *Faceſſat igitur emendatio cujuſdam Genevenſis Cheval-
lerii, arcus chalybeus, ut* Nehoseth *non æs ſignificet,
ſed chalybem, genus ferri, vaniſſimis contra antiquitatem ra-
tionibus*. Quæ ſi ſunt hominis ingenui, tum ego profecto
neſcio

neſcio quid ſit ingenuum eſſe. Nam Cevallerius ei erat plane ignotus. Vnde Genevenſem appellat, qui Normannus erat, patria Virienſis, & quum hæc nos doceret non habitabat Genevæ ſed in Anglia. Magis culpandus erat R. David Kimchi ſive Camhi, cujus autoritatem ſecutus eſt Cevallerius: cui Santes & alii plus ſæpe tribuunt quam deberent.

Cap. 4.

Tertia calumnia refutata. Inter Scaligerum & Druſium nullam fuiſſe conſpirationem contra Serarium.

TErtia calumnia eſt, quod ſcribit pag. 34. *ſimul vero in illis divinos jungo grammaticos . . . quod in Tribæreſium meum dexteras quaſi copulati ſint, ex compacto ſcripſerint. conjurarint una.* Quæ omnia ipſa falſitate falſiora ſunt Nulla inter nos conjuratio, nulla conſpiratio fuit. Alter inſcio altero ſcripſit, nec communicavit, niſi poſt ſcriptionem, *a* Scaligerum judicem non delegi, qui ultro ſe obtulit, nec Sectas meas ei miſi, niſi poſtquam editæ eſſent. Sermo autem inter nos fuit de Serario, cum ipſum officii cauſa ſalutatem. Aderat comes Heynſius. Eo tempore primum prodierat catalogus nundinarum Francofurtenſium, in quo titulus Tribæreſii. Inde occaſio ſermonis. Quærræbat a me Scaliger, Quiſnam eſſet ille Serarius, etnum hominem noſſem? Reſpondebam me non noſſe niſi ex ſcriptis, quæ teſtarentur hominem multæ lectionis eſſe. Addebam me non noſſe doctiorem Ieſuitam in linguis orientalibus. Ita diſceſſum eſt. Heynſius dicebat ſe a prandio rediturum. Id Scaliger ita intellexit ac ſi ego quoque me reverſurum dixiſſem. Sed mihi negotium erat Hagæ. Eo igitur profectus ſum, & Scali-

ger me fruſtra expectavit. Poſtridie nactus eſt exemplar Trihæreſii neſcio a quo. legit, & quæ in eo improbavit in capitula quædam conjecit: quæ deſcribenda dedit cui-
17 dam ſtudioſo, juveni doctiſſimo, cujus nomen in Sectis meis editum. Exemplar deſcriptum non prius accepi quam liber meus magna ex parte abſolutus eſſet. Hæc eſt rei geſtæ veritas, quam Serarius Lojolitica fraude adulterare nititur, ſed fruſtra. Nihil proficit qui adverſum ſtimulum calcitrat.

Scholia.

a) *Quod ſi factum eſſet, nihil peccaſſem, præſertim cum ejus rei poteſtatem mihi fecerit ipſemet Serarius pag. 25. Trihæreſii ſui, ſic ſcribens,* Ecce inter nos ipſos hodie illud omnino indubium, hoc autem adhuc in dubio. Niſi forte dicis, ut ajunt, cauſſa lites de re penitus liquida Serario ſerit Druſius: quem tamen pacis & concordiæ cauſſa, non ad prætorum tribunal, ſed ad eorum, quos ipſi deligere libuit, arbitrium; hac etiam una ratione, voco. Vel Gorionides duas tantum Iudæorum ſectas eſſe vult, vel non Si vult, pugnat cum Ioſepho Flavio: ſi non, tecum.

Cap. 5.

Serarii conatus committendi amicos inter ſe. Locus Salomonis in eam rem adductus & explicatus. Frater & dux pro certo amico.

18 Non temere dictum eſt, *mendacem oportet eſſe memorem.* Quod ſi ego & Scaliger una conjuravimus, conſpiravimus in Trihæreſion ipſius, quomodo poteſt verum eſſe quod alibi ſcribit de diſſenſione & pugna quæ inter nos? Scribit hoc non uno in loco. Sic eſt profecto, ubique conatur me committere cum Scaligero, in quem finem congerit undique quæ poteſt, ubi vel minima inter nos diſſenſio. Nihil efficiet, ſpero (licuit enim hactenus

Digitized by Google

ctenus ſemperque licebit de rebus iiſdem non eadem
ſentire; ſalvo jure amicitiæ) tamen conatus iſte crimen
habet, imo Deo abominationi eſt. Teſtatur hoc Sophus
Ebræorum per hæc verba, quæ habentur Proverb. 6.
Sex iſta odit DOMINUS, *imo ſeptem abominatio ſunt ani-
mæ ipſius. Oculi elati, lingua mendax, manus effundentes
ſanguinem in noxium, cor fabricans* (alias, *arans, id eſt* mo-
liens. machinans) *cogitata iniqua, pedes feſtinantes currere
ad malum, efflans mendacia teſtis mendax, qui emittit lites
inter fratres*. In quo ultimo aliqua notanda. Primum 19
enim emittere lites ſive contentiones dixit pro ſerere:
deinde fratres appellat intimos ac certos amicos, qui vi-
delicet ſe mutuo diligunt ut fratres. Sic accipitur id no-
men in illo *Frater in adverſis naſcitur*, ut idem ſit cum
dicto Ennii, *Amicus certus in re incerta cernitur*. Hoc ſenſu
Salomo & Hiram fratres fuerunt. Siquidem fraternam
amicitiam inter ſe colebant. Tales etiam duces appellan-
tur. Vnde intelliges quid ſit *Suſurro disjungit ducem*. Nam
ſenſu eſt, ducem in amicitia, ſive ſummum ac præcipu-
um amicum. Quorſum iſta, inquies? Nempe ut oſten-
derem in Serario vel nullum vel certe exiguum eſſe me-
tum numinis. Nam ſi Deum metueret, non auderet fa-
cere quæ ipſe odit, imo tantopere deteſtatur. Sed ſunt
profecto, qui culicem colant & deglutiunt camelum. An
ex eorum numero ſit, viderit, qui tam acutum videt
Serarius.

Si poteſt inter ſe committere Ægyptios non tamen poterit Grammaticos. Nam illi inter ſe committi nolunt à Serario.

CAP. 6.

*Quarta calumnia rejecta in ipſum calumniatorem. De ſuper-
bia Serarii.* 20

QVarta calumnia eſt de ſuperbia, quam nobis objicit homo ſuperbiſſimus, & quidem directe contra præceptum illud *maculam quæ in te ne objicias ſocio tuo.* Id Ebræi dictitant,

טוב שבל אל תאמר לרעך

Egone ſuperbus, qui in ima omnium ſcientiarum ſcala me contineo? qui theologi nomen mihi a multis tributum ſemper rejeci? qui doctoratus theologici titulum vel gradum ante annos triginta oblatum recuſavi? Suntne hæc ſigna ſuperbiæ? nonne tu ſuperbiſſimus es? qui novatores omnes & grammaticos præceptores tuos, quibus omnia quæ in linguis & in hiſtoria Ebraica ſcis debes, ex alto contemnis? qui viros te meliores & doctiores aperte irrides? qui cum te indoctum eſſe fatearis, audes tamen cum heroe doctiſſimo congredi & contendere? qui denique te in altiſſima elationis cathedra, unde alios facile deſpicere poſſis, ſedere profiteris? Nonne in te jure merito competunt ea omnia, quæ de ſuperbia de-
31 clamaſti? Nonne & illud, *Papulas alienas obſervat ipſe obſitus plurimis ulceribus?* & Ebræorum dictum. *Orna te ipſum, poſtea ornato alios.* & *Turpe eſt doctori quem culpa redarguit?* Ego me hominem eſſe ſcio, & humanis vitiis obnoxium agnoſco: ſed hoc non excuſat Serarium. Non debet feſtucam tollere ex oculo alterius, qui ipſe trabem in ſuo geſtat.

Cap. 7.

Quinta calumnia depulſa. Patres non ſemper excuſandi ſi errent. eorū errata indicanda, ſed modeſte. Quomodo legendi.

QVinta calumnia eſt in eo quod ait *me in patres veteresque alios ſcriptores tumidum eſſe.* Poſt natam calumniam

niam non fuit unquam major calumnia. Nam ſi quis
eſt qui de patribus honorifice ſentiat, is ego ſum. Sed
ſcripſiſti, inquit, pag. 54. *Hic non excuſo Hieronymum.*
nempe quia non potui excuſare. An ſemper excuſandi
patres, etiam ubi turpiter halucinantur? & tamen aliquo
modo excuſo Hieronymum, cum dico, *Fucum ei fecit* 22
quiſquis hoc perſuaſit. ſæpe ita deceptus fuit a præceptore ſuo.
Judæo. Lege ſequentia, quæ Serarius callide omiſit. Nam
ibi locus eſt ex commentariis ipſius in Abdiam, ubi Hie-
ronymus ait ſe a præceptore ſuo didiciſſe בספרד Boſpho-
rum eſſe. Quo nihil ineptius, nihil abſurdius. Quare
hoc non excuſat Serarius, tantus Hieronymi patronus?
Faceret, ſi poſſet. Similiter illud excuſari nequit quod
Aquibam, qui ſub Hadriano vixit, præponat Ioanni Za-
chæi filio, qui tempore Veſpaſiani floruit: item quod ait
Hillelem natum in Iudæa, cum natus ſit in Babylonia,
unde Hillel ſive Helllel Babylonius appellatur. Propter
hoc & alia quæ ibi minus ſolida aut ſana, ſcripſi, *ſunt hæc*
folia furfari: &, *unde perſpici poteſt error Hieronymi:* &, *in*
loco illo ȣ̓δὲν ὑγιὲς. Si hoc falſum, cur non oſtendis? ſi
verum, cur reprehendis? Certe quin locus ille Hiero-
nymi te deceperit, ipſe negare non potes. Bene igitur
merentur de patribus, qui eorum errata indicant. Satis 23
eſt, ſi abſit ſcurrilitas. Quid? An non licet mihi de Hie-
ronymo ſcribere, quod Hieronymo licuit de Tertulliano
& Hilario? quorum inſigne erratum detegit in Quæſtio-
nibus Ebraicis Gen. 1. *Plerique*, inquit, *exiſtimant*, *ſicut*
in altercatione quoque Iaſonis & Papiſci ſcriptum eſt, *& Ter-*
tullianus in libro contra Praxeam diſputat, *nec non Hilarius*
in expoſitione cujuſdam Pſalmi affirmat, *in Ebræo haberi*, *in*
filio fecit Deus cœlum & terram: quod falſum eſſe ipſius rei
veritas comprobat. Nam & LXX. interpretes & Symmachus &

Hieron. ad Pelagianos in epiſtola pag. 267. col. 2. Si quid in meo ingeniolo vitii reperiunt, profeſtant in medium: aut enim bona erunt & cõ-

 Theodotio,

Theodotio, in principio, tranſtulerunt, & in Ebræo ſcriptum eſt Breſith, quod Aquila interpretatur, in capitulo, & non Beben, quod interpretatur, in filio. Ecce ait falſam eſſe interpretationem Tertulliani & Hilarii, & mihi non licebit dicere vana eſſe pleraque omnia quæ ibi Hieronymus annotat? aut ſani nihil in eo loco eſſe ubi tam multa in morbo cubant? Concludam verbis Dionyſii Alexandrini, quæ habentur apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 13. de Nepote *In aliis quidem multis ego amplector & diligo Hieronymum: ſed revera plus omnibus amanda eſt &*
24 *præferenda veritas. Laudari oportet & abſque invidia approbari, ſi quid recte dictum eſt: diſcuti vero & diſcerni, ſiquid minus ſane dictum eſt.*

tradicam eorum calumniæ: aut reprehēſibilia & confitebor errorem, malens emendare quam perſeverare in pravitate ſententiæ.

Cap. 8.

Interpretatio ſuperior Tertul. & Hilarii excuſata. Principium dici ipſam ſapientiam, quæ filium Dei quandoque inſinuet.

QVod interpretationem Tertulliani & Hilarii attinet, Hieronymus potuiſſet facilius eam excuſare, quam ego Hieronymum illo loco. Quomodo, inquies? Nam filius Ben dicitur. imo etiam Bar. Sed hoc parum ad rem. Quid igitur? dicam, ſi me audire vis. Interpretatio alia ad vocem, & ad ſenſum alia. Interpretatio illa Hilarii non eſt ad uocem, ſed ad ſenſum. Siquidem principium vocatur quandoque τὸ ἐξαίρετον. Hoc ſignificatu Salomo dixit, *Principium eſt ſapientia.* Nam rerum omnium prima ac præcipua eſt. Nihil enim ea prius, nihil antiquius, nihil præſtantius. Huc reſpexit interpres Ierosolymitanus, cum verteret, *In ſapientia creavit Deus*
25 *cœlum & terram.* Et licet *in ſapientia*, poſſet exponi ſapienter, tamen certum & indubitatum eſt ſapientiam dici aliquando

aliquando filium Dei. Igitur, *in principio*, hoc eſt, in ſapientia, ſive quod idem, in filio: qui eſt ſapientia patris, per quem omnia facta ſunt, ſine quo factum eſt nihil. Hæc ſi non ſolida, tamen pia & vera ſunt. Excuſet hoc modo Hieronymi locum illum Serarius, ſi poteſt, & nos ei polium dabimus, quod tractet aut aſpiciat, quum volet, ad ſatietatem uſque.

SCHOLIA.

a) In libro הבהיר. Non eſt principium niſi ſapientia. Manahem Ricinenſis, Principium innuit ſapientiam Dei, in qua conditus fuit mundus &c. Vide Originem Hom. 1. in Geneſ. *b*) In quo nihil tam excuſari poteſt quam illud, *quorum prior diſſipator interpretatur*, ut שמי diſſipator ſit. Nam ut nomina illius formæ appellativa originem ducunt e quieſc. Lamed, tamen, in divinis divina eſt שדי vaſtator, quod a שדד vaſto deducunt. eſſet autem, שדדי. Sic plene ſcriberetur שממי diſſipator ἀπὸ τὸ שמם diſſipo. Videndus Abimelech Gen. 17. in Michol. Iophi.

Cap. 9.

Sexta calumnia repulſa. Druſium non eſſe in carpendis recentioribus talem qualem eſſe dicit Serarius.

SExta calumnia eſt quod aſſerit me in recentioribus autoribus carpendis iracundum, protervum & ſpurcum eſſe. Vno verbulo, nego. Nec ipſe probat. Nam quod ait Genebrardum Druſio plagiarium eſſe alia calumnia eſt, quam ſupra refutavimus. Puderet Serarium, ſi frontem haberet, hoc modo mentiri. An putat lecto- 26
res meorum ſcriptorum omnes fungos eſſe?

Cap. 10.

Septima calumnia quænam, ea negata. Calumnia damnatis olim K inuri ſolitum. Calumniator negat fundamentum, ejuſque lingua comparatur cum ſagitta, & cur.

Septima

SEptima calumnia quod ait me in ſocietatem Ieſu acerbo ac Vatiniano flagrare odio. Hoc quam facile dicitur, tam facile negatur. Nam nullum locum profert quo, id quod dicit, probet. Si dixiſſe ſatis eſt, quis erit innocens? Quid opus multis verbis? Vnus Bellarminus a me cum laude citatus ipſum aperti convincet mendacii. Sed & alios laudo, & neminem vitupero niſi vituperabilem. Credat qui volet, ego nullum ordinem odi, veritatem amo & eos qui ipſam. Fucos & imperitos fero, ſi me ferant vera ſcribentem. Quocirca ut calumniæ damnatis olim fieri ſolebat, K ejus fronti eſſet inuren-
27 dum, quæ littera ſignificet Kalumniam. Eſt enim inſignis calumniator ac ſycophanta, eo minus curandus quod non judicio, ſed animi morbo maledicat omnibus bonis ac doctis. Talem ſapientes perhibent negare fundamentum, hoc eſt fidem in Deum, aut ipſum Deum, comparantque linguam ejus cum ſagitta quæ de longe poteſt hominem occidere quod gladius non poteſt. Dicunt etiam לשון הרע הוא שקול כשפיכות דמים lingua mala par eſt homicidio: ac ſi dicerent, qui aliquem calumniatur perinde facit ac ſi eum occideret. Recte igitur faceret Societas, meo judicio, ſi hujuſmodi maledicam & garrulam linguam ſemel reprimerent, ſilentiumque ei indicerent. Nam dedecori eſt ipſis & maculæ, dum ſe ita purgando alioſque accuſando ſocios, orbi alioquin ſatis inviſos, in majus odium adducit, eorumque lutulentum nomen magis ac magis contulat, ut verbo utar Plautino.

CAP. II.

Novator quis. Veterator. Quo ſenſu Druſias poßit dici novator & Serarius veterator: qainam hæretici Serario: ab eo laudari nolant grammatici.

De no-

DE nominibus novatorum & veteratorum quod ſcri-
bit, tanti non eſt. Si novator qui res novas molitur
in republica, tum profecto inficior me novatorem eſſe.
Vetera enim omnia ſunt quæ molior, doceo aut trado.
Si autem novator eſt qui nova corrigit aut emendat, tum
ego profecto fateor me novatorem eſſe: ſed ea lege &
conditione, ut ipſe tum veterator, ſit, qui vetera omnia
depravat. Quantum intereſt inter emendare ac deprava-
re, tantum intereſt inter novatorem Druſium & vetera-
torem Serarium. Innovare falſa laudi datur: depravare
vetera in vitio ponitur. Vt ego nunc novator ſum Sera-
rio, ſic olim Chriſtus & Apoſtolus novatores erant Pha-
riſæis. *Sed ſimpliciter*, inquit, *ac rotunde es hæreticus. Cum
hac de re tibi caput dediſſem, ejus argumentis nihil reſpondes.*
Caput dediſti, accuſaſti. Probationem ex libris meis ve-
hementer efflagitavi, nihil obtinui aut impetravi, nihil
adhuc reſpondiſti. *Imo tu*, inquis, *nihil reſpondes argumen-
tis meis*. Quid ſi tunc indigna judicabam reſponſione? & 29
certe indigna erant, quibus tamen pleriſque omnibus
reſpondi. Vnum omiſi quod valde ridiculum, Quoſcun-
que Beza laudat hæretici ſunt: at laudat Druſium, ergo
&c. At laudat quoque Budæum Gallum & Caninium
Inſubrem, ergo hæretici fuerunt. Ite patres, & nomina
horum ex albo catholicorum expungite, libros eorum
catalogo prohibitorum inſerite. Serarius ita voluit, ita
ſcivit. Quis obſiſtat? ejus ſcita leges ſunt. Sit pro ra-
tione voluntas. *At vultis*, inquit, *a me laudari.* imo no-
lumus. Vitupera & hoc pro laude ducemus. Laudari a
laudato laudabile eſt, non a maledico ſycophanta. Sunt
alii a quibus laudari potius velim. Satis tu me laudaſti
hæreticum appellando. Vt David ex pugna cum Golia-
tho celebris evaſit, ſic ego ex diſſertatione de Haſidæis.

Digitized by Google

Per te igitur, *Semper honos nomenque meum laudeſque manebunt.*

CAP. 12.

30 *Octava calumnia. Serarium veteratorem dici a Druſio, non catholicos alios.*

OCtava calumnia eſt quod affirmat me catholicis veteratorum nomen imponere, nempe Scaliger hoc uſurpat de Ieſuitis, ego de Serario tantum. Falſum ergo me vocare omnes catholicos veteratores. Nam alioquin ipſe, qui catholicum me profiteor, veterator eſſem. Quod crimen tam a me abeſſe cupio, quam ſcio Serarium veteratorem eſſe veteranum, in omni calumniandi genere optime verſatum.

CAP. 13.

Nona calumnia. Druſius nec ſine ratione quicquam dicit, nec incerta pro certis affirmat. Locus Thalmudicus de ſeptem Phariſæis. Error Genebrardi, quem ſecutus videtur Serarius.

NOna calumnia eſt quod ſcribit me multa ſine omni ratione falſa & incerta certo affirmare. Citat ad hoc aſtruendum & firmandum unum locum, (unum, id eſt, multa ſecundum Ieſuitam Serarium) e ſectis meis, *hæc*
31 *omnia Serarius non intellexit: neque ex Thalmud deſcripſit, quem non intelligit: ſed ex aliquo novatore, ut pleraque omnia ſua.* Ipſe autem dicit ſe locum illum deſcripſiſſe ex ipſo Thalmude. Credat hoc Iudæus apella, οὐκ ἔγωγε. Si inde deſcripſit, cur ponit ſeptem claſſes ſeu ordines. Nam in Suta (tractatus eſt Thalmudicus, ubi locus ille) non habetur

Digitized by Google

betur ſeptem ordines aut claſſes; ſed ſeptem phariſæi ſunt, id eſt, genera phariſæorum. Deinde non eſt ibi nomen ſectæ: ſed phariſæi ſunt ſancti, in queis & Abraham patriarcha recenſetur. Septem ergo phariſæi, id eſt, ſeptem genera eorum qui exercent ſe in operibus ſanctitatis. Diſerte Gerundenſis Levit. 19. 2. *Vbique in Thalmud Pheruſim appellantur homines ſancti, qui ſeparando ſe a rebus etiam licitis, vitant abuſum earum, ut cibi, potus, Veneris &c.* Sane Moſis illud *Sancti eſtote*, id eſt, קדושים, in libro qui vocatur ספר כהנים, .i. Lex ſacerdotum, & in Pheſictha exponitur *ſeparati eſtote*, id eſt, פרושים Pheruſim. Hæc omnia ſi Serarius intellexit, tum ego vanus haberi cupio. Quod nunc intelligit, id nobis debet. 32
De novatore non pertendo. Forte an e Genebrardo deſcripſit, quem errantem ſequitur pro generibus claſſes ſive ſectas aut ordines accipiendo. Cæcus cæcum duxit in foveam, unde ſe extrahi ægerrime fert Serarius. Relinquamus ergo ibi, quandoquidem ita vult, jacentem in luto, ut putreſcat cum nomine ſuo. Nam in luto de facili corpora putreſcunt. O Serari quando tandem ſapies.

Cap. 14.

Decima calumnia Serarij. Convicia ejus ſpreta. De Haſidæis nonnulla. Dubitatio de locis duobus ex hiſtoria Ebraica. Quando cœperit nomen Phariſæorum incertum. Theologorum catholicorum pugna cum Serario. Græca lectio Eccleſiaſtici firmata. Non eſt inconſtans qui ſententiam in melius mutat.

Decima calumnia quod mihi objicit inconſtantiam, quem ait ſecum ſæpius pugnare. Quo lecto commodum ſuccurrit illud Senecæ, *Æquo animo audienda ſunt*

 impe-

33 *imperitorum convicia, & ad honeſta vadenti contemnendus eſt iſte contemptus.* Ego ut non contemno Serarium, ita contemni abs eo parvi æſtimo. Convitia ejus non magis moror quam ventre editos crepitus. Nam qui omnibus convitiatur, animi morbo id facere præſumitur. Vt araneus optimos cibos in venenum tranſmutat, ſic ille optime facta & dicta in calumniam trahit. Quinam fuerint apud Iudæos Haſidæi hactenus ignoratum fuit. Ego verum etymon ante annos viginti aut eo plus indicavi: adjecique in hiſtoria Gorionidis, capite vigeſimo nono, eoſdem eſſe, quos ibi memorat, Sapientes Iſrael, Phariſæos & Haſidæos. Hoc quum impugnaret Serarius, coactus fui edere librum ea de re. Reſpondit Serarius, ſed ita ut tacuiſſe melius fuiſſet. Egregie Salomo, *Si ſtulte quid egiſti, manum ad os. Nam qui premit lac educit butyrum, & qui premit naſum elicit ſanguinem: ſic qui premit iras elicit litem.* In hac lite aliqua didici quæ prius ignorabam, non a Serario; ſed a Salmanticenſi Iudæo, qui me
34 primus docuit Haſidæorum nomen non eſſe ſectæ vocabulum: ſed vel ordinis, vel ſocietatis. Inde dubitatio de locis duobus Gorionidis, in quorum uno Manahemum, in altero Iudam Heſſæum appellat Haſidæos. Quanta hæc eſt inconſtantia? Crimen morte piandum. Obſecro Quirites, ferte miſero auxilium. Nam Orbilius me cædere intendit. parata eſt ferula. Quæſita cauſſa non una. *Nam Phariſæorum nomen dixerat recentius, nunc vetuſtius eſſe dat.* Ego quando primum cœperit hoc nomen adhuc me ignorare profiteor. Ioſephus me docuit ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου fuiſſe tres ſectas in Iudæa. Vtrum etiam nomina fuerunt? Quin Machabæorum tempore fuerint Phariſæi & re & nomine nunquam dubitavi. Catholici Paulus Burgenſis, Maldonatus, aliique dicunt primum cœpiſſe

poſt

poſt Machabæos. Quare hos non flagellat Serarius?
Quare cum his pugnat, ab illis diſſentit, qui non nova-
tores, ſed catholici ſunt? An licet theologis inter ſe pu-
gnare, non licet grammaticis? Quanquam nulla mihi
pugna cum Scaligero. Diſſenſio forte aliqua eſt, & quid 35
mirum? Nonne diſſentire amicis inter ſe

Incolumi licuit ſemper amicitia?

Pergit Serarius, & ut probet me inconſtantem eſſe addu-
cit alium locum ex pag. 155. *Scriptura quæ in vulgata le-
ctione eſt Eccleſiaſtici 50. 33. & 34. in monte Seir, olim præ
altera, quæ in Græcis eſt, in monte Samariæ, mihi probata
fuit: nunc tueor vulgatam apud Græcos.*

Semper in eadem ſententia manere ſtulti eſt, non ſa-
pientis. Quum notas olim ſcriberem in Syrachidem,
putabam per Sicimitas Samaritanos deſignari. Vnde
prætuli lectionem quæ in editione vulgata Latina, *in
monte Seir*. Nam Idumæi ἀρχαϊκῶς exoſi erant Iudæis,
ut nunc adhuc ſunt Chriſtiani, quos Idumæos vocant.
Poſtea docuit me Ioſephus apoſtatas Iudæorum Sicimis
habitaſſe. Id cum legiſſem, non dubitavi hinc argumen-
tum petere ad firmandam lectionem quæ in omnibus
codicibus Græcis, *in monte Samariæ.* Sane tres gentes
ibi memorat, quas odiſſet anima ejus, Philiſthæos, Sa-
maritas & Sicimitas. Tertiam ait eſſe gentem non gen- 36
tem, nempe quoniam apoſtatæ erant & a fide antiqua
defecerant. Hi ab autore ſectæ Saducæi etiam vocaban-
tur. Quæ hic inconſtantia? An mutare ſententiam in
melius Serario inconſtantia eſt? Iudicet æquus lector.
Nam Serarii, qui animum ægrum habet odioque ac in-
vidia flagrat, judicium non moror: nimis puerile eſt.
Lipſius, cum ei objecta eſſet inconſtantia, qui de Con-
ſtantia ſcripſiſſet, quod mutaſſet religionem, reſpondit

in litteris ad amicum quendam Batavum, *Quid ſi in melius?* ſi licet religionem mutare in melius, cur non ſententiam? Quis hoc unquam improbavit? Sed forte Serario Lipſius quoque inconſtans eſt. Nam in Criticis plurima hoc modo correxit, mutavit, interpolavit. Sequitur in Serario, *Heſſæorum nonnulli erant Haſidai, ut Iudas & Manahemus Heſſæi. Hoc tunc neſciebam.* Nempe culpat quod quædam ignoraverim. Ipſe qui omnia ſcit, qui in omni ſcibili doctus eſt, neſcit quod pueri ſciunt,
37 qui egregie poſſunt diſtinguere inter ignorantiam & inconſtantiam. Rurſum, inquit, ais: *Fuit tempus cum exiſtimarem Haſidæorum nomine ſignificari peculiariter Phariſæos, quorum ſumma erat inter Iudæos autoritas. Poſt mutavi ſententiam.* Hæc eſt extrema Ieſuitæ machina, quam non poſſum aliter repellere, quam fatendo id quod verum eſt, rumpantur ut ilia Codro. Quum apud Gorionidem capite nono, ſupra vigeſimum, per Haſidæos perſpicue Phariſæi denotentur, putavi eandem ubique ſignificationem eſſe. Poſt cum obſervaſſem alios dici Haſidæos, qui Phariſæi non eſſent, ſed Heſſæi, exiſtimavi progreſſu temporis in ſectæ nomen tranſiiſſe. Tandem, poſt lecta quæ Zacutus edidit de ſapientibus & doctoribus Iudæorum, in aliam ſententiam ivi, quam notatam invenies in Sectis meis. Nec ejus mutationis me pudet aut pœnitet: ſiquidem dies diem docet & proficimus quotidie ſcribendo. Nec propterea inconſtantes ſumus, niſi forte Serario, cui conſtantia eſt pertinacia in errore de-
38 fendendo contra manifeſtam veritatem. O Serari quo te cæcus animi impetus rapit? Quando tandem redibis ad te?

Digitized by Google

CAP. 15.

Scaliger excuſatus. in eo nulla inconſtantia quod addi voluerit verum etymon Anagoganæorum. Anagogana quid. Videri legendum Anagogava Locus Eucherij ei lectioni firmandæ.

Anagogana an Anagugana ſcribas parum refert. Nam veteres in Vau promiſcue legebãt tam v quam o. Hinc Ephod & Ephud, Sadoc & Saduc. Sic Baithos & Baithus, & alia ſexcẽta.

SI eſt inconſtans omnis qui ſententiam mutat, etiam Auguſtinus inconſtans fuit, cum ſcriberet libros retractationum: & Hieron. Vide Exod. 25.7 Sed non eſt hoc ſubito & repente faciendum. Ita ſciſcit Serarius. Quis contradicat? Inconſtans ergo & Scaliger, qui cum in Elencho ſuo poſuiſſet duas conjecturas de Anagoganæis, monitus a me de voce Anagogana, quæ legitur in Bibliis Græcis, protinus mutavit ſententiam, & voluit ut eam, quam veram eſſe non dubitabat, Elencho adderem. Quod in eo viro maxime laudandum, id culpat momus, nempe ipſe magis culpandus, qui mavult errorem errore cumulare, quam ingenue illum agnoſcere. 39
Errare humanum eſt, errorem defendere belluinum & Serarianum. Si omnis qui varias etymologias adfert in re non ſatis explorata & cognita inconſtans eſt, tum Serarius omnium mortalium, quotquot unquam fuerunt, ſunt aut erunt, inconſtantiſſimus eſt. Nam in uno nomine Heſſæorum adfert pluſquam decem etymologias, quarum pleræque adeo frivolæ ac ineptæ ſunt, ut ipſum pudere deberet. Mirum eſt hominem theologum, quæ in aliis reprehendit, in ſe non ſolum excuſare, ſed etiam laudare & admirari. Nam Scaliger has ineptias ei objecerat in etymo Phariſæorum. Vide Minerval ipſius lib. 4. cap. 1. Sed redeamus ad Anagoganæos Epiphanii, quos ab Anagogana dici nemo paullo humanior negabit, qui modo ſciet vocem eam legi Ieſa. 57. 13. in editione

Vide ſis Euſebium de locis in Anengana. Nam ſic ibi lectũ, quod valde firmat conjecturam meam.

tione Romana, ubi in Ebræo, הנע ועוה Hena & Iuva ſive Ava. Vnde ſuſpicari aliquis poſſet legendum Αναγωγαῦα Anagogava. Aut forte Græci errarunt in Nun & Vau.
40 Quod non inſolitum illis interpretibus. Habentur eædem uoces 2. Reg. 18. 34. Ανα καὶ Αβα, ubi Aquila Ane & Gave. Eucherius ad hunc locum, *Pro Ana & Ava, vetus editio quaſi unius urbis nomen Ana & Ava* (putarim legendum Anagugava) *poſuit, & quidem in Ebræo ita ſcriptum eſt. Verum quia ſyllaba V, quæ in medio nominis poſita eſt, conjunctionem apud eos ſignificat, poteſt etiam ita diſtingui ut dicatur Ane & Gave, ut Aquila tranſtulit, ſive Ana & Ava, ut noſter vertit interpres.* Quæ verba ita firmant correctionem meam ut de illa dubitare nunc deſinam.

Cap. 16.

Fruſtra ſe conatur excuſare Serarius per typographum. dormitatio ejus. error ſubadjuvæ. alia.

QVæ de typographicis mendis rhetoricatur lib. 2. cap. 11. mihi non perſuadet. Si mendum eſt in Cheſid, cur non notavit inter errata? Cur Radac omiſit? Quid ſibi vult quod de Arba Tura ſcribit? Nam adducit
41 Munſterum teſtem, qui eum non excuſat, ſi erravit. Machobathi Veeſchne legitur in correctione erratorum. Vnde injuriam facit typographo, qui talia errata ei imputat. Chelakim & Cheſidim nequicquam excuſare nititur, & inſignem prodit imperitiam cum ait, Chateph patach melius per e quam per a exprimi. Nonne hic debet ludibrium alphabetariis pueris? Omnes ſciunt Chateph patach ſonare a breviſſimum ſive brevius brevi. Nam e breviſſimum Chatheph ſegol dicitur. Tophapoth obiter correxi. Dormitatio erat in Zeccharon, quod

quod ideo notaveram in Titulo capitis. Verum ſi hoc
volebas quod dicis cur non potius ſcripſiſti, *ubi pro Tota-
photh, quod in Deuteronomio, poſita eſt Zeccharon.* Vnde
ego potui divinare quid eſſet in mente tua? Solus Deus
hoc novit. Sed facile iſta ignoſco. Humanum errare,
humanum autem ignoſcere eſt. Nonne id feci in Sectis
meis, pag. 189? *Tandem perperam citat* (Serarius) *verba
mea, tueri me poſſem ex illo nomine & ſimilibus, cum ego ſcri-
pſerim, tueri me poſſe exemplo Noe & ſimilibus. Dicet non* 42
*ſua culpa id factum, ſed operarum typographicarum. Concedo,
ſi mihi conceſſerit ſcripturam Græcam, quæ in antiquis codici-
bus, non interpretum eſſe, ſed librariorum.* Vides quo fine
hunc errorem indicaverim. Noli ergo iraſci. Si tu æ-
quus eſſes in noſtra ſcripta, haberes nos in tua æquiſſi-
mos. Ita enim decet viros litteratos & ingenuos. De
littera majuſcula, quam ajebas eſſe in nomine *piu*, nihil
dico, quandoquidem culpam conjicis in tuum ſubadju-
vam. Tuus ergo ſubadjuva tibi impoſuit. Poſthac eſto
cautior. Quæ ipſe facere potes noli aliis committere,
memor illius Ennii: *Hoc erit argumentum ſemper in prom-
ptu ſitum, Nequid exſpectes amicos quod tute agere poſſies.*

Finis libri primi.

43 I. DRVSII

RESPONSIONIS AD MINERVAL N. SERARII, LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Temere dictum a Serario Herodianos non fuiſſe ante Chriſti tempora. unde nuncupati. Chriſtus quando natus. Herodes magnus. Herodes Aſcalonita ſacerdos in templo Apollinis.

POST confutatas calumnias, venio ad antirrheſes. Hactenus mihi res fuit cum ſycophanta: poſt hac diſputatio erit cum homine propoſiti ſui errorumque tenaciſſimo. Igitur primum locus occurrit de Herodianis, quos ait ante Chriſti Domini tempora non fuiſſe. Hoc affirmare temeritatis eſt. Nam Chriſtus natus fuit ſub finem regni Herodis, a quo Herodiani nomen acce-
44 piſſe putantur. Credibilius ergo paullo ante Chriſtum fuiſſe. Sane ſi cœperunt anno Herodis decimo aut vigeſimo vel etiam trigeſimo, recte dicuntur ante Chriſtum fuiſſe. Hoc excuſandum non erat. Incerta pro certis affirmare turpe eſt. Nihil tam indignum theologi gravitate & conſtantia, quam quod non ſatis explorate perceptum ſit, ſine ulla dubitatione aſſerere. Quum de Herode loquor, intelligo Herodem magnum, ſub quo Hellel & Sammai vixerunt: qui patrem habuit Antipatrum, avum Herodem Aſcalonitam, qui in templo Apollinis miniſtravit. Vide ſis Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 8.

Meminit

Digitized by Google

Meminit & cap. 7. Africanum citans, qui dicat Herodem Antipatri filium fuiſſe. Hunc autem Herodis cujuſdam Aſcalonitæ patrem, qui Apollini ſervierat: ubi pro (*patrem*) videtur legi debere, *filium*. Nam Herodes magnus nunquam fuit ἱερόδουλος, quod ſciam.

Cap. 2.

Schiſma & hæreſis in Iſraele quando. initio duæ tantum ſectæ. olim tres fuiſſe quomodo intelligendum. Heſſæi non fuerunt ante Babilonicam deportationem. ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου quomodo capiendum. 45

PAg. 121. ait, *Iam fatetur Druſius apud Iudæos fuiſſe olim celebriores ſectas tres.* Imo ſemper id faſſus ſum, nec unquam negavi. Vafre igitur adjecit (*jam*) ac ſi prius hoc negaſſem. O vulpem. *Sed ais*, inquit, *initio duas tantum ſectas fuiſſe.* Hoc verum eſt, & initium interpretor quando primum hæreſis cœpit. Prius ſchiſma erat in populo Dei. Hoc indicant verba illa quæ tu callide omiſiſti, *Tunc diviſus fuit populus Iſrael in partes duas. Una dimidia pars ſequebatur Simeonem Iuſtum & Antigonum diſcipulum ejus, ſocietatemque ejus, juxta id quod traditum acceperant ab Ezra. Altera pars dimidia ibat poſt Sanballetum & generum ejus.* Et mox, *Sadoc autem & Baithos erant primores. Atque hinc ſane hæreſis initium ſumpſit.* Hæc habentur partim pag. 37. partim pag. 38. Quæ eadem repetita mihi ex Zacuto in Sectis, pag. 16. neque puto Serarium tam hebetem ac ſtupidum eſſe quin optime percipiat quid 46
velim. Sic eſt profecto. Primum diviſus fuit populus per ſchiſma, nempe ſub Simeone Iuſto, deinde per hæreſin ſub Antigono Sochæo, cum Sadoc & Baithus novam ſectam condidiſſent. Sed & diviſus fuit in partes duas,

non tres. Liquet ergo ex hiſtoria initio duas tantum ſectas fuiſſe, & Serarius, qui hoc infitiatur, Anticyram mittendus eſt. Nam indiget elleboro, quod ibi tutiſſime ſumitur. Sed operæ pretium eſt audire hominis inſaniam. Ejus verba ſunt, pag. 122. *Scripſiſſe me queritur* (Druſius) *ipſum ſui bujus binionis ne unum quidem citare teſtem. At ne nunc quidem adhuc citat.* Imo duos citavi, videlicet Abrahamum Davidis filium, & Zacutum. Vterque magnus eſt apud ſuos, nec ab iis ullus Iudæorum in hac re diſſentit. Verum *nuſquam ait citatum Chronicon, duas tantum celebriores apud Iudæos olim ſectas fuiſſe.* Nec ego dixi, *olim*, ſed *initio*: nec laudavi ullum Chronicon. Quid igitur? Prius teſtimonium habetur in Cabbala Haſidæi:
47 poſterius in libro Zacuti, qui Sepher Iohaſin inſcribitur. Hi libri licet hiſtorici ſint, non tamen Chronica vocantur. *At concedis* inquit, *olim tres ſectas fuiſſe.* Si de temporibus Hyrcani & Herodis intelligit, concedo: ſi de tempore Machabęi & fratrum ejus, dubito: ſi de Antigoni ſapientis, nego. Nam tunc duæ tantum ſectæ erant. Heſſeni enim, quod ipſe temere nimis affirmat, nondum erant. Sane ante captivitatem Babylonicam fuiſſe Heſſenos nunquam probabit iis, qui hiſtoriæ Ebraicæ mediocrem peritiam habent. Quod tam audacter aſſerendo firmat judicium Scaligeri, qui in epiſtola ad me ſcribit ipſum in hiſtoria harum hæreſeon nullius judicii eſſe. Iudicent hac de re qui judicio valent. Ipſe vero polium tractet. Nam gloriæ avidior eſt, quam ego ei non invideo. Pergit Ieſuita, & *pro illis Druſianis*, inquit, *in Ebræo ſic invenio, Hoc fuit initium Saducæorum.* Quam editionem habeat. neſcio: non enim indicat, ut ſolet. Ideo fides ejus mihi ſuſpecta. Mea editio impreſſa fuit Venetiis in ædibus Marci Antonii Iuſtiniani. Liber autem

Iohaſin

Iohaſin editus fuit Cracoviæ in Polonia. Vtrobique eſt 48
מינות in fonte, id eſt, hæreſis. Sed parum refert hæreſeos dicas an Saducæorum. Nam Saducæi primi hæretici, id eſt מינים, & ſunt qui vocem illam uſurpari exiſtiment de ſolis Saducæis & Baithuſæis. *Sed nego*, inquit, *recte dici duas tantum fuiſſe veteres Iudæorum ſectas*. Quid ſi negaret ſolem lucere in meridie? Deum in cœlo eſſe? An falſum omne quod negat, & non potius verum quia negat? Pars vel in ſchiſmate vel in hæreſi eſt. Pars in hæreſi nihil aliud eſt quam ſecta. Duæ igitur partes fuerunt ſub Antigono, hoc eſt ſectæ ſive hæreſes. Sic in Gorionide Saducæi, quos Samaritæ adjutabant, erant pars una, & Haſidæi ſive Phariſæi pars altera ſive alia. Hæc non pervidit Serarius qui in erratulis novatorum tam videt acutum, quam aut aquila aut ſerpens Epidaurius. Scripſeram ἐκ τῦ πάνυ ἀρχαίυ apud Ioſephum dextre capiendum eſſe, quia non poteſt extendi ultra tempora Antigoni ſapientis. Quid Serarius? *Cur ille*, inquit, *non explicat quemadmodum dextre hoc accipiendum. An quia ei hæſit aqua?*
Adjutare hominem, niſi reſpuit, animus eſt. Phariſæorum 49
ac Saducæorum inſtituta, ſi preſſiſſime loquamur, fuiſſe videntur Ioſephi tempore ἀρχαῖα: Eſſenorum vero inſtitutum πάνυ ἀρχαῖον Iam quod uni parti eique profecto excellentiſſima convenit, hoc in totum ſectarum genus confertur, rotundo nempe uſitatoque loquendi modo. Ago tibi gratias, mi ſubadjuva. Quid præmii pro hac ſolutione poſcis? An ut te laudem? Sed tam ineptas ſolutiones, quales vos imperitis juvenibus in ſchola obtrudere ſoletis, laudare non poſſum. Non enim merentur ullam laudem. Aliud eſt ſcribere, & aliud in ſchola præſidere. Qui ſcribit, doctis & indoctis ſcribit. Qui diſputat, ſatis eſt ſi aliquid, modo peciem veri habeat, dicat. Raro docti diſputationibus

interſunt. Hi multa rident, quæ indocti admirantur. Qui doctis ſcribit hujuſmodi nugas proferre non debet, niſi fortaſſe ut riſum captet. Et quis ſcit utrum ridere ſuos catholicos voluerit Serarius? quos putat (ita certe
50 videtur) meros ſtipites & aſinos eſſe, qui in hiſtoria harum rerum nihil ſciant, nihil ſapiant, nihil intelligant. Eat ergo, & iterum dico, polion tractet, colat, aſpiciat.

Cap. 3.

Ioſephum Ebraice olim ſcripſiſſe libros de bello Iudaico, qui nunc Græce tantum extant. Quoſdam libros ſacros interiiſſe. Druſii de Gorionide judicium. alia nonnulla.

Serarium non odi, ſed tamen odio mihi ſunt ipſius ineptiæ. Ne ſuum errorem agnoſcat abſurdiſſima quæque comminiſcitur. Non pudet ipſum ſcribere quod vel pueri rideant. Ioſephum dixerat omnia Græce, nihil Ebraice ſcripſiſſe. hoc quum refutaſſem ex Euſebio, & ex ipſomet Ioſepho, qui ſe hiſtoriam Iudaici belli etiam Ebraice ſcripſiſſe teſtatur, *Omnia,* inquit, *intellexi Græce ſcripta, quæ vel ad nos, vel ad ipſos etiam vetuſtiores noſtros Græcoſque ſcriptores pervenerunt.* Nempe ſciebat quidem Ioſephum libros Haloſeos idiomate patrio ſcripſiſſe, ſed
51 voluit hoc nos celatum, ne ſciremus aliquid ab eo ſcriptum Ebraice. Heteroclitum caput. Alii quæ ſciunt libenter communicant: iſte quæ ſcit hominibus invidet. *Omnia,* inquit, *Græce, nihil Ebraice ſcripſit*, Omnia, id eſt, quæ nunc Græce ſcripta extant. Bella expoſitio. Quis
52 non pelvim poſcat hæc legens? Ioſephus omnia Græce ſcripſit, quæ Græce ſcripſit: nihil Ebraice ſcripſit eorum quæ nunc extant, quæ vel ad nos vel ad patres noſtros vetu-

Digitized by Google

vetuſtiores ſcriptoreſque Græcos pervenerunt. O cor Chryſippi, jecur theologiæ. Quis hæc verba legens, *omnia Græce ſcripſit, nihil Ebraice*, hoc modo enarraret? Quid? Nonne aperte falſum illud, *Nihil Ebraice ſcripſit eorum quæ ad nos patreſque noſtros pervenerunt?* Nam ad nos patreſque noſtros pervenit bellum Iudaicum, quod olim Ebraice ſcripſit. Sic dico, Bellum Iudaicum, quod aliquando Ebraice ſcripſit, nunc ad patreſque noſtros Græce abs eo ſcriptum pervenit. Id refelle, ſi potes. Sequitur pag. 127. *Druſius vero in ſuis pæne libellis omnibus hunc hactenus* (de Gorionide loquitur) *magnifecit autorem.* Vbi illum magnifacio? An citare Serario eſt magnificare? Tribuo ei aliquid in hiſtoria Ebraica: in peregrina nihil. Sit licet qualis eſt, tamen in hiſtoria gentis ſuæ multa me docuit, ut plane contemnere aut rejicere ipſum nec poſſim nec debeam. Pag. 128. *Sed, ô Chryſippe, nonne duas tantum ſectas memorare Gorionidem, & quidem in illo etiam Hyrcani epulo negavi?* Sed, ô Antichryſippe, nonne contrarium affirmavi? nonne probavi? ut præter te nemo ſit paullo doctior qui de hac re dubitet. In epulo illo tantum fuerunt duæ ſectæ. Hoc Gorionides, hoc Ioſephus atteſtantur, & tu impudens es qui negare audes. Contra manifeſtam veritatem non deberes ita diſputare. Nam hoc modo qui diſputant veritatem tandem, quam quærunt, amittunt. Quod docemur illo verſiculo, *nimium altercando veritas amittitur.* Sed ad rem. Inter Ioſephos nulla pugna hac de re: ſed pugna mihi tecum, qui mihi adfingis, quæ nunquam ſcripſi, nunquam dixi, nunquam cogitavi. Vbi negavi ſimpliciter tres ſectas fuiſſe apud Iudæos? Vbi aſſerui duas tantum fuiſſe, niſi in principio, & in illo convivio? Tu tamen aliquot paginas imples ut doceas tres ſectas fuiſſe.

Nonne

53

Nonne hoc eſt imaginarium ſtadium ſibi extruere? adverſarium falſa calumnia gravare? denique fumos ven-
54 dere, cucurbitam pingere, lectorem ludos habere? Si ſincerus ac ingenuus fuiſſes, hæc non refricuiſſes, ſed vel errorem agnoviſſes vel tacuiſſes, juxta illud Sophi, *Si quid ſtulte feciſti, manum ad os.* Pagina eadem ait, *majorem inter Ioſephos iſtos, quam inter Druſium & Scaligerum conſenſionem eſſe.* Quomodo conſenſio eſt, ſi unus meminit ſectæ tertiæ, alter non? meminit, ſed non dicit interfuiſſe convivio Hyrcani. Atque ita conſenſio eſt etiam inter Druſium & Scaligerum. Nam Scaliger hoc non negat. Sed ſi diſſenſio eſt inter Scaligerum & Druſium, quomodo alibi ſcribis eos ſimul conjuraſſe, conſpiraſſe? Indignum homine theologo, qui aliis inconſtantiam objicit, tam levem & inconſtantem eſſe, tam parum ſui meminiſſe.

Cap. 4.

Haſidæi apud Gorionidem capite vigeſimo nono ſunt Phariſæi. Populus Phariſæos adjutabat, non Heſſenos. Heſſæi nuſpiam contendiſſe leguntur cum Saducæis.

55 PAg. 129. ait, *vel de mea vel de Druſiana divini adhuc rixantur Grammatici.* Vbi rixantur? Nam Scaliger diſerte probavit meam interpretationem, & contra te libere ſententiam tulit tuamque falſi damnavit. Rixantur ergo tecum, non inter ſe. Vno verbo, injuriam facis Gorionidi, qui capite illo לבדם interpretaris, *ſeorſim ab iſtis.* Nam quod ſubjicis, *Haſidæi ſeorſum à Phariſæis, Saducæis, horumque aſſeclis Chuthæis erant non cum iiſdem ipſis, ſed cum populo,* perſpicue falſum eſt. Nuſquam enim populus legitur fuiſſe cum Heſſæis, ſed cum Phariſæis

ſæis, quorum ſumma erat apud eum autoritas. Triumphare non potes niſi prius contrarium probaveris. Quod certe feciſſes, ſi potuiſſes. Nam antea hoc tibi objectum, ad quod te nihil reſpondere, mirantur qui te nō norunt. Qui norunt, eo minus mirātur, ꝙ te nihil ſcire in his ſibi perſuadeant. Pergis ineptire, *In Gorionidæ textu non habetur, Phariſæi ſoli? ſed, Haſidæi ſoli.* Hoc perinde eſt. Nam Haſidæi ibi ſunt Phariſæi, ut antea probatum eſt. Quod ſi tibi nondum perſuaſi, aliis tamen perſuaſiſſimum. 56
Sed *ſi Haſidæi ſunt Phariſæi, cur hoc uſitato ſuo more Gorionides non aſſerit?* Nempe quia neſciebat futurum aliquando Serarium qui hoc negaret. Non enim prophetes erat, ut hoc divinare potuerit. Ipſe dicit, *Sapientes Iſrael hi ſunt Phariſæi:* & alius *Haſidæi ſunt ſapientes.* Sed, *plurimos enumerat Zacutus ſapientes, qui Phariſæi tamen non fuerunt.* Hoc ut non nego, ita tibi probandum relinquo, certus de interpretatione mea, *Haſidæi, hoc eſt Phariſæi ſoli erant cum populo.*

Cap. 5.

Phariſæi ſeu egregii nuſquam lectum. Haſidæi ſive pii defenſum. Saducæi ſive juſti damnatum. Chriſtiani unde dicti. Marianus Victorius Reatinus Hieronymum, quem correxit, corrupit, & infinitas mendas in eo reliquit.

PAg. 132. *Quæſieram, cum à Druſio dicerentur Phariſæi ſeu egregii, Haſidæi ſive pii; non ſimiliter dicerentur Sadducæi ſeu juſti.* Nuſquam dixi quod ſciam, *Phariſæi ſeu* 57
egregii. Nam vox Ebræa id non ſignificat. Quanquam Auguſtinus nove ita ἐτυμολογίζει. Haſidæi ſive pii dictum a me non diffiteor, ſed in eo loco ubi dubitabam eſſetne ordinis nomen, an generale piorum. Saducæi ſeu juſti

non poteſt dici, quia Saducæi non erant juſti, ut recte
Burgenſis obſervat; nec uſpiam vocantur juſti, aut ſi vo-
cantur ita, male vocantur. Epiphanius hoc non dicit quod
vult Serarius. Quid igitur? *Saducæi*, inquit, *a juſtitia*
dicti. Sedec enim interpretatur juſtitia. Aliud eſt vocari aut
eſſe juſtum, & aliud nomen habere a juſtitia. Poteſt ali-
quis *a* appellationem habere a juſtitia, qui tamen non
ſit neque vocetur juſtus. Saducæi neque erant neque
vocabantur ita. Minus commode Iſidorus, *Saducæi inter-*
pretantur juſti. Vendicant enim ſibi, quod non ſunt. Vtrum-
que falſum eſt, neque enim ſibi vendicabant juſtitiam,
nec Sadoc interpretatur juſtum, qui potius Saddic dici-
tur. Sic Chriſtiani dicti a Chriſto, non ut multi arbitran-
58 tur, ab unctione ſpirituali. Nam ab unctione potius
Chriſti vocarentur, ut ibi *nolite tangere Chriſtos meos.*
Quod tamen de Chriſtianis ibi non dicitur, ſed de patri-
archis Abrahamo, Iſahaco, Iacobo. Finiam hoc caput, ſi
prius aliquid dixero de Mariano Victorio Reatino, quem
Serarius negat Lojolitam fuiſſe. parum refert. Si non
fuit Lojolita, tamen eſt Eraſmomaſtyx: cujus tanta fue-
runt in Eraſmum ſcommata & convicia, ut Lovanien-
ſes theologi, cum Hiero. recuderetur Antverpiæ a Plan-
tino, magna ex parte illa deleverint. Eraſmus optime
meritus fuit de illo patre. Vtinam idem dici poſſet vere
de Mariano: qui multis in locis illum corrupit. Mendas
autem reliquit adeo multas, ut *b* liber ſit, in quo neſcias
pluresne lineæ ſint, an vitia librariorum & ſcribarum.
Nam typographi errata non commemoro, licet illa quo-
que corrigenda erant correctori, qui de Hieronymi li-
bris bene mereri ſtudebat.

SCHOLIA.

a) *Sic nonnulli nominati ſunt Ieſus, qui tamen neque ſervatores erant, neque ita vocabantur.*

Digitized by Google

vocabantur. Similiter Sadoc Hæreſiarcha neque re neque nomine juſtus erat. b) *de nominibus Ebraicis.* 59

Cap. 6.

Serarii malitia. Nomen Phariſæorum neotericum eſſe putat Forerius. Ieſaiæ locus de his qui ſe tangi nolebant a populo an de Phariſæis accipi debeat: Paulus apoſtolus Phariſæus initio, & poſt ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Lutherani & Calviniani Serario quoque Phariſæi ἀφωρισμένοι εἰς εὐαγγέλιον.

VBique obfuſcat veritatem Serarius, ubique ſuam prodit malitiam. Scripſeram de Phariſæis, *Hic duo in quæſtionem veniunt, Secta & nomen. Quin ſecta antiquiſſima fuerit nullus dubito* & mox *de nomine alia res eſt.* & non ita multo poſt, *Forerius dicit neotericum eſſe, Serarius negat: ergo ei res cum Forerio non mecum, qui nullam certam de his habeo ſententiam &c.* Hoc ita maligne retulit Serarius, ut lector ſuſpicari merito poſſet me idem dixiſſe de ſecta quod de nomine. Ita mihi invidiam conflat, conatur certe: ſed fruſtra. Aliquanto poſt ait, *Alibi tamen de his* 60 *Ieſajam loqui dicit, cap. 65. verſ. 5.* Non de ſecta, domine doctor; ſed de his qui ſe reliquo populo ſanctiores exiſtimabant, & abs eo tangi nolebant. Nam ſecta tunc nondum erat. Vocantur autem Phariſæi, id eſt ſancti, ut Abraham nuncupatur phariſæus amoris. Quo ſenſu & Simeon Iuſtus poſſet quoque dici Phariſæus. *Sed proprio etiam ſignificatu*, inquit Serarius, *ita eum vocari quid vetat?* quia tunc, ut fortaſſe ſecta fuerit, nondum tamen erat nomen Phariſæorum. Non omnes vocantur Ieſuitæ, qui moribus eos referunt. Pag. 141. *Druſius vero ſuſpicatur S. Paulum, cum eſſet Chriſtianus, fuiſſe Phariſæum.* Ego nego, tu proba. Sic ubique pervertis verba mea, quæ

 non

Digitized by Google

non intelligis. Eſt ubi dicis me appprobare Maſii ſententiam de loco quodam Euangelii: falſum. Alibi aſſeris me tuas interpretationes & originationes amplecti, videlicet pag. 144. & hoc falſum. Vt patrum ſcripta, ſic etiam mea legis. Aliquando male intelligis, aliquando non
61 intelligis omnino. Alius diceret eſſe malitiam, ego ſuſpicor eſſe defectum judicii. Egone pedibus ivi in Maſii ſententiam? Nunquam factum. Quia certi nihil habebam de illo loco, ideo adduxi varias expoſitiones, & in his Maſii quoque, judicium penes lectorem reliquens. Ita facere oportet ingenuum. Sed ais, *Quamvis ego imperitus, meas tamen illas interpretationes Druſius amplectitur &c.* Falleris tota via, imo toto cælo. Rideo potius, rideo quæ ſcribis de Ocmol, Ocmod, Baal & Sabbeth. Adhæc quæ ibi commemoro non ſunt tuæ interpretationes aut originationes, ſed meæ: quas notavi olim ante annos viginti quatuor in commentario ad voces Ebraicas novi fœderis. Qui habent, poſſunt conſulere, ſi velint. Redeamus domum. Cum Phariſæus eſſet Paulus Apoſtolus, erat ἀφωρισμένος εἰς νόμον: cum Chriſtianus, erat ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον. Alluſit ergo ibi ad nomen Phariſæorum. Hoc volui. Quiſque eſt interpres ſuæ mentis. Sequitur in ead. pag. *Et iſto modo multi adhuc eſſent Phari-*
62 *ſæi ſed omnium maxime Novatores Lutherus, Calvinus, prædicantes miniſtrique omnes*, nempe ut Paulus fuit ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον. Audite catholici quid Serarius ſentiat de Lutheranis & Calvinianis. Si ego hæc dicerem, audirem ab eo ſtatim hæreticus. Nam hæretici ſunt, qui laudant hæreticos. Ipſe igitur hæreticus eſt. Sed ridentem dicere verum, quid vetat?

CAP. 7.

Locus Hieronymi quidam ambiguus. Aquiba fuit poſt Chriſtum. Serarius non intellexit Hiero. Epiphanij locus expenſus. An duo Aquibæ fuerint. Tituli graduum antiquitus non erant in uſu. Zacutus unde ſua ſumpſerit.

HIeronymi hæc verba, *E Sammai & Hillel orti ſunt Scribæ ac Phariſæi, quorum ſuſcepit ſcholam Aquibas,* aliquam ambiguitatem habent. Nam illud, *quorum* referri poteſt tam ad Sammai & Hellel, quam ad Scribas & Phariſæos. Ex his verbis colligit Serarius Aquibam ante Chriſti ter ſalutarem ortum fuiſſe. Vide Trihæreſium ipſius, pag. 125. Id jure meritiſſimo reprehendi. 63
Nam primum Aquibas ille non fuit ante Chriſtum: deinde id non ſignificat ibi Hieronymus. Ideo dixi Serarium non ſemper optima fide citare patres; aut, ſi mavult, non intelligere illos. Nam qui non intelligit, non poteſt bona fide citare. Quid ad hæc Serarius? Reſpondet ſe quæ dixit neque temere neque falſo dixiſſe. Imo & temere & falſo. Temere, quia non expendiſti locum illum Hieronymi: falſo, quia R. Aquiba, de quo ibi Hieronymus, non præceſſit Chriſtum *a*, *Imo*, inquit, *ante Babylonicam captivitatem fuit, ut liquet ex Epiphanio, hæreſi 42.* Dixi me illum Epiphanii locum non concoquere: recte ſane. Nam non habeo ſtomachum Serarii qui ſemicocta, cruda, omnia concoquere poteſt. Vt ſtruthiocameli ſtomachus ferrum digerit; ſic ille duriſſima, abſurdiſſima & falſiſſima quæque. De Epiphanio honorifice ſentio. Nolim illi quicquam per me detractum. Suſpicor tamen a Iudæo deceptum, qui ut commendaret traditiones Aquibæ, dixit eum vixiſſe ante Babylonicam 64
depor-

Digitized by Google

deportationem, cum adhuc prophetia in eccleſia Dei vigeret. Sed quis credat, præter credulum Serarium, Phariſæorum traditiones tam *b* antiquas eſſe. Deinde ſi non in illo loco, ſaltem in aliis appellat eum Rab ſive Rabbi Aquiba. Sic nemo vocabatur ante deportationem. Tituli illi recentiores ſunt. Ben Sira, qui diu poſt vixit, non vocatur uſpiam Rabbi. Nam etiam poſt illum inſtituti fuerunt hi gradus. Omitto quod hiſtorici Iudæi unius tantum Aquibæ meminerunt. Thalmud quaſi corpus eſt traditionum. In eo quoque nulla mentio alterius Aquibæ. Sed *R. Abraham Zachuth, qui e Chriſtianis aliquid interdum ſublegit, ſi Epiphanij locum illum vidiſſet, duos notaſſet Aquibas.* Imo potius refutaſſet Epiphanium talia ſcribentem. Quod autem ipſum ais *e Chriſtianis aliquid interdum ſublegiſſe*, ſi de hiſtoria externa loqueris, verum eſt: ſi de Iudaica, vel certe de doctoribus Ebræorum, falſum. Nihil ille in his ſublegit e Chriſtia-
65 nis; ſed pleraque omnia ſumpſit e Thalmud, quod eſt quaſi quoddam jus civile Iudæorum.

Abſolute Aquibam filiū Ioſeph vocant ר׳ עקיבה cæteros memorant cum nomine patris. Nam plures fuerunt. Vide Lex. Chald. עקיבהר.

SCHOLIA.

a) *Veriſſimum eſſe in Serario comperior illud,* γραμμάτων ἄπειρος οὐ-βλέπει βλέπων, *quo ſignificant hominem illiteratum non videre ea quæ videt. Nam ut demus ei duos fuiſſe Aquibas, locus Hieronymi non poteſt accipi de ſeniore, propterea quod ſcribat eum ſuſcepiſſe ſcholam Hellel & Sammai, e quibus orti ſint Scribæ & Phariſæi. Quod ſi de juniore accipias, tum in falſo cubat illud quod aſſerit eum ante ter ſalutarem Chriſti ortum fuiſſe. Oculos in calcaneo geſtat, hoc eſt nihil videt, qui hoc non videt.* b) *Si ſunt tam antiquæ, quid cauſſæ eſſe putabimus, cur prophetæ poſteriores qui circa vel poſt ea tempora floruerunt, nuſquam earum mentionem fecerint? Quærendum etiam, ſi approbatæ fuerunt a prophetis, cur is qui prophetas ubique laudat & commendat, tantopere in eas invehatur? An etiam novator fuit? fuit ſane, ſi calculo Serarij ſtandum.*

CAP. 8.

Gamalielites. Iſraelita. Simeon filius Hellel. Rabban Gamliel quis.

Digitized by Google

quis. Rabban Simeon alius ab eo qui ſine titulo Simeon appellatur. Duo Gamalieles, imo tres. Simeones totidem. 66
loci e Plauto ridiculi.

GAmalieletes habet editio Trihæreſii pag. 138. Id corrigit Serarius, & ait errorem eſſe typographicæ peræ. Operæ, credo, voluit dicere. Corrigit autem Gamalielites, ut ab Iſraele dicitur Iſraelita ſive Iſraelites. Et ut ſe modeſtum probaret, addit nos S. Petro, S. Paulo, denique Chriſto domino ferulam intentare, quibus ab Iſrael eſt Iſraelita. Veh capiti noſtro. Serarius hoc dicit, ergo verum eſt. Serarius eſt mendax, ergo falſum eſt. Vide imperitiam hominis. *a* Gamaliel eſt nomen proprium viri: Gamalielites nomen familiæ, quod Ebraice diceretur גמליאלי, vel cum articulo הגמליאלי ὁ γαμαλιηλίτης. Sic Iſraelita non eſt filius Iſrael, ſed nomen gentile ſive τὸ ἐθνικόν, Iſraeli, & *Nathanael Iſraelita*, Ebraice eſt נתנאל הישראלי ναθαναὴλ ὁ Ἰσραηλίτης. Hæc omnia neſcivit Serarius, & ideo Druſius S. Petro, S. Paulo & Chriſto domino ferulam intentare audet. Sed hem: quid hoc ſibi vult? Contra ſe ſententiam dicit carnifex, *Quoad ipſos vero Simeones*, inquit, *magna foret vel imperitia vel incogitantia, ſi ex duobus feciſſem unum.* At feciſti: ergo magna eſt tua vel imperitia, vel incogitantia. Pronomen quod in *filius ejus*, referunt ad Hillelem. Nam Simeon iſte fuit filius Hillel, ut me docuerunt qui commentati ſunt in hunc librum. Nam diſerte illi: *Simeon filius ejus, videlicet Hillelis.* Rabban Gamliel, qui proxime antecedit, eſt Gamaliel ſenior filius filii, hoc eſt nepos Hillelis. Ergo ut concedamus *b* Simeonem illum fuiſſe filium Rabban Gamliel, non tamen poteſt idem eſſe cum eo qui poſt appellatur Rabban Simeon filius Gamaliel, qui fuit

67

In Iuchaſ. 45.2. Hillel, Simeon filius ejus. Rabban Gāliel ſenex. Rabban Simeon filius Gamliel. Rabban Gāliel. Rabban Simeon filius Gamliel cum Ribbi.

fuit pater Rabbenu Haccados, & filius Rabban Gamliel
ejus qui contentionem exercuit cum R. Ioſua. Id probo
tribus rationibus. Ratio prima, quia diverſos patres ha-
buerunt: altera, quia ſi unus & idem fuiſſet, dixiſſent,
ut ſolent, *Ipſe dicit*, aut *dixit:* tertia, quia prior vocatur
ſimpliciter Simeon, poſterior Rabban Simeon: unde
iidem eſſe non poſſunt. Sed cur filius Hellel non voca-
68 tur quoque Rabban? quia tum, quum illam ſententiam
proferret, gradum non acceperat, nondum promotus
erat ad Rabbanatum. Hæc certa ſunt, quæ tu incerta ſi
velis reddere, habebis tibi adverſantes omnes Iudæos,
qui in librum illum ſcripſerunt. Sunt autem numero
decem, & in iis Moſes Ægyptius, quem Thomas laudat,
& Don Iſahac Abarbenel. Quæ ſubjiciuntur hoc capite
a Serario, indigna ſunt quibus reſpondeatur. Iocos ca-
ptat e Plauto nimis ridiculos. Diceres eſſe ſcurram e
trivio, non theologum gravem ac ſerium.

Sic Hillel & R. Hillel differunt. Hillel Herodis magni tempore vixit. R Hillel eſt alius: cujus illud πολυτρύλλητον אין משיח לישראל non eſt Meſſias Iſraeli. Vide Aloo Ser. 4. c. 42.

SCHOLIA.

a) *Simeon filius Gamaliel, & Simeon Gamalielites ita differunt ut Simeon filius Iſrael & Simeon Iſraelita. Simeon filius Iſrael, cui Iſrael pater* πρός τι, *unus tantum fuit. Simeones Iſraelitæ plures fuerunt. Sane in Euangelio tres memorantur, Simon Petrus, Simon Cananites, & Simon Iſcariotes; qui omnes fuerunt Iſraelitæ. Sic dico, Gamalielita nullum certum Simeonem deſignat. Non ergo idem cum* filius Gamaliel, *quod more gentis additum* διακρίσεως ἕνεκα, *vel certe cognominis loco. Intelligens intelligit quid velim.* b) *Quidam ita cenſent. Sal-*
69 *manticenſis*, Iſte Rabban Simeon Ben Gamliel, filius fuit Rabban Gamliel Iabnitæ, qui contendit cum R. Ioſua. Rabban autem Gamliel filius erat R. Simeon filii Gamaliel, qui exciſus fuit in excidio ædis, & nihil ipſius vidi in Deuteroſi, ſive Miſna. Porro ſunt qui dicant eum eſſe qui memoratur capite primo in Aboth, Simeon filius ejus dicit: quod ita eſſe videtur, cum ſequatur poſtea Rabban Simeon filius Gamaliel dicit. Et ipſe eſt filius Gamalielis ſenis; filii Simeonis filii Hellel ſenis, ut habetur capite primo, tractatu de Sabbatho, Hellel & Simeon filius ejus, & Gamaliel & Simeon filius ejus adminiſtrarunt principatum ſuum, ſtante adhuc æde. *Idem alibi*, Rabban Simeon Ben Gamliel filius Rabban Gamliel ſenioris erat princeps Iſraelitarum, & occiſus fuit in excidio domus, eratque unus ex decem illis qui propter regnum interficiebantur, nepos Rabban Simeon filii ipſius Hellel. *Et mox*, Sunt qui dicunt ejus mentionem fieri capite primo

libri

libri Aboth, Simeon filius ejus dicit, omnibus diebus &c. Addunt, fuiſſe juvenem cum hoc diceret, & ita eſſe videtur, cum ſtatim ſequatur, Rabban Simeon filius Gamaliel dicit, Super. tria &c. Cæterum fuit hic nepos illius, & pater ipſius Rabbenu Haccades *Hucuſque Salmanticenſis. Ecce ut demus Simeonem illum fuiſſe filium non Hellel, ſed Gamalielis ſenis, tamen Serarius qui eum cum altero eundem facit, nonne aperte avum cum nepote confundit? Nonne ex duobus unum fecit Mercurius hic Soſias? Ex dictis clarum duos Gamalieles fuiſſe. Tertium addit Salmanticenſis ita ſcribens*, Tres vocati ſunt Rabban Gamliel. Primus fuit nepos Hillel, qui ſolus ubique appellatur Rabban Gamliel ſenex. Secundus eſt Rabban Gamliel nepos Senioris. Tertius eſt Rabban Gamliel filius R. Iuda principis. Similiter tres dicti ſunt Rabban Simeon. Primus fuit filius Hellel. Secundus Rabban Simeon filius Gamaliel, nepos ejus qui occiſus fuit, ut habetur in capite primo tractatus de Sabbatho. Tertius Rabban Simeon filius Gamliel, pater Ribbi, qui memoratur in capite Haſſocher &c. His addunt quartum qui erat filius Rabbi junioris, qui vocatur R. Simeon hannaſi, id eſt princeps. *Hæc Salmanticenſis Quæ adduxi propter Serarium, qui ſic mecum diſputat ac ſi unus tantum eſſet Simeon, unus Gamaliel in rerum natura. Hoc eſt, ut ipſe loquitur, una hirundo veris, unum folium in ſylva. Tum etiam ut me vendicarem a crimine futiliſſimæ vanitatis, quod mihi temere nimis impingit Serarius, ipſe futiliſſimus & vaniſſimus; ut merito dici poſſit æs tinniens & cymbalum reſonans. Nihil enim in eo ſolidi. Sed ego ita exiſtimo, quo majus crimen ſit id, quod oſtendatur eſſe falſum, hoc majorem ab eo injuriam fieri, qui id confingat. vult enim magnitudine rei ſic occupare animos eorum qui audiunt, ut difficilis aditus veritati relinquatur.* 70

Cap. 9.

Fagiana interpretatio defenſa. Ribbi titulus non præponitur nominibus familiarum. Serarij duo fœdi errores. 71

De Fagiana interpretatione aliquid nunc dicendum, quam Serarius non intellexit. Ea ſic habet, *Ribbi Doſthai filius Iannai nomine R. Meir dicit*: Quæ verba Serarius ita intellexit ac ſi dixiſſet, *alio nomine R. Meir*: cum potius aliter interpretari debuiſſet, nomine, id eſt בשם, quod etiam dicunt משום de nomine. Quomodo hic in textu Ebræo. Nam ſciebat hanc eſſe verborum Ebræorum ſententiam. Hoc ſignificat per hæc verba. *ſed alia debet eſſe, verborum Ebræorum ſententia. Non diffiteor: & quia hoc in illis vidi, ea propter non præciſe dixi, qui alio nomine vocatur Meir: ſed addidi ſecundum Fagianam interper-*

tationem

taitonem. Vidit homo perſpicax errorem Fagii, ſed eum noluit indicare ne Novatores offenderet, quos nimiopere amat. Atqui nullus eſt error in Fagio, ſi verba ejus dextre capiantur. Serarii error fœdus eſt, non Fagii: qui tamen cœptam pergit inſanire inſaniam, *ſane*, inquit,
72 *qui hæc tantum Fagii verba ſpectat, vix aliud quam quod ſcripſi judicaverit quemadmodum ſi dicam, Ribbi Druſius filius Titii, nomine R. Iohannes: Ribbi Scaliger filius Iulii, nomine Ribbi Ioſephus. Sed alia debet eſſe verborum Ebræorum ſententia*, & quæ ſequuntur. Inepte homo, cur non potius dixiſti, *Ribbi Serarius, nomine Ribbi Nicolaus?* Quis unquam audivit Ebræos ita loquentes, Ribbi Kimchi, nomine Ribbi David? Ribbi Iarchi, vel potius Iſhaci, nomine Ribbi Salomo? Nam titulus ille non præponitur nominibus familiarum. Scaliger eſt nomen familiæ, itemque Druſius: quæ familia eſt in Flandria & Brabantia, vanden Drieſſche. Vnde imperite a te dicitur Ribbi Druſius. Nonne hic error turpis ac fœdus eſt? Recte faceret ſummus pontifex, meo judicio, ſi te hoc modo delirantem & ineptientem ſilere juberet, aut ad ultimas Indias ablegaret, ubi nemo te reprehendere poſſet. Nam in Europa ut fortaſſe, quovis, perſuadeas tuis ſociis; tamen catholicis omnibus nunquam perſuadebis. Sem-
73 per erunt qui in tua errata inquirent, tuam imperitiam mundo patefacient.

CAP. 10.

Doſitheus non ambiit Gaonatum. Conjectura de Sereorum familia Genebrardi. Abbreviaturæ genus Raſe Theboth appellatum. corrupti codices non vertendi, ſed emendandi: Haſſonim pro baſſarim.

Verba

VErba Serarii ſunt pag. 176. *Quemadmodum apud Chriſtianos cum ambitioſi quidam eorum quos concupiſſent, ſpeque jam devoraſſent, honorum compotes non facti, turbas ac hæreſes in Dei Eccleſia excitarunt: ſic apud Iudæos Doſitheus & Anan; quorum ſuperius facta mentio, cum Rabbini & Geones ſeu doctores fieri non poſſent.* Quæ adduxi magno bono ipſius. Nam quum pergat accumulare errores, novos veteribus addendo, monendus eſt. Etiam de invito bene merendum quandoque. Doſitheus is, a quo Doſitheani appellati, nunquam ambiit Gaonatum. Quippe dignitas illa tunc nondum erat apud Iudæos. Vixit
enim ſub principatu Sennacheribi, & non defecit ad Samaritas, 74
ſed miſſus fuit ad eos. Vnde male legitur in Trihæreſio, pag. 161. *Anan Doſithei*, quaſi aut filius fuerit, aut diſcipulus Doſithei. Vtrumque falſum. De Anane alias. Illud nunc examinandum quod ſcribit de hæreticorum principibus Sereis. Tuetur ſe autoritate Genebrardi *viri*, ut ait, *doctiſſimi & Ebraicæ linguæ ſcientiſſimi.* Sit ita, ſed an ideo errare non potuit? Erravit ſane una cum Serario. Nam Serei principes hæreticorum nulli unquam fuerunt, neque vox Ebræa שרי eam interpretationem ullo modo admittit. Eſſet enim שרים vel השרים, vel עיראי. Quocirca ludibrium debet Iudæorum pueris q ex illo loco Sereorum familiam primus ſomniavit. Nam familiam ſignificare ibi non poteſt. Dicam quid mihi videatur, conjiciendo tamen, non divinando. Mercerus præceptor Genebrardi edidit tractatum de Abbreviaturis Ebræorum. In eo hæc, de qua nunc agitur, omiſſa: quam
cum legere non poſſet Genebrardus, in Parnaſſo impe- 75
ritiæ dicam, an audaciæ? ſomniavit Sereorum familiam. Somnium hoc Serarius calculo ſuo approbavit. En duo teſtes. Quid amplius requiritur? Nihil, ſi teſtibus agen-

dum eſſet, & non rationibus. Sed nec deſtituitur ratione. *Nam ut ſignificent illa litteræ abbreviaturam*, inquit, *unum aut alterum habere debent ſuperſcriptum apiculum.* Recte. & nonne duo hic ſuperſcripti ſunt apiculi, qui ſignificent ſingulas litteras dictiones denotare? Ebræi hoc abbreviaturæ genus appellant ראשי תבות. id eſt, capita vocum aut dictionum. *Sed quis præſtabit in exemplaribus, quæ habuit Genebardus, Pariſienſi & Veneto illos a apices fuiſſe?* An ſit ulla fueritque unquam Pariſienſis editio illius libri, neſcio. De Veneta præſtare hoc poſſum, qui eam domi habeo excuſam in ædibus Marci Antonii Iuſtiniani. Si mihi non credit Serarius, mittat unum ex diſcipulis ſuis, qui videat, inſpiciat. libenter oſtendam. *At in Ebræo exemplari, quod à Frobenio anno minoris numeri 338.*
76 *excuſum eſt, abbreviaturæ illius neque vola neque veſtigium.* Quid hoc ad me, qui mendas librorum non interpretor, ſed veram lectionem? Corrupti codices non magis excuſant Serarium in hoc loco Cabbalæ, quam in alio quodam loco Gorionidis, ubi Haſſonim legerat pro Haſſarim, corruptam ſcripturam ſui libri ſecutus. * Pars eruditionis eſt tales libros, ubi opus eſt, poſſe corrigere, emendare. Quod Critica præſtat, Serario ea propter adeo inviſa.

* Vt Levit. 23.16. in edit. quæ in 8. folium complicat commẽt. R. Sal. ubi את ſine apiculis, & in alia editione eſt אם תאמר plene ſcriptum.

SCHOLIA.

a) *Apices illos quandoque omitti certum.* *eſt. Id fit in optimis etiam editionibus incuria vel exſcribentium vel typographorum. Vnde occaſio indoctis quidem errandi, doctis autem emendandi quod erratum. Dabo unum exemplum e multis: Gen. 28. in Gerunden. ſic ſcriptum* ר׳ יהודה בר סימון, *quod imperitus legeret R. Iuda Bar, id eſt filius Simonis, cum legi debeat, R. Iuda ben Rabbi Simon, id eſt filius R. Simonis. Nam etiam Simon ille Rabbi erat. Ideo ſine titulo non eſt nominandus. Liquet ex ſequentibus ubi cum duobus apicibus ſcriptum* ב״ר סימון, *quod valet* בן ר׳ סימון *filius R. Simon. Eſt ubi unus apex tantum additus ſit, ſed ea ſcriptura quoque vitium continet. Nam ſunt litteræ ſingulariæ, ut A. Gellius*
77 *loquitur. Sigla vel Singlæ vocant alij. quod breviter ita dicebant quaſi ſingula. Litteræ ſingulæ requirunt duos ad minimum apices, ſive duas virgulas; quarum*

loco

*loco punctis nonnulli utuntur, & tum * ſingula litteræ habent ſingula puncta. Poſſet etiam legi* בר ר/ כימין *quod in idem recidit, niſi quod Bar uſitatum ſit magis apud Chaldæos & Syros, Ben proprium Ebræorum eſt. Obiter obſervo de Simon. Nam dubito utrum Græcum ſit* σιμων, *an ex Ebraico contractum* שמעון *Simeon, unius litteræ eliſione.*

* Interdum. Nam aliqua duo tantum puncta, ut in edit. Conſtantinopolitana libri Michal Iophi.

CAP. II.

An Saducæi omnes Prophetas rejecerint. Dubitatum de his qui in Iudæa degebant. Lex ſcripta quænam. Legis vocabulo etiam prophetas comprehendi. Quid micra? incogitantia Serarij. τὰ γεγραμμένα *Ioſepho, quæ aliis Lex ſcripta.*

AN Saducæi prophetas rejecerint quæſtio eſt hodie mota a Scaligero & a me. Ego nihil definio aut ſtatuo Nam temere non eſt a veteribus recedendum. Tamen Serarius more ſuo, *Divini Grammatici*, ait, *ab iis etiam prophetas, etiam veteris teſtamenti ſcripturas omnes receptas ajunt*. Bellus homo, neſcit diſtinguere inter du- 78
bitare & affirmare. Quantum inter dubitationem & affirmationem intereſt, tantum intereſt inter ſententiam meam & eam quam Serarius mihi affingit. Novum hoc ei non eſt. Qui veritatem oppugnat, debet multa ſæpe fingere ad gravandum antagoniſtam. Dubitandi cauſas habui multas, quas invenies in Sectis lib. 3. cap. 9. Nam ad argumenta Scaligeri ego etiam quædam adjeci: quæ Serarius refutare conatur tantum, non refutat. *Lex*, inquit, *eſt lex Moſis*. Imo interdum appellatur lex totum vetus inſtrumentum. Si negas, os tibi obſtruet a Thanchuma in hunc modum ſcribens, *Apoſtata Iſraelis dicebat Prophetas & Hagiographos non eſſe legem neque credebant eis*. debuiſſet addere, *& oſor* τῆς ἀληθείας *veritatiſque Serarius*. Eodem modo ſumitur lex ſcripta, quam Ebræi

vocant תורה שבכתב, ut cum Elias aſſerit Saducæos non
credidiſſe εἰς νόμον ἄγραφον, ſed εἰς νόμον ἔγγραφον tantum.
Nam duplex lex apud Iudæos. Scripta & oretenus tradita,
quam appellant תורה שבעל פה. Vtramque recipiebant
79 Phariſæi: alteram Saducæi, qui non ſcriptam rejiciebant.
De Saducæis loquor qui in Iudæa morabantur. Nam de
aliis alia ratio. Nam Sicimitæ prophetas repudiabant.
Erant enim apoſtatæ τοῦ ἔθνους, ut loquitur Ioſephus.
Commentator ſuper Aboth (vel unus, vel plures, vel
omnes, ſiquidem nomina non ſunt addita) ait eos inniti
Scripturæ. Quid Serarius? *Scripturæ*, inquit, *ſed non addit
univerſæ*. Cur adderet, cum vox מקרא, qua uſus eſt non
uſurpetur de lege Moſis ſola? proprie prophetas deſignat.
Ipſe fateris pag. 182. voce illa univerſe veteris Teſta-
menti libros appellari, vel certe illos, qui a quinque
Moſis libris diſtincti, ut Prophetæ: quemadmodum no-
tat Elias in Theſbite, & in doctiſſima præfatione Maſo-
reth Hammaſoreth. Agnoſcit, opinor, verba ſua. Pro-
fecto invidia & odium hominem adeo tranſverſum ege-
runt adeoque memoriam ejus læſerunt, ut quod in una
pagina ſcripſit, in altera non meminerit. Quum tamen
80 mendacem oporteat eſſe memorem. Si *b* Ioſephus ait Sa-
ducæos τὰ γεγραμμένα amplexos, non eſt dubitandum,
quin in mente habuerit univerſam legem ſcriptam,
qua ſupra omnes libros 24. contineri diximus. Robur
addit huc opinioni quod Ebræi Scripturam τὴν γραφὴν,
vocant הכתוב, quod ſonat τὸ γεγραμμένον: tum etiam illud
quod Act. 23. non dicantur negare prophetas: *ſed neque
ibidem*, inquit Serarius, *dicuntur negare inferos*. Imo di-
cuntur. Nam qui negat reſurrectionem, negat inferos.
Miror hæc tam ſubtilem theologum effugere potuiſſe.
Sed mirari deſino quum audio poëtam dicentem, *Homo*
illiteratus

Digitized by Google

illiteratus videndo non videt Illud mirum. Sua non videt, qui in aliis tam cernit acutum. Si poſt canonem defecerunt, credibile eſt eos qui in Iudæa degebant, non auſos fuiſſe repudiare prophetas. Nam de iis qui apud Samaritas agebant, quos gentis ſuæ apoſtatas appellant, quin prophetas repudiarint, nullus dubito. Forte Patres de his intelligendi. Quæro nunc a Serario, ſi Caræi hodierni de reſurrectione, præmio ac pœna diſſident ab 81
antiquis, quid abſurdi ſi dicamus Saducæos quoque, qui Iudæam incolebant, de prophetis diſſenſiſſe ab iis qui Sicimis habitabant, & ab autore ſectæ ſuæ Sadoco? Clauſula erit ut Serarius, quoniam fruſtra ac nequicquam nos oppugnavit, & quia pertinax eſt, ſuam ſibi de hac re opinionem habeat & valeat.

SCHOLIA.

a) *Ex Thanchuma quem hic laudo, diſcimus totum vetus inſtrumentum antiquitus legis vocabulo ſignificatum fuiſſe. Cui firmando ſunt Chriſtus hymnos Davidicos legem Iudæorum Ioh. 15. 25. & Apoſtolus prophetiam Ieſaiæ ſimpliciter legem appellantes. 1. Cor 14. 21. Vide ſodes Hiero epiſt ad Algaſiam, qu 8. Sed & Rom. 3. 19. locus ille* ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, *aliter accipi nequit. Quod Græca ſcholia Veronæ impreſſa ſignificant per hæc verba:* νόμον ἣ λέγει πᾶσαν τὴν παλαιὰν, *id eſt legem dicit totum vetus teſtamentum.* b) *Locus Ioſephi habetur Orig. lib. 13 cap 18. & in Sectis meis. pag. 75. Cum autem in oppoſito ſint* τὰ ἐκ παραδόσεως, *videtur particula univerſalis utrobique ſubaudienda. Nam ut omnia* τὰ ἐκ παραδόσεως *rejiciebant, ſic omnia quoque* τὰ γεγραμμένα *recipiebant. Quod ſi hoc falſum, ergo & illud. Cæterum pars illa* ἀπεὶ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωυσέως νόμοις *non excludit prophetas. Nam quid prophetæ aliud quam ipſa lex, quam explicant? Quod in lege Moſis non habetur, nec apud Prophetas habetur. Sub prophetarum nomine comprehendo etiam ſcripta Hagiographa, quæ* הכתובים *vocant Ebræi.*

Autor More part. 2. c. 45. ubi de Hagiographis. Omnes, inquit, ſcripti ſunt θεοπνεύστως hoc eſt ב״רה. & omnes etiā 82 vocantur נביאים in genere fol. 122. p. 1.

CAP. 12.

Pirke Aboth & Pirke Eliezer diverſi. Serarij lapſus. memoriæ vitium ſenile. Kados & Kades ut differant. Serarij halucinatio, quam fruſtra excuſare conatur.

Pag. 20.

Digitized by Google

PAg. 20. *Sed Pirke Aboth libellum cum Pirke Eliezer conjunxi. Eſt hac non Scaligeri, ſed Druſii animadverſio. Sic pro Hectore Ajacem poſuit Tullius, pro Tibullo Naſonem Seneca.* Neſcio quid velit. Vtrum licere ſibi cum Tullio & Seneca nomen unum pro alio ponere, hoc eſt Aboth cum Eliezer permutare? Sed forte agnoſcit μνημονικὸν erratum quale in Tullio & Seneca. Si hæc ei mens, taceo, verbum non addo. Nam & me hominem eſſe ſcio. Quis enim memoria non labitur aliquando? Præcipue ſenes
83 laborant hoc vitio: unde ſenile, id eſt γεροντικὸν ἁμάρτημα dicitur. Pag. 210. *Nec vero eandem eſſe vocum illarum ſignificationem dixi: ſed ſimilitudinem tantum, ejuſdemque radicis communionem. Ideoque falſo ac inepte mihi eandem attribuit ſignificationem Druſius.* Neque falſo, neque inepte. Nam dixiſti vocem KADOS Deut. 23. 37. ſpurciſſimis accommodari & meretricibus & catamitis. Nonne hoc perſpicue falſum? Nonne hic pædagogis ludibrium debes, qui ſciunt catamitum קדש KADES, meretricem autem קדשה KEDESA, non קדוש KADOS dici? Nam KADOS duntaxat ſanctum denotat. Niſi haberes frontem meretriciam, nunquam hæc ita excuſaſſes. Sed quid tu non audes apud tuos ſocios, quibus hæc ignorata; quos ſtipites & fungos eſſe arbitraris?

CAP. 13.

Secta & ordo ſive ſocietas differunt. Haſid melius redditur benignus, ſi vera quæ R. David de hac voce notavit. Serarius ex veteratore factus novator.

84 PAg. 223. *Haſidæorum ſectam dici*, ait Serarius *quid vetat*? Si omnis ordo ſecta dici poteſt, ergo tot ſunt ſectæ in eccleſia Romana, quot ordines. Et quid vetat, hoc magiſtro

magiſtro dici, *ſecta Ieſuitarum?* debet ergo mutare titulum libri ſui, & pro Trihæreſium reponere Tetrahæreſium. Nam quum diverſa eſſet ſocietas Haſidæorum a reliquis tribus, ut jam abunde probatum eſt, non tres celebriores olim ſectæ fuerunt in Iudæa, ſed quatuor. Pag 225. *Chaſid in Scripturæ textu verti modo a novatoribus benignum improbabam:* & mox, *Probare igitur conatur Druſius lib. 4 cap. 11. illud bonum eſſe. At probare deberet eſſe melius.* Imo probavi melius eſſe, ſed adjeci conditionem hanc, ſi verum quod R. David annotat de hac voce, quam ita a juſto diſtinguit ut Haſid ſit qui plus facit quam teneatur lege facere. Hoc ipſe ridiculum eſſe dixerat, quia videlicet ridicula omnia homini ridiculo. Nam & illud ridiculum quod חסיד Haſid nove juſtum interpretatur contra omnes & veteres & recentiores tam Ebræos quam Chriſtianos. O egregium novatorem. 85
Quam pœnitet me quod ipſum veteratorem appellaverim.

Cap. 14.

Populus terræ quinam. Turba המון בני אדם*, οἱ τυχόντες. Nathanael, Lazarus, Hanna, an fuerint e populo terræ?*

Pag. 227. *Iudæorum illud, Populus terræ non eſt Haſid, videtur a Druſio minus bene intelligi, cum populum terræ plebeios exponit homines.* Ita videtur Serario, mihi aliter videtur. Nam plebeios homines voco vulgus indoctum & imperitum, quales fere ſunt e fece plebis, quos Gerundenſis Levit. 19. 2. המון בני אדם Græci τοὺς τυχόντας appellant. In euangelio Iohannis dicuntur ὄχλος, id eſt, turba: de quibus Phariſæi peſſime ſentiebant. Nam primum veſtitum eorum abominabantur: unde illud,

Veſtes populi terræ conculcatio ſunt Phariſæorum. Deinde legis imperitos eſſe pronuntiabant: ex quo Iohan. 7. 49. *Sed turba hæc, quæ non novit legem, execrabilis eſt.* Po-
86 ſtremo, ut alia omittam, ineptos judicabant ad ſtudium legis. *At ex iis ſunt non raro viri optimi, numinis metuentiſſimi, religioſiſſimique & vere, ut Ebræi ajunt,* חסידין מאם. Vbi hoc ajunt? Nam nihil tale unquam legi apud Ebræos. Pii eſſe poſſunt qui tamen non ſint Haſidim nomine ſtrictius accepto, ut cum ajunt, *Populus terræ non eſt Haſid.* Nam in his peritia requiritur rerum ſacrarum. Apti ſaltem debent eſſe ad legem diſcendam. Elias Theſbite, *Vocant eum qui non novit doctrinam legis populum terræ. Nam abſolute & ſimpliciter populus vulgaris, hoc eſt vulgus promiſcuum, ignorant legem.* Commentarius in Aboth, *Populus terræ in quo non eſt lex; ſed via terræ, & vocatur populus terræ, quia idoneus & aptus eſt ad inhabitandum terram, agros, & vineas colendum: ſed non ad ſtudium legis.* Nathanael, Lazarus, Hanna & ſimiles apti erant ad capiendum verba legis, hoc eſt Evangelii: igitur non debuerunt recenſeri a Serario inter plebejos & indoctos, quos Ebræi populum terræ nuncupant.

Cap. 15.

87 *Novitatis ſtudium in Serario. Naziræus & Nazaræus. Chriſtiani olim dicti Nazoræi. Quo ſenſu Heſſæi vocentur Nazirim.*

PAg. 232. *Sed vide in divinis Grammaticis quantum novitatis ſtudium. Dixerunt hactenus Chriſtiani Græci & Latini Nazaræos & Nazoreos, etiam ipſimet ſacri ſcriptores & euangeliſtæ: iſti vero Neziræos aut Naziræos.* Dixit quæ voluit, audiat nunc quæ non vult. Vide in Serario vere-

ratore

ratore quantum novitatis ſtudium. Dixerunt hactenus Chriſtiani Latini Aſſidæi: iſte vero Aſidæi ſive Haſidæi vel Chaſidæi. Haſid interpretati ſunt omnes veteres tam Græci quam Latini ſanctum aut pium, id eſt ὅσιον: iſte vero juſtum. Vide & carpendi pruriginem. *Græci* ait *dixerunt Nazaræus*. At non omnes Græci. Quin LXX. interpretes, licet Græci natione non fuerint, Græce tamen interpretati ſunt Iud. 13. 5. & 7. & 16. 17. ναζιραῖος.
Quid multa? Malui dicere Naziræos vel διακρίσεως ἕνεκεν, 88
hoc eſt differentiæ cauſa. Nam antiquitus Nazaræi vocabantur etiam Chriſtiani, qui legem cum euangelio conjungebant. Quin Chriſtus ipſe nuncupatus fuit Nazaræus a Naſareth oppido, & ab eo aliquamdiu reliqui Chriſtiani dicti ſunt Nazoræi, ut videre eſt in Actis Apoſtolorum. Salmanticenſis, vel potius qui editioni libri ipſius præfuit, & titulum concinnavit, vocat Heſſenos Nazirim, id eſt ſanctos, non dicit eſſe ſecta Naziræos. Hoc reprehendit momus, qui nihil probare poteſt niſi quod eſt e moneta imperitorum. *Si Druſium*, inquit, *vocarem catholicum, nonne eſſe aſſererem?* Sive aſſeras ſive non, tamen Druſius eſt catholicus, & erit quamdiu illi Deus vitam conceſſerit. Aſſertio neminem facit hæreticum, multo minus appellatio. Chriſtum Phariſæi aſſerebant eſſe ſeductorem populi: an ideo ſeductor erat? manduconem: an propterea manduco erat? Videndum etiam a quo quis vocetur hæreticus. Abraham hæreticus erat Sabiis, Moſes idololatris, Chriſtus Phariſæis: ſic ego hæreticus ſum Serario. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Satis eſt ſi ei par fuerit.

CAP. 16.

Iuſtum dici qui vir bonus eſt non ignorarunt Grammatici. 89

Iuſtitia pro virtute apud Salomonem. An juſtus etiam dicatur qui eleemoſynam dat. Apoſtrophe ad ſocios pro Serario.

DIxeram Haſid ſignificare ſanctum & pium, & reprehenderam Serarium, qui vocem illam juſti vocabulo reddidiſſet. Quid ille ad hæc? *O Grammaticos*, inquit, *qui quod Ethica philoſophia Theologiaq́; norunt tyrones, ignorant; juſtitiæ videlicet nomen ſæpe generatim pro tota virtutum complexione ſacroque veluti choro accipi.* Quanquam multa ignoro (quis enim omnia ſcit præter unum Serarium) tamen hoc ſcivi priuſquam ipſe ſciret Alphabetum ſuum Græcum aut Ebraicum, & in libellis meis olim notavi, quod auditores mei ex me centies audiverunt, qui omnes clamant Serarium merum ſycophantam eſſe. Diu eſt cum locum illum Salomonis, *Corona decora canities; in via juſtitiæ invenietur*, explicarem, in via virtutis invenietur. Notum mihi a multis annis & illud ex Ethicis Philoſophi, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ'
90 ἐςίν. Scio etiam virum bonum juſtum dici, καὶ ταυτὸν εἶναι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ δίκαιον, ut Epiphanius aſſerit hæreſi vigeſima ſecunda. Sed quid his juvatur Serarius? Non agitur de Philoſophia Ethica vel Theologia: ſed de vocabulo Ebraico חסיד, quod ipſe perperam inſciteque interpretatur juſtum. Quid? Ethici & Theologi, cum juſtum exponunt virtute præditum, an iidem dicunt idem Haſid ſignificare? Nonne Apoſtolus Epheſ. 4. 24. aperte diſtinguit inter δικαιοσύνην, id eſt, juſtitiam (virtutem, probitatem) & ὁσιότητα, id eſt pietatem? Nonne theologus inſignis Oecumenius ad illum locum annotat. δικαιοσύνη δὲ ἡ καθολικὴ λέγεται ἀρετὴ, ὁσιότης δὲ ἡ καθαρότης; Si δικαιοσύνη & ὁσιότης differunt, ergo etiam δίκαιος & ὅσιος,

hoc eſt

hoc eſt juſtus & pius, qui Ebraice חסיד. Quid? Nonne juſti eſſe poſſunt, qui tamen non ſunt pii, & contra? Nam pietas reſpicit Deum proprie, ut juſtitia proximum. Neque Serarium juvat quod addit juſtitiam aliquando pro eleemoſyna uſurpari. Nam ut juſtum ſit eleemoſynam dare, tamen qui eleemoſynam dat, non 91
vocatur uſitate ac proprie juſtus, id eſt Saddic, ſed potius Haſid, id eſt benignus aut beneficus. Sed novatori Serario aliter viſum, cui nefas contradicere. Agite igitur, o Socii, & doctori veſtro epinicion accinite ob partam de grammaticis duobus tam inſignem victoriam: qua ita proſtravit eos, ut poſthac non ſint in ipſum pugnaturi, aut arma ſumpturi amplius. Valete ac plaudite.

SCHOLIA.

חסיד & צדיק ut differant More part. 3. cap. 53. Simeon Iuſtus & Simeon החסיד ſanctus diverſi ſunt. Vterque memoratur in Iuch. 2. & 2. in præfat. δίκαιος & ὅσιος ſimul leguntur epiſt. ad Tit. 1. 8. quorum illud ad poſteriorem tabulam legis, hoc ad priorem ſpectat.

FINIS.

I. DRVSIVS

Lectori S.

MOnendus es, lector, Reſponſionem hanc paratam fuiſſe ante menſes tres quatuor, videlicet paucis diebus poſtquam Serarii Minerval ad manus meas veniſſet. Non potuit ὁ τυπωτὴς ſtatim 92
excudere. Poſt cum ſub prælo eſſet, inter corrigendum, ut fit, quædam notavi, quæ nunc ſub Appendicis titulo tecum communico. In quo ſi aliqua repetentur, nihil mirum. Qui cum homine tali decertat, cogitur hoc ſæpe facere. Vale ac fruere, Druſiique memoriam uſurpa in precibus tuis: qui cum hæc ſcriberet, minus belle valebat. Heu mortales. Mors ſupra caput eſt, & nos adhuc litigamus. Ita poſcit adverſarii pertinacia, ne quid dicam gravius.

Valeat poſthac, valeat & reſpondeat pro me puer aliquis. Quod jam factum eſſet, ſi ego voluiſſem. Fiet profecto, ſi hoc modo calumniari ſeque defendere perrexerit. Nam ego mihi perpetuum ſilentium indixi.

93 ## APPENDIX.

Explicatus locus Davidis ex Pſal. 119. increpo pro perdo. Superbi errantes quinam. Error doctrinæ. Serarius notatus.

PSal. 119. 21. in Ebræo eſt, *increpaſti ſuperbos maledictos, qui aberrant a mandatis tuis.* Prius erat in Latina vetere, *increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Annotat autem R. David præter. ibi poſitum eſſe pro fut. *Increpabis.* Hoc primum: deinde verbum Ebræum, quod reddunt, *increpaſti*, quando ſine Beth conſtruitur ſignificare idem quod perdidiſti, ut ſenſus ſit, perdes arrogantes maledictos, &c. Sed quomodo ſuperbi qui errant? Nam per errorem aliquid facere & per ſuperbiam opponuntur. Errant a præceptis, quoniam de induſtria dataque opera & quaſi per ſuperbiam ac præſumptionem negligunt, imo contemnunt, doctrinam. Ideo ſuperbi vocantur. Superbia eſt cauſſa imperitię, & imperitia erroris. In hanc ſententiam dictitant Ebræo-
94 rum doctores הוי זהיר בתלמוד ששגגת תלמוד עולה זדון hoc eſt, a *Eſto admonitus de doctrina: nam error doctrinæ aſcendit in arrogantiam.* Nam qui propter ſuperbiam non didicit quæ diſcenda ſunt, in multis ut erret neceſſe eſt. Error excuſari aliquo modo poteſt, ſuperbia minime. Ea ſiquidem errorem inexcuſabilem reddit. Error ergo qui cauſſam habet arrogantiam dupliciter culpandus eſt. Nam inter mala error, & vitium non leve ſuperbia. Hanc ſententiam, quam explicat David Camius pſalmo memorato, in littera Gimel, ita retulit Serarius ut eam non intel-

intellexiſſe videatur, & certe non intellexit. Nam error doctrinæ ex imperitia. Ipſe autem cum dixiſſet, *Scientia inflat, & ſuperbiæ quædam veluti pabula ſunt illa omnia*, ſubjicit, *Error doctrinæ, inquiunt Ebræi, gignit arrogantiam.* Imo *aſcendit in arrogantiam*, hoc eſt, eo ut habeatur pro ſuperbia & arrogantia. Quanquam imperitia Serarii ſatis arrogantem eum facit. Ægerrime fert detegi errores ſuos. Vnde riſus & ira. Ridet quæ non intelligit, & iraſcitur bene de ſe meritis, quibus ideo nullam quietem 95
dat, quod ſperet ſe, quos ratione non potuit vincere, maledictis & ſarcaſmorum aculeis, convitiorumq; mole oppreſſurum. Nam in eo genere non æque omnes valent. ego illi palmam non invideo.

a. SCHOLION.

Moſes Ægyptius hanc ſententiam aliter extulit שגגת יחיד בהוראה קרוב למזיד נחשב. *Samuel Abben Thibbon in explic. vocum peregrinarum in præfat. In More fol. 168. pag. 2.* שגגת תלמוד עולה זדון *quod ibid explicat & poſtea* הוא קרוב למזיד. *Vide ſis locum, ſi vacat. Aliquid fieri dicitur 4. modis. Invito, per errorem, per ſuperbiam, manu elata i. per contumaciam, proterviam aut pertinaciam. ibid. Si quis peccaverit per errorem ac ſi peccaſſet* במזיד *per contumaciam quia error doctrinæ aſcendit in arrogantiam* רמה״ק *107. 1.*

Adducta gnome Rabbinorum, quam Serarius deſcribendo corruperat.

Pag. 110. *Rabbini tradunt Machalo ceth eſſe diviſionem, ſeparationem & contentionem ejuſmodi, qualis fuit ipſius Coræ, Dathanis & Abironis.* Imo etiam Hillelis & Sammai contentio מחלקת dicitur. Sed hæc fuit propter Deum, illa vero minime ut ipſi dicunt. Vide Aboth, cap. 5. Sequitur in Serario, *Hancque præclaram addunt illi gnomen, Col hannechelac hal rabbo, veelu nechelac hal Haſſechinah, id eſt: Omnis qui adverſus magiſtrum ſuum contendit, is adverſus Deum ipſum contendit.* Hic ſcire velim a Serario quid ſit veelu? Nam non intelligo. In verſione habetur, *is*

contendit:

96 *contendit*, id eſt הוא. An legit litteram pro littera, hoc eſt beth pro chaph? ut ſit Cheillu, quod ſcribunt כאלו ac ſi. Sententia eſt. Qui contendit cum præceptore ſuo ac ſi contenderet cum divinitate. Ebræa ſunt, ſi quis forte ea deſideret כל הנחלק על רבו כאלו בחלק על השכינה. Quæ aliter vertas & fortaſſe melius, *Quicunque contendit cum principe ſuo.* Nam רב etiam princeps. Par ambiguitas in illo, *ſit timor* רבך *principis tui* (alias *præceptoris tui*) *ut timor cæli*, id eſt Dei.

Serarium lectionis quæ ſine punctis, imperitum eſſe. Quod antiqui e pro a, & a pro i legerint.

Legere ſine punctis dicitur qui legit ea quæ non habent adſcripta puncta. Nam alioqui ſine punctis nemo legere poteſt. Sunt enim quaſi anima conſonantium. Vt corpus non movetur ſine anima, ſic litteræ non leguntur ſine vocalibus. Porro ſine punctis legere
97 paucis hodie conceſſum. Scripſit ea de re librum Genebrardus: quem ſi legit Serarius, parum ex eo profecit. Nam peſſime legit Ebræa. Sæpe mihi ridendi cauſſam dedit. Quis enim ſe contineat, ſi audiat Ion pro Iavan pag 93. & beith pro beth, Hammitbechim pro Hametabbechim pag. 96. & Mandin pro Menaddin, & becal pro bechol, & Mecholelim pro mechallelim, & leil ſabbath pro lel, & leil riſon pro lail p. 109 & beth ſcheni pro baith, & maeminim pro maaminim, & Haheninim, id eſt, ההיבינים pro העבינים & ebal pro abal p. 141. & Hoſci pro Hoſe vel potius Oſe p. 209. & Anuah pro Anava & ſcibchei pro ſchibhe 215 & Eſcham pro Aſcham 230. Doleo certe virum talem, dum perperam ridet alios, tantam irridendi ſui occaſionem doctis hominibus dediſſe. In maeminin & ebal non tam error lectionis eſt; quam

falſa

Digitized by Google

falſa perſuaſio quam habet de chateph patach. Nos eam alibi refutavimus. Sed inſtat & ait p 79. *Et tu dixiſti antea pro puro patach interdum ſcribi e, ut in Melchi ſedec.* Non hoc ita dixi: ſed pro a, veteres aliquando legiſſe e, hoc eſt ſegol pro patach. Quod nihil facit pro Serario. Non n. Patach efferebant per e, ſed ſegol. Sic eſt profecto. Vbi nunc patach, veteres interdum legebant ſegol. Id ſonat e breve. 98
Hinc Melchiſedec. Sic pro chirec legebant interdum patach, ut in Mariam, & magdal. Scheva non habet certum ſonum in antiquitate. Hodie quidem exprimitur per e breviſſimum: ſed antiqui aliquando per a, interdum per alias vocales exprimebant, ut videre eſt in Chanaan, Solomo, bijom. Sæpius omittebant ut in Breſith, Smoth &c.

An Sadoc aſſecla fuerit Doſithei.

PAg. 170. *Doſitheum cujus aſſecla Sadoc traditur.* Verba ſunt Serarii, quæ non concoquo. Nuſquam enim traditum, quod ſciam, Sadocum aſſeclam Doſithei fuiſſe. Nam aſſecla eſt ἀκόλουθος, qui aliquem aſſectatur. Quomodo aſſectari potuit Doſitheum, qui eo tempore non vixit? Nam Doſitheus Sennacheribo coævus fuit: Sadoc autem diu poſt hæreſim ſuam condidit. Fuit enim certe 99
diſcipulus Antigoni Sochæi, qui Simeoni Iuſto ſucceſſit: Simeon iſte creditur eſſe idem cum Iaddua, qui Alexandrum excepit. Quot igitur anni Sennacheribum inter & Alexandrum, totidem, & eo plures, fuerunt inter Doſitheum & Sadocum hæreſiarcham. Quocirca propter ἀναχρονισμὸν non potuit Sadoc aſſecla eſſe Doſithei, nec Doſitheus, quod idem alibi affirmat, magiſter Sadoci. De Doſitheo vetuſtiore loquor. Nam Sadoci magiſtrum facere Doſitheum recentiorem, qui poſt Chriſtum vixit, hoc vero eſt inſanire, & in antiquitatis cognitione ſe puerum eſſe oſtendere.

Digitized by Google

An Saducæis prophetarum vaticinia παραδόσεις fuerint.

ASſerit hoc Serarius pag 181. per hæc verba, *Quicquid in quinque libris Moſis non erat, hoc ipſis erat παράδοσις.* Serarius aſſerit, quis dubitat? Aſſerit, nec probat, quis non dubitat? Hic locum habet illud quod Scaligero
100 dicit pag 67. *vel proba vel tace.* Certe ſi non poteſt probare, tacuiſſe melius fuiſſet. Contrarium probari poteſt hac ratione, παράδοσις vocatur, quod a majoribus traditum non habetur in lege ſcripta. Nihil autem in prophetis quod non ſit in lege ſcripta. Ergo nulla in iis παράδοσις vel traditio. Sed de hac re, ut & de prophetis, an a Saducæis omnibus rejecti fuerint, dicemus alias ſi Deus voluerit: de quo eo accuratius videndum, quo difficilius eſt τὸ μεταδιδάσκειν & a vulgo hominum impetrare, ut ſemel receptas opiniones, quantumvis falſas & abſurdas, patiantur ex animis ſibi revelli.

Quæſtio ridicula. Inniti Scripturæ quid. MICRA.

HOmo ridiculus ubique invenit quod rideat. *Decem,* inquit p. 186. *ſuper Aboth commentati ſunt, novem ubi ſunt?* Abſurda quæſtio, nec minus ridicula: ad quam ipſe melius reſponderet, qui omnia ſcit, qui novit quæ
101 Iovi Iuno in aurem dixit. Nam ſi non ſunt in paradiſo Iudæorum, tum ego profecto, ubi ſint, neſcio. Dum ridet, nihil reſpondet ad rem. Dixeram ſub voce מקרא, quam Scripturam interpretatus eram, etiam prophetas comprehendi. Cur hoc non refellit? cur tacet, ubi loquendum? An ei aqua hæret? Adjutare hominem, ſi patitur, libet. Inniti ſcripturæ aliud nihil eſt quam recipere totam ſcripturam. Nam vox Ebræa univerſam ibi ſcripturam denotat. Nunquam de lege ſola dicitur. Interdum de prophetis uſurpatur excluſa lege. Hoc infitiari non poteſt ipſe Serarius, niſi quæ ſcripſit revocare, hoc eſt ſibi

Digitized by Google

eſt ſibi contrarius eſſe velit. At non eſt ſtatim ac temere mutanda ſententia. Ita ſcivit, qui aliis inconſtantiam obijcit. Ipſe igitur inconſtans qui p. 184. affirmat, quod p. 186 negat. Sed ſi Saducæi Scripturæ innitebantur, ergo non legi tantum. Quid evidentius?

Aquiba non ſuſcepit ſcholam Hill. & Sammai. Scal. defenſus.

PAg. 157. *Ideoque nihil niſi fumus illa Scaligeri: Aquiba natus anno primo Chriſti. fuit proſelytus. Quomodo igitur, ut vult Hieronymus, potuit Sammao & Hilleli ſuccedere in ſchola: ſiquidem Hillel florebat annis 140. ante Chriſtum. Quomodo hoc defendi poteſt?* Vere fumus Seratio; qui oculos ejus ita læſit ut non poſſit videre quod vel cæcus videat. Nam ſi vixit ſub Hadriano, quomodo potuit ſuccedere iis qui ſub Herode magno vixerunt? *Potuit*, inquit, *mediate*. Audiamus hiſtoriam. Hilleli & Sammæo phariſæis immediate ſucceſſit R. Iochanan filius Zachæi, qui eo in loco Aquibæ poſtponitur. Quomodo igitur Aquiba mediate ſucceſſit, & is qui ſecutus eum eſt immediate? Hunc nodum ſolvat nobis clariſſimus dominus doctor: qui ſic inſtat, & ſecundo, inquit, *dici poteſt Aquibam ſuſcepiſſe ſcholam non Hillelis & Sammai: ſed Scribarum & Phariſæorum*. Acute. Suſcepit ergo ſcholam phariſæorum? Quorum? An eorum quos ibi Hiero. memorat? Sed hi omnes Aquibæ poſtponuntur. Quomodo igitur potuit eorum ſcholam ſuſcipere? Adhæc Hellel quoque & Sammai phariſæi fuerunt. *Imo ex eis orti ſunt ſcribæ & phariſæi:* quibus Aquibas in ſchola ſucceſſit. Cum venia cumque pace Hieronymi dictum hoc ſit. Origo ſcribarum & phariſæorum multo eſt antiquior. Ne autem errent adoleſcentes Serarii acumine decepti, ſciendum eſt quæ de duplici ortu phariſæorum in Trihæreſio ſcribit merum ſomnium eſſe; ut bene

 docteq;

doctéque Scaliger obſervavit. Faceſſat igitur illud, *dici poteſt*. Nam quæ dici poſſunt ſimpliciter, non recte dicuntur κατά τι. Qualia ſunt quæ Serarius attulit ad excuſandum Hieronymum: qui ſi viveret, ſcio, hoc modo defendi nollet. Nam homines abſurde alicui dediti cum eum excuſant, magis accuſant. Vir ſapiens corripi mavult. Scitum illud, *meliora ſunt vulnera amici, quam oſcula inimici*. Inimicus enim certe qui dilaudat quod reprehendere deberet.

De juramento Heſſæorum.

104 IVramentum eorum qui noviter acceſſerunt cum juramento præſidum confundit Serarius. Dixeram autem Zacutum hæc diſtinguere. Sic eſt profecto, Ideo bis utitur verbo adjurandi. Quod non feciſſet, meo judicio, ſi unum idemque fuiſſet juramentum novitiorum & præſidum. Quæ cum ita ſint, tamen nec reprehendo nec excuſo Zacutum, ut nec Ioſephum, rem totam in medio relinquens. Tantum dico, *Si recta Zacuti diſtinctio, Serarium non recte intellexiſſe Ioſephum*, quem ad Zacuti mentem facile accommodare potuiſſet. Quid ad hæc ille? *Imo*, inquit, *Zacutus non incommode poteſt eodem modo quo Ioſephus accipi, ut in omnia hæc ſacramenta ipſi, qui ad eam vitæ ſocietatem admittebantur, adigerentur tyrones.* Sed reclamat iteratum verbum, de quo dixi. Nam de novitiis ait, *adjurant eos*: de præſide vero, *adjurant eum*. Non ergo errat Druſius, ſed Serarius: qui ne quidem hæc Zacutum ſcripſiſſe ſciret, niſi Druſius indicium feciſſet.

Secta nomen medium eſſe. An Haſidæi ſecta dici poſſint. Hæreſis Ieſuitarum alia.

105 S*Ecta*, inquit p. 223. *& in bonam partem & in malam ſumitur.* Quis negat? Res liquida minemeque controverſa non eget probationis. *At negaſtis Haſidæorum ſectam*

ſectam dici, quod olim Druſius affirmavit. Inconſtantiæ iſtud quidem, ſed quæ, ſi fieret aliqua in melius mutatio, laudaretur. At facta eſt mutatio in melius: ergo laudari debet. *Sed tamen Haſidæorum ſectam dici quid vetat?* multa. Nam ſi ſecta eſt Iudæorum, aut eſt una ex tribus, aut quarta aliqua hactenus ignorata. Vnam ex tribus non eſſe abunde, ut reor, probavimus. Si quarta eſt, quomodo qui erant ex una aliqua trium ſectarum, Haſidæi nuncupantur? Vbi ſectam eſſe nego ſermo mihi de ſectis Iudæorum. Alioqui ſi ſectam intelligis ordinem aut ſocietatem, non nego ſectam dici poſſe aut hæreſin. Quo ſenſu & Serarius dici poſſet hæreticus. Quid enim obſtat? Nam ſacerdos eſt ſectæ ſeu hæreſeos (ita ipſe voluit) Ieſuitarum, quam ſocietatem appellant. Hoc volo, Quæſtio eſt non de nomine late ſumpto, ſed de ſecta, prout ſumitur cum Phariſæorum, Saducæorum aut Heſſenorum ſectam dicimus: aut cum olim tres fuiſſe ſectas in Iudæa ſtatuimus. Hoc Serarius non neſcivit quidem (non enim adeo ſtupidus eſt) ſed voluit cavillari, cum aliud nihil haberet quod diceret. Nam ſilere talem virum turpe eſt. Qui enim ſilet, culpam agnoſcere videtur. 100

Haſid aliquando pium, aliquando benignum denotare, nunquam autem juſtum Serarius notatus.

HAſid nunquam juſtum ſignificat, ſed vel ſanctum vel benignum: ſanctum id eſt, ὅσιον, quod proprie pium denotat. Alioqui ſanctus etiam ἅγιος dicitur, qui Ebræis CADOS. Quæſitum autem ex me fuit aliquando cum veteres interpretentur eam vocem *ſanctum*, & recentiores *benignum*; utra interpretatio melior eſſet. Reſpondi melius reddi pium quam ſanctum. Nam dictio ſanctus ambiguitatem habet. hoc primum: deinde aliquando melius reddi benignum. Sane Pſal. 145. 17.

107 ubi vetus editio, *Iuſtus DOMINVS in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis*, eſt cur malim *benignus aut miſericors in omnibus operibus ſuis*. Contra quum Ebræi dicunt, *qui intrat & facit Haſid eſt*, elegerim pius quam benignus, ut ſenſus ſit, Qui templum intrat & facit quod ibi docetur, pius eſt. Sed inſtat Serarius, *& ſi hoc verum*, inquit, *indicat eum qui juſtus eſt Haſid poſſe vocari*, pag. 242. Negatur. Nam eſſe poteſt benignus, qui non ſit juſtus, & e contrario juſtus qui non ſit benignus. Quid moror lectorem? Quæ David rex apertiſſime diſtinxit, ut videre eſt in loco ſupra citato, ea non deberet novator Serarius confundere. Pertinacia hæc eſt nimis evidens & manifeſta.

An olim mendici fuerint apud Iudæos. Liberalitas exulum Belgarum erga pauperes.

VEri Iudæi hoc eſt legis obſervatores, non patiebantur quenquam pauperem eſſe: unde legimus, *non erit in te pauper*. Textus Ebræus habet אביון, quæ vox potius
108 inopem ſonat, Sed hoc leve. Quum lex de pauperibus lata obſervaretur nulli erant pauperes in Iudæa. Nam ideo lata ne ulli eſſent in ea gente. Fere ſemper neglecta fuit ideoque ſemper pauperes fuerunt. Cui firmando illud Chriſti Matth. 26. 11. *Semper enim pauperes habetis vobiſcum*. Prius Moſes dixerat Deut. 15. 11. *non deerit pauper e medio terræ:* quod explicant, ſemper habebitis pauperes in omnibus habitationibus veſtris, quæ vel in terra promiſſa vobis, vel extra illam terram. Sed hac de re alias plura, ſi Deus voluerit. Cum nulli pauperes eſſent, nemo mendicabat: neque ſequitur, Pauperes erant, ergo mendicabant. Mendicaſſe tamen quoſdam notatum a Serario, cui falſum ac effutile illud, *Veri Iudæi non mendicabant*. Verum hodie Iudæi non mendicant, ut per-

ut perhibent, qui eorum notitiam habent. Nam audita
tantum refero. Non en. unquam cum eis verſatus ſum,
aut commercium habui. Illud adſeverantius affirmo,
Quum puer Londini habitarem; inter exules Belgas,
qui plurimi erant, neminem fuiſſe, mihi quidem no- 109
tum, qui mendicarit. Tanta erat ad pauperes alendos
divitum liberalitas. Mirabantur Angli & ego cum illis.
Ego magis mirabar, quod ſcirem in Belgio magnam tur-
bam fuiſſe mendicantium eo tempore, licet opibus ac
divitiis magis abundarent. Cauſam quærenti non alia
viſa eſt, quam quod ii qui ſe ſponte in exilium dabant
propter conſcientiam, ſimulatque in Angliam veniſſent,
ſe ad aliquod opificium applicabant. Cæteri qui propter
ſenium aut morbum infirmiores erant quam ut victum
ſibi parare poſſent, alebantur ex publico, aut a certis
mercatoribus, in queis & parens meus Clemens, mihi
non ſine honore nominandus: qui dando, ſuos pauperes
fecit. Credat qui volet, Ex mille ſexcentis Flandricis,
quas in Angliam intulerat, poſt octennium cum in patri-
am rediret, tantum extulit centum libras. Alias centum
ſub initium an. 1567. depoſuerat apud Thomam Meri-
deth mercatorem Anglum, qui poſtea teſſeram fregit &
foro ceſſit. Cavete Belgæ: ego interea his relictis me con- 110
vertam ad Serarium, obnixe ab eo rogans, ut mihi
enarret verba hæc Davidis, *Adoleſcens fui & ſenui, & non
vidi juſtum derelictum & ſemen ejus quærens panem.* Quæ
ſi vera, veri Iudæi non mendicabant. Veri, hoc eſt juſti
& ſemen eorum. Nam quod de Lazaro adfert, parum
ipſum juvat. Hiſtoria Lazari mendici non eſt vera hiſto-
ria, ſed parabola tantum. Ex parabola nihil probari po-
teſt. Alioqui ſequeretur animas defunctorum linguam
habere & quidem corpoream, cujus ardor ex igne infer-
nali

Digitized by Google

nali frigida reſtingui poſſet. Apage Theologiam quæ hoc docet aut defendit. De his fortaſſe nervoſius aliquando Scaliger, cujus eſt,

Veri Iudæi non mendicabant,

Nuſpiam enim hoc a me dictum aut ſcriptum. Quanquam ille

Iam monte potitus.

Ridet anhelantem dura ad faſtigia turbam. & in hac Ieſuitam Serarium: cujus Minerval ne dignatus quidem fuit ſemel legere, ut ipſe ad me ſcripſit.

111 *Quomodo nomina Ebraica Latine ſcribenda: ibidemq́ de littera Ain per aſpirationem non exprimenda.*

QVę de ſcriptura nominum Ebraicorum mihi notata, non revoco. Certa enim ſunt & ſolida. Hoc tantum addo, quod novum in auribus meis, obſervatum autem Serario pag. 211. a Tullio conceſſam eſſe libertatem ſcribendi Aſidæus vel Haſidæus. Scilicet Tullium peritiam habuiſſe ſermonis Ebraici. Ideo conceſſam ſibi abs eo aliiſque bonis autoribus, & ab ipſa etiam ratione cum ſcribendi tum pronuntiandi libertatem non patitur ſibi eripi Serarius: *nec alius quiſquam*, inquit, *patietur qui cum mea naviter contulerit Druſii diſputationem: in qua de Ain littera per aſpirationem proferenda totis ei reclamant lateribus alii novatores Iunius ac Tremellius, apud quos ſemper Iabacob Heſſau &c.* ὀςτεκρότον. Si Tremellius & Iunius ullas rationes habuerunt, ego meas habui. Nam ſecutus ſum analogiam ſimilium nominum, quæ per Ain ſcribuntur.
112 Moveor etiam autoritate primum Hieronymi, qui ſcribit Ain vocalem eſſe, nempe quia per nudam vocalem efferebatur, hoc eſt ſine ulla omnino aſpiratione: deinde Nicolai de Lyra cujus locum alibi produximus. Quod ſi Ain eſt aſpiratio, tres erunt aſpirationes apud Ebræos.

Ebræos. Quæ ſcriptura obnoxia eſt iis incommodis, quibus olim fuit littera S, tribus Ebraicis reſpondens. Sunt autem Samech, Sade & Sin. Vnde prodigioſi nec non infiniti errores cum apud Patres, quando interpretantur nomina Ebraica, tum præſertim in libro nominum, qui vocatur a Græcis Ἑρμηνεία τῶν Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων: quem laudat præter Originem & Iuſtinum, Euſebius hiſt. eccleſ. lib. 2 cap. 18. Eucherius quoque & Remigius & alii vocant librum de nominibus Ebraicis, vel de interpretationibus, in quo quod nuſquam ſit Iahacob, Heſau, Schimhon &c. ideo Serarius ait *ſe iſta non probare, tantum libertatem adſtruere, uſum ſequi, de hiſce omnibus vehementius nunquam pugnare.* Si uſum ſequeris, cur ſcribis Haſidæus? ſi libertatem adſtruis, cur tollis eam in 113
Naziræus & Ebræus? An mihi non licet idem quod aliis? Aut ſi libertas eſt, cur improbas Ebræus? An uſus tibi potior ratione? Quod ratio permittit id non poteſt uſus abolere. Cur non potius ſcientiam tibi ſervas, uſum vulgo relinquis? Ita enim decet virum doctum.

De cælicolis. An a Sammai Rabbino dicti Samijn. Domus Hellel & Sammai. Solicolæ. Baal Samen.

Cœlicolæ alii erant meri Iudæi, alii meri Chriſtiani. De Iudæis capiendus eſt Benjamin, quod aperte ſignifico in Sectis meis, pag. 212. Hos Serarius non a Samaim, i. cœlo, ſed a Sammai Rabbino dictos opinatur. male. Nam a Sammai non poteſt dici Samijn, quod ſcribunt שאמיין. Adhæc diſcipuli Sammai vocantur paſſim apud Ebræos בית שמאי id eſt domus aut familia Sammai: quæ pugnaciter certabat de quibuſdam cum diſcipulis Hillelis, qui ſimiliter vocantur בית הלל domus aut familia Hellel. Nihil certius. Familiam intelligo ut cum dici-

114 mus *tota Peripateticorum familia*, id eſt ſecta, cum alioquin diſcipuli eorum dicerentur תלמידי הלל & תלמידי שמאי Ceterum Samijn, vel, ſi mavis Samijm, non tam Cœlicolas quam cœleſtes denotat, id eſt, οὐρανίους; ut *Dea cæleſtis*, quæ & Vrania. Cœlicolas autem dico qui cœlum colunt, ut de Iudæis canit poeta quidam, *Nil præter nubes & cæli lumen adorant*. Ad quod exemplum Solicolæ dicuntur qui ſolem adorant. Cœlum autem & pro ipſo Deo ponitur, ut ibi, *peccavi in cælum*, & apud poetam, *cælo gratiſſimus amnis*, id eſt Deo aut cœlicolis. Nam cœlicolæ dicuntur etiam qui cœlum incolunt, inhabitant. Hi Ebraice dicerentur proprie יושבי השמים, & Chaldaice יתבי שמיא. Nam Samaim cœlum, quod ἀρχαικῶς legebant Samen, *unde Baal Samen*, id eſt dominus cœli. Samen pro Samaim, ut Meſrem pro Miſraim, & Ephrem pro Ephraim.

Diſcipuli quinam.

115 Diſcipuli vocantur & qui aliquem docentem audiunt, & qui ſectam ipſius ſequuntur. Sic ſane Lutherani omnes dici poſſunt diſcipuli Lutheri, & Lojolitæ, diſcipuli Lojolæ.

De Heſſæorum etymo.

Heſſæorum etymon, quod in libello de Haſidæis notavimus, firmant Scholia Græca his verbis, τρεῖς γάρ εἰσιν αἱρέσεις γενικαὶ παρὰ Ἰουδαίοις, Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι καὶ Ἐσσηνοὶ οὗτοι τὸν βίον σεμνότερον ἀσκοῦσι φιλάλληλοι ὄντες καὶ ἐγκρατεῖς. διὸ καὶ Ἐσσηνοὶ προσαγορεύονται, ἤγουν ὅσιοι. ἄλλοι δὲ αὐτοὺς Σικαρίους ἐκάλεσαν, ἤγουν ζηλωτάς. חסי quod ſcribunt חסאי, ὅσιος, & חסאין ὅσιοι. Sic a שמי eſſet שמאין Sammaitæ. Quanquam hoc proprium, illud appellativum.

FINIS APPENDICIS.

SIXTINVS AMAMA

Lectori S.

QVandoquidem multa in Druſianis hiſce & Scaligeri Elencho Græcorum authorum teſtimonia Latinè non verſa occurrunt, ut & aliæ ſubinde voces, quæ Lectorem à Græciſmo non ſatis paratum tardare poſſent, Operæpretium duxi ea ipſa interpretandi laborem capeſſere. Maximè cum authorem plerorumque qui hic citantur rariora apud noſtram Iuventutem ſint & exemplaria Græca & verſiones. Vnde nec ea ſæpe præterbitavimus quæ relatis jam ante abundè ſententiis appoſita ſunt. Ebræa ipſi authores ſat fideliter reddidére,ut hic induſtriæ noſtræ nihil fuerit relictum. Dum indicamus paginas, paginas veteris edit. intelligimus, eas nempe quas in margine conſpicies. Vale lector & ſicubi lapſi ſumus, cogita & extra Profeſſionis noſtræ circum pedem hic poſitum & pleroſque authores,quorum teſtimonia hic vertenda erant ad manum nobis non fuiſſe; valeatque mihi vel illud apud te ad veniam.

Ex Libello de Haſidæis.

Pag. 21. Memoratur ex Ioſepho eadem hiſtoria quæ ex Gorionide Ebraicè præmiſſa & verbo tenus verſa eſt, ut opere pretium viſum non fuerit prolixâ iſta narratione hanc appendiculam augere.

pag. 25. Circa finem. Suidas de Heſſeis. In contemplatione plurimum permanent. Ac inde Eſſæi vocantur, illud indicante nomine q. d. contemplativi.

Pag 26. In libello cui titulum fecit de eo, omnem probum liberum eſſe,citante Euſ præpar lib 8.&c. Sed nec quiſquam ex crudelibus iſtis vel ex alteris fucatis ac ſubdolis evaluit prædictum Eſſæorum ſeu Oſiorum cœtum in crimen vocare.

Paulo poſt lin 9. Dicuntur a. apud ipſos quidam nomine Eſſæi multitudine ſupra quatuor millia; qui, meo quidem judicio,nõaccuratâ græcæ linguæ forma à Sanctitate denominati ſunt: poſtquam &in hismaxime Dei cultores exiſtunt.

Eâdem pag. ex Philone, Innumeros autem præſtantiorum Legiſlator noſter ad ſocietatem incitavit, qui vocantur Eſſæi, a ſanctitate ut mihi quidem videtur appellationem conſecuti.

Sequitur locus Photij, Lectæ ſunt eorum qui apud Iudæos & Theoreticè & practicè philoſophati ſunt vitæ:quorum alii quidem Eſſeni,alii verò Therapeutæ vocabantur. Qui & Monaſteria & Semnea,quibus ipſis verbis utitur *(Philo)* conſtruxerunt &c.

In fine pag lin antepen. Sign. enim certe *therapeutas*, non morborum (*medicos*) ſed Dei ſive pietatis (*cultores*) &c.

pag. 28. lin. 8. In libello, quod omnis probus liber ſit, *ita ſcribit*, hi quidem primò vicatim habitant, civitates fugientes ob familiaria civibus earum vitia; Scientes, non minus periculi eſſe ab iis qui nobiſcum agunt quam ab aëre corrupto & peſtilente,propter immedicabilem quæ animis injicitur contagionem.

Ex Libro Druſii de Sectis.

Pag.13. Edit. primæ, quæ incipit linea 5. pag. 54. hujus editionis novæ, de Imperatrice Ratione quem librum Maccabaicum inſcripſêre.

Pag. 21. lin. 5. ſeu linea 2. p. nova edit. 59. & ante victoriam triumphum canere. *Et paulo poſt.* Sed de his duobus ut & Eſſenis in ſecundo Rerum Iudaicarum accuratè documus.

Pag. 22. Itaque abſurdum eſſe putavi errantem in tanti momenti rebus diſſimulari veritatem, Et Parthos quidem & Babylonios & remotiſſimos Arabum & contribules noſtros ultra Euphratem habitantes & Adiabenos mea diligentiâ accurate cognoſcere unde exordia ſum pſerit, per quas clades progreſſum fuerit, quomodo denique deſierit bellum. Neſcire verò hæc Græcos & ex Romanis eos qui militiam ſecuti noneſſent, captos vel adulationibus vel figmentis &c.

pag 27. anaphorikos relativus.

pag. 28. Krinomenon, quod in quæſtione eſt.

pag 41. phariſaioi &c. quod diviſi eſſent ab aliis. Phares n. Ebraicè interpretatur diviſio. *Paulo poſt apokekom menos* abjunctus. Videbantur n. *verba Theophyl* & ratione vitæ & ſcientiæ abjuncti ab aliis & ſuperemiuere. *Suidas, phares* n. Ebraicè diviſio interpretatur aut præciſio.

pag 44. Suidas, Phariſæi, quod eſt ſi interpreteris ſeparati. Separabant quippe & ſejungebant ſe ab omnibus aliis & ad potiſſimum accuratiſſimumq; vitæ genus & ad Legis præcepta.

pag. 56. Deutera &c. Secunda vero ad præceptorem eorum Akibam ſic dictum aut Rabbi Aquibam.

pag. 65. Epiph de Scribis, Qui Deuterotæ erant Legis, quaſi Grammaticam quandam ſcientiam docentes, cætera Iudaicè viventes.

pag. 67. Ioſephi locus Orig. lib. 18. cap. 2. Voluntatem hominis non privant impetu a ſe ipſo pendente (*.i libertate ep' autois*) Quippe ſic Deo placitum eſſe ut certo temperamento miſcerentur in unum fati decretum & ratio humana, ſi quis vellet accedere vel ad virtutem vel vitium. *Et Captiv. 2. 12.* Et quidem facere quæ juſta ſunt vel negligere ſecundum majorem partem in homine ſitum eſſe.

pag. 69. ou dei gar &c. Nec n. oportet ex profano exquiſitiſſimi ſtyli charactêre illiteratorum & piſcatorum ſcripta judicare, hinc n. hæreſes oriuntur.

pag. 70. tais de. His verò facilitatem ad vitam redeundi.

pag. 75 Nun de &c. Nunc verò oſtendere eſt animus Phariſæos multa legitima tradidiſſe populo ex Patrum continuata traditione quæ in Legibus Moſaicis ſcripta non ſint, quæque proinde Sadducæorum genus rejiciat, aſſerens, ea demum cenſenda legitima eſſe quæ ſcripta ſunt, quæ verò ex traditione ſunt, omninò non ſervanda.

pag 81. De Bano, ſolitum fuiſſe frigidâ noctu diuque crebrò ſe abluere ad ſanctimoniam.

pag. 84. Echouſi &c. Habent & alias quaſdam veſaniæ priſcas conſuetudines. Vrinâ n. ſe proluunt, poſtquam ab externis venerint, polluti videlicet. Similiter & aquæ ſe cum veſtimentis immergunt, ubi contigerint aliquem alterius gentis exiſtentem. Pro Inquinamento enim habent a quopiam contingi, aut contingere alium aliquem alterius dogmatis hominem. *Et paulo poſt*, ſimiliter & circumciſione & Sabbathum & ſtudium non contrectandi quemquam (abominantur n. omnem hominem) communia habent.

pag. 88. Apodekatoun &c. Decimabant

bant etiam decimas vel decimarum etiam decimas dabant. Primitias etiam dabant, triceſimas & quinquageſimas, ſacrificia etiam & vota firmiſſimè ſolvebant.

pag 98. echontes &c. Habentes quaſdam fimbrias ſignificativas inſtituti ipſorum.

pag. 100. Malignus igitur & qui in Elxai locutus eſt qui cogebat non ſolum per Deum ſed & per Salem &c.

pag. 112. Fatum & Aſtronomia multùm apud ipſos in uſu erant.

pag. 118. Sicarii latronum genus. Sicas autem Romani recurvum enſem vocant. *Suidas*, Sicarii dicuntur Pharizæi ut zelotæ.

pag. 121. Epiph. Erat a. & quidam ſacerdos Sadoc nomine priſcis temporibus. Sed non permanſerunt hi in præſulis ſui doctrina.

Et paulo poſt Nominant hi ſe ipſos Sadducæos arrepto vid. a juſtitiâ cognomine. Sedec n. juſtitia. Iuſtos n. ſe ipſos cognominabant.

pag. 1.1. lin. 5. aut ab Hæreſiarcha Sadoc nominantur.

pag. 128. Saducæi avulſio a Doſitheo exiſtentes.

pag. 146 Act. 23. 8. Saducæi enim dicunt non eſſe Spiritum. *Et paulo poſt Theophyl.* Certum eſt, quod aut per Sp. S. aut per Angelum de reſurrectione edoctus ſit. *Et rurſus paucis interjectis,* Spiritum a. S. ignorant, non enim hoc digni ſunt.

pag. 147. lin. 7. ſubſiſtentiam animæ, *Et lineis quinque interjectis*, Animæ autem permanentiam negant. *Et una rurſus interjecta*, Saducæorum autem opinio animas ſimul cum corporibus demolitur. *Vbi nota Omiſſam ab authore voculam logos quæ ex Ioſepho ſupplenda.*

pag. 152. Hapanta &c Omnia autem in noſtra ipſorum poteſtate ponunt, ut & bonorum nobis ipſis authores ſimus & infortunii, ſi deteriora conſilia ſequamur. *Et lib. 2. Capt cap. 12.* Ajunt autem in hominum electione & bonum & malum ſitum eſſe.

Ibid. cap. 12. de mor. Sad. Saducæorum genus etiam erga ſe invicē moribus ferum eſt, & in converſatione erga ſocios crudeles ſunt quaſi erga exteros.

pag. 153 dia to. Eò quod aliàs tolerandi non eſſent a plebeiis

pag. 161. ta panta &c. Omnia autem pariter cum Samaritis obſervant. Non erant autem hi Samaritani ſed Iudæi, Ieroſolymis enim ſacrificabant.

pag. 167. Kai ouden. Et nihil ad Bacchum.

pag. 178 Moſchopuli locus. Ieroſolyma unde componitur? Ab *hieros* Sacer & Solyma. Solyma a. eſt nomen loci, Qui hinc oriundi, Solymitæ dicuntur. *Et mox &c.* Ieruſalem unde fit? Ab *hieros* & Salem. Salem a. interpretatur pax. *Et paulo poſt, ouden hugies* nihil ſani.

pag 209. teleutaſantos &c. Vbi a. Onias ſummus ſacerdos in fata conceſſiſſet, filius ejus Simon ſuccedit, qui & juſtus cognominatus eſt propter pietatem ejus in Deum & benevolentiam erga concives ſuos.

pag. 213. Alloi &c. Alii autem hæreſin quandam apud Iudæos eſſe prodidêre. *Et mox*, Alii a. Eſſenos Sicarios vocarunt. Vid. zelotas

pag. 215. Egkrateian. Continentiam ait Xenophon virtutis fundamētum eſſe.

pag. 239. Sebas &c. Reverentia autem apud eos poſt Deum maxima Legiſlatoris eſt, ita ut ſi quis eum blaſphemaverit, morte mulctetur.

pag 242. Locus Porphyrij. Poſtquam & ipſi aliter non ſedent niſi foveam pedis unius fodiant veſteque ipſam circumtegant ne ſplendorem Dei contumeliâ afficiant Ea enim eorum eſt frugalitas & diætæ tenuitas & paucitas ut in Sabba-

 tho,

tho exoneratione iis opus non ſit; quod ſervare ſolent in hymnis Deo & in requiem.

pag. eâdem. Diaetai &c. Dividuntur & juxta tempus ſuſceptæ abſtinentiæ in 4. ordines: tantumque hi qui juniores ſunt inferiores æſtimantur vetuſtioribus, adeo ut ſi aliquos eorum contigerint, laventur quaſi ex contactu alienigenæ.

pag. 243. Vitæ longioris ſunt adeò ut complures eorum vitam ultra centeſimum annum protrahant idque ob diætæ ſimplicitatem ut ego quidem arbitror, & bonum ordinem.

pag 244. (ubi male 43.) Ex hac autem aſſuetudine ſeu exercitio eam conſecuti ſunt tolerantiam ut miſerrimè torti, vincti ac per omne genus tormentorum tranſeuntes, ut aut Legiſlatori maledicerent aut comederent quippiam ciborum inſolitorum, neutrum admiſerint. Illud autem egregiè in Bello contra Romanos geſto oſtenderunt. Quin ne eò quidem adigi potuêre ut vel cruciantes torto reſve ſuos blandimentis ſibi conciliarent vel flerent. In mediis quinimo cruciatibus ſubridentes & iis qui tormenta admoverant illudentes, hilares animas efflarunt quaſi eas denuo recepturi eſſent. Invaluit quippe apud eos hæc opinio, corruptibilia quidem eſſe corpora, materiamque eorum non eſſe perpetuam, ſed animas immortales perennare & de æthere ſubtiliſſimo advenientes, quaſi carceribus ita corporibus implicari, naturali quadam illecebra. Vbi verò a carnalibus vinculis relevatæ fuerint, quaſi a longâ ſervitute liberatas tunc lætari eas ſublimeſque ferri.

pag. 245. Sunt & inter eos qui futura prænoſcere promittunt, ſacris vid libris & variis ſanctificationibus, prophetarumque dictis innutriti. Rarum autem eſt quod in prædictionibus a ſcopo aberrent. *Paulò poſt, apud Euſ. Pamphili &c. Apo de tas.* Tali diæta cum utantur & exercitatione circa veritatem & pietatem, nón mirum ſi inter eos multi ſint qui & futura præſciant veluti ſacris libris variiſque ſanctificationibus & Prophetarum ſententiis innutriti Rarum autem eſt quod in prædictionibus aberrent. *Vbi pro aſtech leg. aſtochouſi. Et tollendum punctum quod poſt diaphorois.*

Et tribus vocibus interjectis, Atq; hæc Porphyrius ex antiquis ut videtur monumentis de dictorum virorum pietate pariter & philoſophia in tertio libro eorum quos de abſtinentia animalium elaboravit, teſtatus eſt

pag. 246. Hocq; faciunt viri quatuor millium numerum excedentes.

Ibidem. houtoi. Hi primò vicatim habitant, urbes fugiunt ob familiaria civium earum vitia.

pag. 247. Conſectaneis eorum aliunde venientibus omnia quæ habent exhibentur quaſi eorum propria eſſent, & ad eos quos ante non viderunt ingrediuntur ceu ad familiariſſimos. Curator autem peregrinorum aliquis egregius ex ordine aliquo in ſingulis civitatibus deſignatur aſſervans veſtes eorum aliaque neceſſaria.

EX SPICILEGIO.

Pag. 262. Tharſus autem Tharſenſibus nomen dedit, ſic enim olim Cilicia vocitabatur. Cujus rei ſignum eſt, Tharſus n. urbium ejus celeberrima & Metropolis vocatur, prima nominis litera theta in Tau mutatâ.

pag. 266. Pachus. Craſſus quidam exiſtens.

Ex Elencho Scaligeri.

pag. 1. Polemika Polemicæ debacchationes. Multi enim paſcuntur in Europa populoſa Librarii, Typographi immenſa prælia ntes.

Ibid.

Ibid. Solus ſapit, cæteri velut umbræ volitant.

pag. 8. Halon balo. Clavum clavo & paxillum paxillo pellere *Et paulo poſt*, dicere quidem turpe at tacere grave eſt.

pag. 9. Hos loid. Qui conviciis affe-ctus non reponit convitia.

*pag.*14. Sic enim ſe ipſos nominarunt quaſi propter bonos mores& non potius imitantes peſſima opera & in hoc ſtudio omnem modum excedentes.

Et paulo poſt, Suſtema. Cœtus pius & ordo religioſus. *Suidas.* Zelotæ, Legis obſervatores.

pag. 15 lin. 3. ne per ſomnium. *Et lin.* 4. ſeptimanas ſeptimanarum. *Lin 8.* tranſpoſuiſſe feſtorum tempora ac in Autumno Pentecoſten celebrare.

pag. 16. Epiph. hær. 33. Sampſæi interpretantur Solares.

pag. 17 circa finem in Parenth. Quis enim numen contumeliâ afficit? *Et lin ſeq.* Idololatricas.

pag. 18. Pauſanias, In hac Panegyri Myagro ſacra faciunt, Heroi iſti pro hoſtiis ſupplicantes & Myagrum invocantes.

pag. 21. in fine capitis, eorum qui pro mortuis baptizabantur.

pag. 23. Serpentem honorabant.

pag. 24. Iulij Africani. Herodes cum Gabiniorum civitatem olim Samariam dictam reconderet, Sebaſtem eam appellavit.

pag. 30. Incipiebat autem Thebulis eò quod Epiſcopus factus non eſſet omnia perturbare ex ſeptem hæreſib. exiſtens Et ipſe erat ex populo. Ex quibus & Simon, unde Simoniani; & Cleobius, unde Cleobieni; & Doſitheus, unde Doſitheani; & Gorthæus, unde Gorthæeni & Maſbothæi, unde & Menandrianiſtæ & Marcioniſtæ & Carpocratiani & Valentiniani & Baſiliani & Saturniliani.

pag. 32. quemadmodum nec Iudæos, ſi quis rectè excutiat, confiteatur eſſe Saducæos, aut ſimiliter hæreſes Geniſtarum & Meriſtarum & Galilæorum & Hellenianorum & Phariſæorum Baptiſtarum &c.

pag. 36. lin. 1, ſolus a. um. *Et paulo poſt, lin. 5.* per conceſſionem & quaſi precariò.

pag 40. Omnem impudentiam & ſtuporem.

pag. 45. lin. ult. De Domo teſtis.

pag. 49. Miſit en. Ariſtobulus Pompejo inſigne donum, vitem auream D. Talentorum. Cujus & Strabo Cappadox meminit his verbis, venit & ex Ægypto legatio & corona ex aureorum quatuor millibus & ex Iudæa ſive vitis ſive hortus. Hoc opus vocabatur *Terpole* delectamentum Atque hoc donum nos ipſi vidimus ſuſpenſum Romæ in templo Iovis Capitolini hanc inſcriptionem habens, Alexandri Iudæorum Regis. Æſtimabatur a. D talentis.

pag. 60. Omnia Iudæis paria habentes præter abominationem Gentium & ſtudium non contrectandi quempiam. *Et paucis interjectis*, Aquâ una cum veſtimentis abluuntur poſtquam aliquē alterius gentis contrectarunt. Pro inquinamento n. habent *&c. Vide ad pag. 85. de 3. Sectis.*

pag 61. Hoi Sophoi. Eſt interpretatio Latinorum qua antecesſerunt.

pag 61. Per ſomnia turpem ſeminis excretionem efficientium.

pag 65. to echein. Phylacterium manu geſtare indicabat mandata Dei re exequenda eſſe.

Paulò poſt, Etenim ut coccineum panniculum vobis ipſis circumponeretis, præceptum vobis eſt, quo per eum Dei vos non caperet oblivio: & phylacterium literis quibuſdam, quas omnino ſanctas eſſe intelligimus, in tenuiſſimis membranis deſcriptis, circumdare vos juſſit,

juſſit, & per iſta religionem quandam vobis incutiens.

pag. 67. Solent a. ii qui accuratiſſimè loqui ſolent Phylacteria clavos purpuræ vocare.

pag. 68. Mala enim quædam punica in quatuor angulis amiculi quiſque habebat ex ipſo ſtamine illigata. quo tempore continebant ſe &. in caſto erant.

Paulo poſt, kraſpeda fimbrias. Si quādo continentiæ operam dabant. *Et rurſus,* dilatare fimbrias. *Et circa finem, in ſtoliſmo hagio, veſtitu ſacro.*

pag. 75. (Sic n rep. ne pro 58.) anatethrammenos Enutritus in civitate hac ad pedes Gamalielis. *cheirotheſia.* Manuum impoſitio.

pag 78. dodekaete, Decennium.

pag 79. Obſtupeſcebant a. omnes qui audiebant eum ob intelligentiam & reſponſa ejus; & videntes eum attoniti fuere.

pag. 80. Epigonus Epiſc dixit, Frater & noſter in miniſterio cooperarius Victor, ætatis reſp. Pater & ipſo profectu vetuſtiſſimus & laudatus vir.

Quæ pag. 81. occurrunt jam ante ad p. 75. libri de Tribus ſectis explicata ſunt.

pag. 89. Theſauros. Theſaurus Carbones. Prov.

pa 90. endiatheton mente conceptum, *prophorikon* quod profertur.

pag. 91. Lingua aberrans vera dicit. Et hoc Phocylidis eſt.

pag 92. Chriſtus convitio proſciſſus non reponebat convitia, iſti nullo convitio proſciſſi convitia evomunt.

pag 93. Didicit & ipſe ab Hillel & Sammai.

pag. 104. Vſibus meis iiſque qui mecum erant miniſtrarunt manus meæ.

pa. 106. Mortui Leonis corpus etiam lepuſculi, contumelia afficiunt.

pag. 107. hodou. Viæ tritæ diverticulum videtur quærere.

pag. 109. Anaſtaſin. Reſurrectionem enim fatentur & apud ipſos ſunt inſtituta &c.

Quæ pag. 113. (Vbi male in margine 117.) occurrunt Ioſephi verba, ſupra verſa ſunt, ad Druſii Sectas pag. 75.

pag. 114. Apolutikon, q. d. dimiſſorium.

pag. 118. Archontikai. Imperatrices & aeriæ poteſtates, principes mundi, dæmonia.

Paulò poſt, ou ſunanairei, non ſimul tollit genus. *Et paucis interjectis,* Sacerdotem ex genere Levi & Aharonis.

pag. 119. Saddoukaioi Sadducæi dicunt non eſſe reſurrectionem, nec Angelum nec Spiritum: Phariſæi autem confitentur utrumque.

pag. 120. agnoaſan. Ignorant autem mortuorum reſurrectionem & non credunt: Sp. quoq; Sanctum non admittunt.

pag. 123. nou. Mentis quidem guttulæ, at verborum rivi.

pag 126. Samareis. Samaritæ, Cuſtodes & a Somor. Ieſſæi a Ieſu & a Ieſſe. Ieſus a ſanando, quod Medicus ſit & quod Salvator. *Et linea interjecta,* Ieſſæi, ſive a Ieſſe ſive a nomine Domini noſtri cognominati ſunt Ieſſæi, eo quod a Ieſu ortum trahant, diſcipuli ejus exiſtentes.

129. in fine, Locus Suidæ. In contemplatione plurimum permanent, unde & Eſſæi vocati ſunt illud ipſo nomine indicante q. d. contemplativi. Quia Eſſæi longe præſtātiores ſunt multumq; antecellunt phariſæos ratione inſtituti.

pag. 130. Theorein. Contemplari. *Proſblepein* intueri. Contemplamur a. mente, videmus oculis.

pag. 131. In argumento capitis. Oſſæi juxta exactam Dialectum Græcanicam; Eſſæi juxta minus accuratam.

pag. 132. Dicuntur Eſſæi ex mea opinione licet nō adeo exactâ Græcanicæ Dialecti normâ, derivatione a pietate facta.

pag.

Digitized by Google

Pag. 133. A Græco enim deducit, ouk akriboos de. Sed non accurate vel exacte, nam per contortionem *apo tas hoſiotatos* dicti ſunt. *Et paulo poſt*, Vocantur Eſſæi *apo tas hoſiotatos*, ut ego quidem opinor appellatione hâc inſigniti.

pag. 137. Photius. Ea quæ funeſta vel minus boni ominis videbantur, non exprimere omnibus veteribus curæ fuit, maxime Athenienſibus. Itaque carcerem domicilium nuncupavêrunt, & tortorem, publicum; Erynnes, Eumenides, aut ſerias Deas; Scelus abominandum, *Agos.* Acetum, mel: fel, dulce; Cloacam, canalem; Grammatici talia per Antiphraſin dicta appellant. Novi autem quoſdam, inquit, Philologorum qui Simiam appellare conſuevêrunt *Kallian* pulchram.

pag. 138. juxta majus & minus.

pag. 139. Vtrum melior ſit probus nummus an verò adulterinus: *Ibidem. Thamna.* Thamnam verò Topharchiam adminiſtraturus Iohannes miſſus eſt.

pag. 147. *Abaſenos.* Forma acuta & propria Arabum, ut Medabeni, Obodeni, Adrieni, imo & omnium Aſianorum, quemadmodum Apollonius in libro de derivativis inquit. Conſueta ſunt iis qui Aſiam habitant, peregrina vero Europæis, nec enim ab urbe vel populo juxta hanc formam denominant. *Idem in Niſibis*, & oportebat dicere Niſibites, ſed forma Ægyptiaca eſt & Libyca, eaq; deſinit in Enos apud Euphrateuſes & Orientales, ut Sophenus, Taxenus, Kambyſenus.

pag. 149. Maxime ſimiles iis qui apud Dacos Pliſti nominantur.

pag. 150. Eſſe quoſdam Thraces qui ſine uxore vivant qui Ctiſtæ vocentur eoſque conſectari propter gloriam & ſecurè vivere: atque hos ſummatim omnes à Poeta dici, admirabiles Hippemolgos, Lactiphagos & Abios queis non juſtiores alii.

pag. 151. hoos me, ne radios Dei (.*i. Solis*) contumelia afficerent. *Aniſchontos* exoriente Deo, Exor. Sole.

pag. 152. epi ta phaka in Lenticula unguentum?

pag. 153. Cur tanquam opus veneratione dignum & quaſi habitaculum divinum eſſe exiſtimantes Solis Clima illud intuentes hymnos preceſque Deo offerimus?

pag. 154. Gortheni autem & cæteri Eſſeni vicini aliis ſunt.

pag. 156. Sed & cum Ezras poſt reditum ex Babel civitatem Ieruſalem ædificaret, flagitantes Samaritæ ſibi etiam ut liceret auxilia ſua ædificationi impendere, impediti ſunt ab ipſo Ezra & Neemia.

pag. 158. in fine. Et tunc Sebuæi irâ & furore commoti trajecêre tempora prædictorum feſtorum &c.

pag. 165. Sic & vos ubi feceritis omnia injuncta vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quia quod debuimus id fecimus.

pag. 166. qui juraverit per templum.

pag. 167. Alcimum autem ſummum Pontificem volentem murum Templi veterem & à Sanctis Prophetis conſtructum diruere plaga quædam repentina à Deo immiſſa invaſit.

Et infra ex Euſebio, Profanus iſte Alcimus deſtructurus parietem atrii Sanctorum pœnas dedit amarè moriens.

Quæ pag 170. occurunt verſa invenies paulo poſt in margine pagina 238.

Paulo poſt eis koinobious, in eos qui unà vivebant & qui ſoli. Poſterior diviſio ton Koinobioon in conjuges & cælibes.

pag. 137. Cum multos ex bonis & Heſiis gentis interemiſſet.

pag. 182. Et filii Sopherim habitantium Iabis, Tharathæi, Samathæi, Suchathæi. Hi ſunt Kinæi qui deſcendêre

ex Æmath patre domus Rechab.

Pag. 189. *lin.* 1. Rechabi ut religioſi admodum frequenter ſacra Scriptura meminit.

pag. 195. Amplius etiam eum priſcum ſacerdotium adminiſtraſſe invenimus. Propterea etiam permiſſum ei fuit ſemel quotannis Sancta Sanctorum ingredi quemadmodum ſummis ſacerdotibus lex injunxerat. Sic enim & ante nos de eo multi prodidêre, ut Euſeb. & Clemens & alii. Sed & laminam in capite geſtare ei licuit, veluti prædicti fide digniſſimi viri in ſuis commentariis teſtati ſunt. *Et paulo poſt*, Et quoque Ioannes is qui in pectus Domini recubuerat ſacerdos fuit laminamque geſtavit & teſtis & Doctor.

pag. 127. Aliorum quidem genere, aliorum verò hæreſi.

pag. 202. Hinc ipſis ad medelam morborum radices medicæ & lapidum proprietates inveſtigantur.

pag. 205. *ei ma tines.* Niſi quidam eorum in contemplatione & perfectione vitam agentes, a turba ſemotam habeant domunculam, quos Anachoretas & *eſuchaſtas* .i. requieſcentes vocare conſuevêrunt.

pag. 206. Stramenta ſunt vulgarioris materiæ, ex quibus viles admodum quaſi thori humi ſtrati ex papyro vid. indigenâ.

Et paulo poſt de Lecticis, conviviorum in quinquageſimis.

pag. 207. Circum autem Selli habitant, ſubvates, illoti pedes, humi cubantes.

pag. 208. *Invenias autem, Philologe, & huius hypotheſin, ubi legeris Philonis commentarios in libro quem de Ieſſæis inſcripſit*

Paulò poſt, Deipara ex David F. Ieſſai juxta ſucceſſionem ſeminis.

pag. 209. Alii autem ſe ipſos Nazaræos appellarunt, Fuit enim hæc Nazaræorum hæreſis ante Chriſtum, Chriſtumque non novit.

pag. 211. Iudæorum nomen, Oſſæorum verò, Nazoræorum & Naſaræorum opinionem. *Et paulo poſt*, Vſi ſunt libro hoc Oſſæi, Ebionæi & Nazoræi.

pag. 213. Et conſervaturos ſe ſimiliter ſectæ ſuæ libros & Angelorum nomina. *Et paulo poſt locus Apoſt.* ne quis vos ergo judicet in cibo aut potu aut parte feſti aut Neomeniæ, quæ ſunt umbra futurorum, corpus a. Chriſti. Nemo vobis jam partum palmarium præripiat, ſpontaneus in humilitate & religione Angelorum. *Et linea interjecta, broſis.* nimirum ſalem & panem tantum. *Poſis* nempe aquam. *Et paulo poſt, katabrabevein* eſt præripere palmarium, præaccipere Coronam *(qua ex Oleaſtro) Et*

pag. 214. *Pauſanias*, Cum autem cum uno adverſariorum adhuc relicto pugnaret de Oleaſtro, hic quidem præripuit, Is autem qui adverſus pugnabat *&c.*

Et paulo poſt pag. 214. *locus Chryſoſt.* *Katabrabeuthenai* enim eſt cum penes alium quidem eſt victoria, penes alium vero brabium ſive palmarium.

pag. 214. id eſt voluntariè ſeu ſpontaneè humilis, Spontaneè religioſus. Nam *ethelot. & ethelothr. vocat apheidian ſomatos. Apheidia ad verbum ſonat* imparſimonia, *Eraſm. vertit Coloſſ.* 2 23. Læſio *Ambr.* Vexatio, *Arias*, ſubductio, *Beza*, in eo quod non parcant corpori.

Lin. 3. *pag. nova*, neque guſtaveris, neque tetigeris.

Lin. 8. voluntarius, ſponte operam dans auctario Legis

pag. 215. Soli orienti ſupplicare. *Ioſephus*, Ante exortum ſolis nihil profani loquuntur, ſed patrias quaſdam ad ipſum preces celebrant quaſi ſupplicantes ut oriatur. *Sic Philo*, Sole autem oriente petentes diem verè felicem, utque mentes eorum cœleſti repleantur lumine. *Sic*

apud

apud Gel. locus hic legitur.

pag. eâdem, locus Epiph. Hic itaque rurſus aſſociatus fuit prædictæ ſectæ, Oſſenorum dictæ, cujus adhuc reliquiæ extant in eâdem terrâ Nabaïtide & Petræa ultra Moabitidem, quorum genus nunc Sampſæorum vocatur.

Paulo poſt, locus ejuſdem de Hemerobaptiſtis, Deum autem unum dicunt & colunt ipſum lotionibus quibuſdam utentes. Iudæis autem in omnibus aſtipulantur. Quidam ex ipſis etiam ab animatis abſtinent.

pag. 216. De appellat. Sampſaioon. Iuſtum enim eſt ut quo nomine ſe ipſos hi appellaverunt, eodem nomine & nos utamur ad exprimendam adulteratam ipſorum appellationem.

pag. 217. Hypocritas autem docet inquiens peccatum non eſſe, ſi ita fors tulerit, idola adorare tempore perſecutionis inſtante, dummodo in conſcientiâ non adorent. Eandemque rationem eſſe ſi quid confiteantur ore, non a. corde. Non pudet autem impoſtorem & teſtem quendam adducere; dicit enim Phineam quendam ſacerdotem ex genere Levi & Aaronis vetuſtique illius Phineæ Babylone in deportatione adoraſſe Dianam in urbe Suſis atque ita effugiſſe periculum mortis quod Darius Rex intentabat.

pag. 219. *phantazontai*. Imaginantur hunc vocari virtutem ſeu potentiam opertam. *Iel* enim vocatur potentia, *xai* verò opertum

pag. 223. Sampſai quidem in Peraa quorum jam in aliis ſectis meminimus qui & Elceſai vocantur.

Quæ ſequuntur theoobena, ſupra ad pag. 215. *reddita ſunt.*

pag. 225. Maſſalianoi, Maſſaliani hi vocantur, quod eſt ſi interpretêris, precantes.

Et paulo poſt. epi to euchestai precibus & hymnis vacaverunt.

Rurſus in fine pagina, tinas, quaſdam domos ſibi ipſis conſtruxerunt aut locos amplos inſtar fororum, atque adoratoria vocarunt.

pag. 226. apotaxamenoi, qui renunciarint mundo & de propriis bonis receſſerint.

Paulo poſt. In aliis verò locis, inquiunt, etiam Eccleſias ad ſimilitudinem quandam ſibi ipſis fecerunt, & ad veſperam & mane multis lucernis ac luminibus incenſis congregantur, ac diu & per longum tempus lectiones quaſdam per doctos ſuos & laudes quaſdam in Deum facientes velut per lectiones & laudes Deum placantes ſe ipſos decipiunt.

pag. 227. *u zoa.* Non ſacrificantes animalia ſed operam dantes ut proprias mentes ſanctitate ornent.

Paulo poſt, Ioſephus, Ad templum donaria mittentes, ſacra ibi non perficiunt quod ſanctionibus Ceræmoniis ut putant, utantur: quapropter excluſi a communi fano ſeorſim ſacrificant.

pag. 229. Senioribus verò obedire & plurium quorumque decreto pro re pulcra habent. Vbi decem ſimul conſederint, nullus invitis novem loquitur.

Matth. 18. 20. Vbi duo vel tres in nomine m. fuerint congregati, ibi in medio eorum ero.

pag. eadem, tas de lalias. Loquendi autem vices ſibi invicem tradunt.

pag. 239. *lin.* 5. ut illa *Antiphona*, quod cantionibus reſpondentibus & Antiphonis canebant.

Locus Philonis, multis metrorum carminumque generibus nunc ſimul conſonantes, nunc antiphonis concentibus geſticulantes manu & ſaltantes. Iuſtinus,

Simpliciter canere inſipientibus non convenit ſed inſtrumentis inanimatis canere idque cum ſaltatione & crotalis. Quapropter in Eccleſiis ſublatus eſt ex cantibus ejuſmodi inſtrumentorum uſus

ut & aliorum quæ inſipientibus ſunt convenientia, ſed ſimplex cantio relicta eſt.

pag. 241. in fine, tacha. Forte autem veriſimile, ea quæ dicit penes ipſos eſſe priſcorum ſcripta, eſſe Euangelia & Apoſtolorum ſcripta.

pag. 243. Et ut exercitationes ſicut & nunc apud nos fieri moris eſt, peragent, quas præcipuè in Salvatoris noſtri paſſionis ſolennitate cum jejuniis nec non pervigiliis & divinorum verborum auditu perficere conſuevimus. Quæ omnia accuratè ſupradictus vir eo ordine eademque conſequentiâ quâ apud nos ſolos geruntur propria ſcripturâ expreſſit. Maximè autem magni feſti pervigilia & quæ in his uſitatæ ſunt exercitationes ſeu meditationes quiq; à nobis hymni dici ſoleant narrans

pag. 244 kuriakes anaſtaſimou. Dominicæ Reſurrectionis diei.

pag. 245. Addit autem adhuc iis quomodo ſacerdotes vel miniſtri exhibeant officia ſua vel quæ ſit ſupra omnia Epiſcopalis apicis ſedes.

pag. 246. epitheiazoon. Deum obteſtans, ſaltans, manibus geſticulans bacchantium in modum.

pag. 247. ſubinnuentes quidam *toon ephemereutoon.* Sic enim eos qui in talibus miniſteriis verſantur nominare moris eſt.

pag. 250. erriphtho kubos, jacta eſt alea.

pag. 251. hon. Quem (*ſemotum ab aſpectu divinæ legis ſenſum*) cœpit eximiè ipſa hæc religio contemplari.

pag. 252. para tous thrakas à Thracibus. Dicitur enim quod Orpheus Thrax primus myſteria Græcorum excogitaverit quodque *to* Deum colere *threſkevein* appellaverit, quaſi Thracum exiſtente ea inventione.

pag. 253. quoniam ſecundum exquiſitiſſimam noſtræ Religionis ſectam vixi Phariſæus.

pag. 254. Animam verò dictionibus inſitam inviſibilem ſenſum; in quo rationalis anima cœpit præcipuè propria contemplari.

Ibid. Epicharmi illud, Mens audit mens videt.

In fine pag. hupobolimaios, ſuppoſititius.

pag. 255. ſugchroniſmos, contemporalitas.

pag. 256. ſukinen epikourian, ficulneum præſidium.

pag. 259. auto. Ipſi in faciem reſtitiſſet.

pag. 260. Tagma. Corpus quoddam zelotarum ſanctimoniæ cuidam incumbentium.

pag. 267. in fine, ſectæ ipſorum Antiſtites.

pag. 269. in aere & ſubdiali loco.

F I N I S.

BIBL...
Digitized by Google

Digitized by Google

114 mus *tota Peripateticorum familia*, id eſt ſecta, cum alioquin diſcipuli eorum dicerentur תלמידי הלל & תלמידי שמאי Ceterum Samijn, vel, ſi mavis Samijm, non tam Cœlicolas quam cœleſtes denotat, id eſt, οὐρανίους; ut *Dea cæleſtis*, quæ & Vrania. Cœlicolas autem dico qui cœlum colunt, ut de Iudæis canit poeta quidam, *Nil præter nubes & cæli lumen adorant*. Ad quod exemplum Solicolæ dicuntur qui ſolem adorant. Cœlum autem & pro ipſo Deo ponitur, ut ibi, *peccavi in cælum*, & apud poetam, *cælo gratiſſimus amnis*, id eſt Deo aut cœlicolis. Nam cœlicolæ dicuntur etiam qui cœlum incolunt, inhabitant. Hi Ebraice dicerentur proprie יושבי השמים, & Chaldaice יתבי שמיא. Nam Samaim cœlum, quod ἀρχαικῶς legebant Samen, *unde Baal Samen*, id eſt dominus cœli. Samen pro Samaim, ut Meſrem pro Miſraim, & Ephrem pro Ephraim.

Diſcipuli quinam.

115 DIſcipuli vocantur & qui aliquem docentem audiunt, & qui ſectam ipſius ſequuntur. Sic ſane Lutherani omnes dici poſſunt diſcipuli Lutheri, & Lojolitæ, diſcipuli Lojolæ.

De Heſſæorum etymo.

HEſſæorum etymon, quod in libello de Haſidæis notavimus, firmant Scholia Græca his verbis, τρεῖς γάρ εἰσιν αἱρέσεις γενικαὶ παρὰ Ἰουδαίοις, Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι καὶ Ἐσσηνοί. οὗτοι τὸν βίον σεμνότερον ἀσκοῦσι φιλάλληλοι ὄντες καὶ ἐγκρατεῖς. διὸ καὶ Ἐσσηνοὶ προσαγορεύονται, ἤγουν ὅσιοι. ἄλλοι δὲ αὐτοὺς Σικαρίους ἐκάλεσαν, ἤγουν ζηλωτάς. חבר quod ſcribunt חבאי, ὅσιος, & חסאין ὅσιοι. Sic a שמי eſſet שמאין Sammaitæ. Quanquam hoc proprium, illud appellativum.

FINIS APPENDICIS.

Digitized by Google

SIXTINVS AMAMA

Lectori S.

QVandoquidem multa in Druſianis hiſce & Scaligeri Elencho Græcorum authorum teſtimonia Latinè non verſa occurrunt, ut & aliæ ſubinde voces, quæ Lectorem à Græciſmo non ſatis paratum tardare poſſent, Operæpretium duxi ea ipſa interpretandi laborem capeſſere. Maximè cum authorem plerorumque qui hic citantur rariora apud noſtram Iuventutem ſint & exemplaria Græca & verſiones. Vnde nec ea ſæpe præterbitavimus quæ relatis jam ante abundè ſententiis appoſita ſunt. Ebræa ipſi authores ſat fideliter reddidere,ut hic induſtriæ noſtræ nihil fuerit relictum. Dum indicamus paginas, paginas veteris edit. intelligimus, eas nempe quas in margine conſpicies. Vale lector & ſicubi lapſi ſumus, cogita & extra Profeſſionis noſtræ circum pedem hic poſitum & pleroſque authores,quorum teſtimonia hic vertenda erant ad manum nobis non fuiſſe; valeatque mihi vel illud apud te adveniam.

Ex Libello de Haſidæis.

Pag. 21. Memoratur ex Ioſepho eadem hiſtoria quæ ex Gorionide Ebraicè præmiſſa & verbo tenus verſa eſt, ut operæ pretium viſum non fuerit prolixâ iſta narratione hanc appendiculam augere.

pag. 25. Circa finem. Suidas de Heſſeis. In contemplatione plurimum permanent. Ac inde Eſſæi vocantur, illud indicante nomine q. d. contemplativi.

Pag 26. In libello cui titulum fecit de eo, omnem probum liberum eſſe,citante Euſ præpar lib 8.&c. Sed nec quiſquam ex crudelibus iſtis vel ex alteris fucatis ac ſubdolis evaluit prædictum Eſſæorum ſeu Oſiorum cœtum in crimen vocare.

Paulo poſt lin 9. Dicuntur a. apud ipſos quidam nomine Eſſæi multitudine ſupra quatuor millia; qui, meo quidem judicio,nõ accuratâ græcæ linguæ forma à Sanctitate denominati ſunt: poſtquam & in his maxime Dei cultores exiſtunt.

Eâdem pag. ex Philone, Innumeros autem præſtantiorum Legiſlator noſter ad ſocietatem incitavit, qui vocantur Eſſæi, a ſanctitate ut mihi quidem videtur appellationem conſecuti.

Sequitur locus Photij, Lectæ ſunt eorum qui apud Iudæos & Theoreticè & practicè philoſophati ſunt vitæ:quorum alii quidem Eſſeni,alii verò Therapeutæ vocabantur. Qui & Monaſteria & Semnea,quibus ipſis verbis utitur *(Philo)* conſtruxerunt &c.

In fine pag lin. antepen. Sign. enim certe *therapeutas*, non morborum (*medicos*) ſed Dei ſive pietatis (*cultores*) &c.

pag. 28. lin. 8. In libello, quod omnis probus liber ſit, *ita ſcribit*, hi quidem primò vicatim habitant, civitates fugientes ob familiaria civibus earum vitia; Scientes, non minus periculi eſſe ab iis qui nobiſcum agunt quam ab aëre corrupto & peſtilente,propter immedicabilem quæ animis injicitur contagionem.

Ex Libro Druſii de Sectis.

Pag.13. Edit. primæ, quæ incipit linea 5. pag. 54. hujus editionis novæ, de Imperatrice Ratione quem librum Maccabaicum inſcripſêre.

Pag. 21. lin. 5. ſeu linea 2. p. novæ edit. 59. & ante victoriam triumphum canere. *Et paulo poſt.* Sed de his duobus ut & Eſſenis in ſecundo Rerum Iudaicarum accuratè documus.

Pag. 22. Itaque abſurdum eſſe putavi errantem in tanti momenti rebus diſſimulari veritatem, Et Parthos quidem & Babylonios & remotiſſimos Arabum & contribules noſtros ultra Euphratem habitantes & Adiabenos mea diligentiâ accurate cognoſcere unde exordia ſumpſerit, per quas clades progreſſum fuerit, quomodo denique deſierit bellum. Neſcire verò hæc Græcos & ex Romanis eos qui militiam ſecuti noneſſent, captos vel adulationibus vel figmentis &c.

pag 27. anaphorikos relativus.

pag. 28. Krinomenon, quod in quæſtione eſt.

pag 41. pharisaioi &c. quod diviſi eſſent ab aliis. Phares n. Ebraicè interpretatur diviſio. *Paulo poſt apokekommenos* abjunctus. Videbantur n. *verba Theophyl* & ratione vitæ & ſcientiæ abjuncti ab aliis & ſuperemiuere. *Suidas, phares* n. Ebraicè diviſio interpretatur aut præciſio.

pag 44. Suidas, Phariſæi, quod eſt ſi interpreteris ſeparati. Separabant quippe & ſejungebant ſe ab omnibus aliis & ad puriſſimum accuratiſſimumq; vitæ genus & ad Legis præcepta.

pag. 56. Deutera &c. Secunda vero ad præceptorem eorum Akibam ſic dictum aut Rabbi Aquibam.

pag. 65. Epiph de Scribis, Qui Deuterotæ erant Legis, quaſi Grammaticam quandam ſcientiam docentes, cætera Iudaicè viventes.

pag. 67. Ioſephi locus Orig. lib. 18. cap. 2. Voluntatem hominis non privant impetu a ſe ipſo pendente (*.i libertate ep' autois*) Quippe ſic Deo placitum eſſe ut certo temperamento miſcerentur in unum fati decretum & ratio humana, ſi quis vellet accedere vel ad virtutem vel vitium. *Et Captiv. 2. 12.* Et quidem facere quæ juſta ſunt vel negligere ſecundum majorem partem in homine ſitum eſſe.

pag. 69. ou dei gar &c. Nec n. oportet ex profano exquiſitiſſimi ſtyli charactêre illiteratorum & piſcatorum ſcripta judicare, hinc n. hæreſes oriuntur.

pag. 70. tais de. His vero facilitatem ad vitam redeundi.

pag. 75. Nun de &c. Nunc verò oſtendere eſt animus Phariſæos multa legitima tradidiſſe populo ex Patrum continuata traditione quæ in Legibus Moſaicis ſcripta non ſint, quæque proinde Sadducæorum genus rejiciat, aſſerens, ea demum cenſenda legitima eſſe quæ ſcripta ſunt, quæ verò ex traditione ſunt; omninò non ſervanda.

pag 81. De Bano, ſolitum fuiſſe frigidâ noctu diuque crebrò ſe abluere ad ſanctimoniam.

pag. 84. Echousi &c. Habent & alias quaſdam veſaniæ priſcas conſuetudines. Vrinâ n. ſe proluunt, poſtquam ab externis venerint, polluti videlicet. Similiter & aquæ ſe cum veſtimentis immergunt, ubi contigerint aliquem alterius gentis exiſtentem. Pro Inquinamento enim habent a quopiam contingi, aut contingere alium aliquem alterius dogmatis hominem. *Et paulo poſt*, ſimiliter & circumciſionē & Sabbathum & ſtudium non contrectandi quemquam (abominantur n. omnem hominem) communia habent.

pag. 88. Apedekatoun &c. Decimabant

bant etiam decimas vel decimarum etiam decimas dabant. Primitias etiam dabant, tricesimas & quinquageſimas, ſacrificia etiam & vota firmiſſimè ſolvebant.

pag 98. echontes &c. Habentes quaſdam fimbrias ſignificativas inſtituti ipſorum.

pag. 100. Malignus igitur & qui in Eliai locutus eſt qui cogebat non ſolum per Deum ſed & per Salem &c.

pag 112. Fatum & Aſtronomia multùm apud ipſos in uſu erant.

pag. 118. Sicarii latronum genus. Sicas autem Romani recurvum enſem vocant. *Suidas*, Sicarii dicuntur Pharizæi ut zelotæ.

pag. 121. Epiph. Erat a. & quidam ſacerdos Sadoc nomine priſcis temporibus. Sed non permanſerunt hi in præſulis ſui doctrina.

Et paulo poſt Nominant hi ſe ipſos Sadducæos arrepto vid. a juſtitiâ cognomine. Sedec n. juſtitia. Iuſtos n. ſe ipſos cognominabant.

pag. 121. lin. 5. aut ab Hæreſiarcha Sadoc nominantur.

pag. 128 Saducæi avulſio a Doſitheo exiſtentes.

pag. 146 Act. 23. 8. Saducæi enim dicunt non eſſe Spiritum. *Et paulo poſt Theophyl.* Certum eſt, quod aut per Sp. S. aut per Angelum de reſurrectione edoctus ſit. *Et rurſus paucis interjectis,* Spiritum a. S. ignorant, non enim hoc digni ſunt.

pag. 147. lin. 7. ſubſiſtentiam animæ, *Et lineis quinque interjectis*, Animæ autem permanentiam negant. *Et una rurſus interjecta*, Saducæorum autem opinio animas ſimul cum corporibus demolitur. *Vbi nota Omiſſam ab authore voculam logos quae ex Ioſepho ſupplenda.*

pag. 152. Hapanta &c Omnia autem in noſtra ipſorum poteſtate ponunt, ut & bonorum nobis ipſis authores ſimus & infortunii, ſi deteriora conſilia ſequamur. *Et lib. 2. Capt cap. 12.* Ajunt autem in hominum electione & bonum & malum ſitum eſſe.

Ibid. cap. 12. de mor. Sad. Saducæorum genus etiam erga ſe invicē moribus ferum eſt, & in converſatione erga ſocios crudeles ſunt quaſi erga exteros.

pag. 153 dia to. Eò quod aliàs tolerandi non eſſent a plebeiis.

pag. 161. ta panta &c. Omnia autem pariter cum Samaritis obſervant. Non erant autem hi Samaritani ſed Iudæi. Ieroſolymis enim ſacrificabant.

pag. 167. Kai ouden. Et nihil ad Bacchum.

pag. 178 Moſchopuli locus Ieroſolyma unde componitur? Ab *hieros* Sacer & Solyma. Solyma a. eſt nomen loci, Qui hinc oriundi, Solymitæ dicuntur. *Et mox &c.* Ieruſalem unde fit? Ab *hieros* & Salem. Salem a. interpretatur pax. *Et paulo poſt, ouden hugies* nihil ſani.

pag 209. teleutajantos &c. Vbi a. Onias ſummus ſacerdos in fata conceſſiſſet, filius ejus Simon ſuccedit, qui & juſtus cognominatus eſt propter pietatem ejus in Deum & benevolentiam erga concives ſuos.

pag. 213. Alloi &c. Alii autem hæreſin quandam apud Iudæos eſſe prodidêre. *Et mox*, Alii a. Eſſenos Sicarios vocarunt. Vid. zelotas

pag. 215. Egkrateian. Continentiam ait Xenophon virtutis fundamētum eſſe.

pag. 239. Sebas &c. Reverentia autem apud eos poſt Deum maxima Legiſlatoris eſt, ita ut ſi quis eum blaſphemaverit, morte mulctetur.

pag 242. Locus Porphyrij. Poſtquam & ipſi aliter non ſedent niſi foveam pedis unius fodiant veſteque ipſam circumtegant ne ſplendorem Dei contumeliâ afficiant Ea enim eorum eſt frugalitas & diætæ tenuitas & paucitas ut in Sabba-

tho exoneratione iis opus non ſit; quod ſervare ſolent in hymnis Deo & in requiem.

pag eâdem. Diaretai &c. Dividuntur & juxta tempus ſuſceptæ abſtinentiæ in 4. ordines: tantumque hi qui juniores ſunt inferiores æſtimantur vetuſtioribus, adeo ut ſi aliquos eorum contigerint, laventur quaſi ex contactu alienigenæ.

pag. 243. Vitæ longioris ſunt adeò ut complures eorum vitam ultra centeſimum annum protrahant idque ob diætæ ſimplicitatem ut ego quidem arbitror, & bonum ordinem.

pag 244. (*ubi male* 43.) Ex hac autem aſſuetudine ſeu exercitio eam conſecuti ſunt tolerantiam ut miſerrimè torti, vincti ac per omne genus tormentorum tranſeuntes, ut aut Legiſlatori maledicerent aut comederent quippiam ciborum inſolitorum, neutrum admiſerint. Illud autem egregiè in Bello contra Romanos geſto oſtenderunt. Quin ne eò quidem adigi potuère ut vel cruciantes torto reſve ſuos blandimentis ſibi conciliarent vel flerent. In mediis quinimo cruciatibus ſubridentes & iis qui tormenta admoverant illudentes, hilares animas efflarunt quaſi eas denuo recepturi eſſent. Invaluit quippe apud eos hæc opinio, corruptibilia quidem eſſe corpora, materiamque eorum non eſſe perpetuam, ſed animas immortales perennare & de æthere ſubtiliſſimo advenientes, quaſi carceribus ita corporibus implicari, naturali quadam illecebra. Vbi verò a carnalibus vinculis relevatæ fuerint, quaſi a longâ ſervitute liberatas tunc lætari eas ſublimeſque ferri.

pag. 245. Sunt & inter eos qui futura prænoſcere promittunt, ſacris vid libris & variis ſanctificationibus, prophetarumque dictis innutriti. Rarum autem eſt quod in prædictionibus a ſcopo aberrent. *Paulò poſt, apud Euſ. Pamphili &c. Apo de tas.* Tali diæta cum utantur & exercitatione circa veritatem & pietatem, nón mirum ſi inter eos multi ſint qui & futura præſciant veluti ſacris libris variiſque ſanctificationibus & Prophetarum ſententiis innutriti Rarum autem eſt quod in prædictionibus aberrent. *Vbi pro aſtech leg. aſtochouſi. Et tollendum punctum quod poſt diaphorois.*

Et tribus vocibus interjectis, Atq; hæc Porphyrius ex antiquis ut videtur monumentis de dictorum virorum pietate pariter & philoſophia in tertio libro eorum quos de abſtinentia animalium elaboravit, teſtatus eſt

pag. 246. Hocq; faciunt viri quatuor millium numerum excedentes.

Ibidem. houtoi. Hi primò vicatim habitant, urbes fugiunt ob familiaria civium earum vitia.

pag. 247. Conſectaneis eorum aliunde venientibus omnia quæ habent exhibentur quaſi eorum propria eſſent, & ad eos quos ante non viderunt ingrediuntur ceu ad familiariſſimos. Curator autem peregrinorum aliquis egregius ex ordine aliquo in ſingulis civitatibus deſignatur aſſervans veſtes eorum aliaque neceſſaria.

EX SPICILEGIO.

Pag. 262. Tharſus autem Tharſenſibus nomen dedit, ſic enim olim Cilicia vocitabatur. Cujus rei ſignum eſt, Tharſus n. urbium ejus celeberrima & Metropolis vocatur, prima nominis litera theta in Tau mutatâ.

pag. 266. *Pachus.* Craſſus quidam exiſtens.

Ex Elencho Scaligeri.

pag. 1. *Polemika* Polemicæ debacchationes. Multi enim paſcuntur in Europa populoſa Librarii, Typographi immenſa prælia ntes.

Ibid.

Ibid. Solus ſapit, cæteri velut umbræ volitant.

pag. 8. Helon halo. Clavum clavo & paxillum paxillo pellere *Et paulo poſt*, dicere quidem turpe at tacere grave eſt.

pag. 9. Hoi loid. Qui conviciis affe-ctus non reponit convitia.

pag. 14. Sic enim ſe ipſos nominarunt quaſi propter bonos mores & non potius imitantes peſſima opera & in hoc ſtudio omnem modum excedentes.

Et paulo poſt, *Suſtema.* Cœtus pius & ordo religioſus. *Suidas.* Zelotæ, Legis obſervatores.

pag. 15 lin. 3. ne per ſomnium. *Et lin. 4.* ſeptimanas ſeptimanarum. *Lin. 8.* tranſpoſuiſſe feſtorum tempora ac in Autumno Pentecoſten celebrare.

pag. 16. Epiph. hær. 33. Sampſæi interpretantur Solares.

pag. 17 circa finem in Parenth. Quis enim numen contumeliâ afficit? *Et lin ſeq.* Idololatricas.

pag. 18. Pauſanias, In hac Panegyri Myagro ſacra faciunt, Heroi iſti pro hoſtiis ſupplicantes & Myagrum invocantes.

pag. 21. in fine capitis, eorum qui pro mortuis baptizabantur.

pag. 23. Serpentem honorabant.

pag. 24. Iulij Africani. Herodes cum Gabiniorum civitatem olim Samariam dictam recondere, Sebaſtem eam appellavit.

pag. 30. Incipiebat autem Thebulis eò quod Epiſcopus factus non eſſet omnia perturbare ex ſeptem hæreſib. exiſtens Et ipſe erat ex populo. Ex quibus & Simon, unde Simoniani; & Cleobius, unde Cleobieni; & Doſitheus, unde Doſitheani; & Gorthanus, unde Gorthæeni & Maſbothæi, unde & Menandrianiſtæ & Marcioniſtæ & Carpocratiani & Valentiniani & Baſiliani & Saturniliani.

pag. 32. quemadmodum nec Iudæos, ſi quis rectè excutiat, confiteatur eſſe Saducæos, aut ſimiliter hæreſes Geniſtarum & Meriſtarum & Galilæorum & Hellenianorum & Phariſæorum Baptiſtarum &c.

pag. 36. lin. 2, ſolus a. um. *Et paulo poſt, lin. 5.* per conceſſionem & quaſi precariò.

pag 40. Omnem impudentiam & ſtuporem.

pag. 45. lin. ult. De Domo teſtis.

pag. 49. Miſit en. Ariſtobulus Pompejo inſigne donum, vitem auream D. Talentorum. Cujus & Strabo Cappadox meminit his verbis, venit & ex Ægypto legatio & corona ex aureorum quatuor millibus & ex Iudæa ſive vitis ſive hortus. Hoc opus vocabatur *Terpole* delectamentum Atque hoc donum nos ipſi vidimus ſuſpenſum Romæ in templo Iovis Capitolini hanc inſcriptionem habens, Alexandri Iudæorum Regis. Æſtimabatur a. D talentis.

pag. 60. Omnia Iudæis paria habentes præter abominationem Gentium & ſtudium non contrectandi quempiam. *Et paucis interjectis*, Aquâ una cum veſtimentis abluuntur poſtquam aliquē alterius gentis contrectarunt. Pro inquinamento n. habent *&c. Vide ad pag. 85. de 3. Sectis.*

pag 61 Hoi Sophoi. Eſt interpretatio Latinorum quæ anteceſſerunt.

pag 61. Per ſomnia turpem ſeminis excretionem efficientium.

pag 65. to echein. Phylacterium manu geſtare indicabat mandata Dei re exequenda eſſe.

Paulò poſt, Etenim ut coccineum panniculum vobis ipſis circumponeretis, præceptum vobis eſt, quo per eum Dei vos non caperet oblivio: & phylacterium literis quibuſdam, quas omnino ſanctas eſſe intelligimus, in tenuiſſimis membranis deſcriptis, circumdare vos juſſit,

Digitized by Google

juſſit, & per iſta religionem quandam vobis incutiens.

pag. 67. Solent a. ii qui accuratiſſimè loqui ſolent Phylacteria clavos purpuræ vocare.

pag. 68. Mala enim quædam punica in quatuor angulis amiculi quiſque habebat ex ipſo ſtamine illigata. quo tempore continebant ſe &. in caſto erant.

Paulo poſt, kraſpeda fimbrias. Si quãdo continentiæ operam dabant. *Et rurſus,* dilatare fimbrias. *Et circa finem, in ſtoliſmo hagio, veſtitu ſacro.*

pag. 75. (Sic n rep. ne pro 58.) anatethrammenos Enutritus in civitate hac ad pedes Gamalielis. *cheirothesia.* Manuum impoſitio.

pag 78. dodekaete, Decennium.

pag 79. Obſtupeſcebant a. omnes qui audiebant eum ob intelligentiam & reſponſa ejus; & videntes eum attoniti fuere.

pag. 80. Epigonus Epiſc dixit, Frater & noſter in miniſterio cooperarius Victor, ætatis reſp. Pater & ipſo profectu vetuſtiſſimus & laudatus vir.

Quæ pag. 81. occurrunt jam ante ad p. 75. libri de Tribus ſectis explicata ſunt.

pag. 89. Theſauros. Theſaurus Carbones. Prov.

pa 90. endiatheton mente conceptum, *propherikon* quod profertur.

pag. 91. Lingua aberrans vera dicit. Et hoc Phocylidis eſt.

pag 92. Chriſtus convitio proſciſſus non reponebat convitia, iſti nullo convitio proſciſſi convitia evomunt.

pag 93. Didicit & ipſe ab Hillel & Sammai.

pag. 104. Vſibus meis iiſque qui mecum erant miniſtrarunt manus meæ.

pa. 106. Mortui Leonis corpus etiam lepuſculi, contumelia afficiunt.

pag. 107. hodou. Vix tritæ diverticulum videtur quærere.

pag. 109. Anaſtaſin. Reſurrectionem enim fatentur & apud ipſos ſunt inſtituta &c.

Quæ pag. 113. (Vbi male in margine 117.) occurrunt Ioſephi verba, ſupra verſa ſunt, ad Druſii Sectas pag. 75.

pag. 114. Apolutikon, q. d dimiſſorium.

pag. 118. Archontikai. Imperatrices & aeriæ poteſtates, principes mundi, dæmonia.

Paulò poſt, ou ſunanairei, non ſimul tollit genus. *Et paucis interjectis,* Sacerdotem ex genere Levi & Aharonis.

pag. 119. Saddoukaioi Sadducæi dicunt non eſſe reſurrectionem, nec Angelum nec Spiritum: Phariſæi autem confitentur utrumque.

pag. 120. agnoaſan. Ignorant autem mortuorum reſurrectionem & non credunt: Sp. quoq; Sanctum non admittunt.

pag. 123. nou. Mentis quidem guttulæ, at verborum rivi.

pag 126. Samareis. Samaritæ, Cuſtodes & a Somer. Ieſſæi a Ieſu & a Ieſſe. Ieſus a ſanando, quod Medicus ſit & quod Salvator. *Et linea interjecta,* Ieſſæi, ſive a Ieſſe ſive a nomine Domini noſtri cognominati ſunt Ieſſæi, eo quod a Ieſu ortum trahant, diſcipuli ejus exiſtentes.

129. in fine, Locus Suidæ. In contemplatione plurimum permanent, unde & Eſſæi vocati ſunt illud ipſo nomine indicante q. d. contemplativi. Quia Eſſæi longe præſtãtiores ſunt multumq; antecellunt phariſæos ratione inſtituti.

pag. 130. Theorein. Contemplari. *Proſblepein* intueri. Contemplamur a. mente, videmus oculis.

pag. 131. In argumento capitis. Oſſæi juxta exactam Dialectum Græcanicam; Eſſæi juxta minus accuratam.

pag. 132. Dicuntur Eſſæi ex mea opinione licet nõ adeo exactâ Græcanicæ Dialecti normâ, derivatione a pietate facta.

pag.

Digitized by Google

Pag. 133. A Græco enim deducit, ouk akriboos de. Sed non accurate vel exacte, nam per contortionem *apo tas hoſiotatos* dicti ſunt. *Et paulo poſt,* Vocantur Eſſæi *apo tas hoſiotatos,* ut ego quidem opinor appellatione hâc inſigniti.

pag. 137. Photius. Ea quæ funeſta vel minus boni ominis videbantur, non exprimere omnibus veteribus curæ fuit, maxime Athenienſibus, Itaque carcerem domicilium nuncupavêrunt, & tortorem, publicum; Erynnes, Eumenides, aut ſerias Deas; Scelus abominandum, *Agos.* Acetum, mel: fel, dulce; Cloacam, canalem; Grammatici talia per Antiphraſin dicta appellant. Novi autem quoſdam, inquit, Philologorum qui Simiam appellare conſuevêrunt *Kallian* pulchram.

pag. 138. juxta majus & minus.

pag. 139. Vtrum melior ſit probus nummus an verò adulterinus: *Ibidem. Thamna.* Thamnam verò Topharchiam adminiſtraturus Iohannes miſſus eſt.

pag. 147. *Abaſenos.* Forma acuta & propria Arabum, ut Medabeni, Obodeni, Adrieni, imo & omnium Aſianorum, quemadmodum Apollonius in libro de derivativis inquit. Conſueta ſunt iis qui Aſiam habitant, peregrina vero Europæis, nec enim ab urbe vel populo juxta hanc formam denominant. *Idem in Niſibis,* & oportebat dicere Niſibites, ſed forma Ægyptiaca eſt & Libyca, eaq; deſinit in Enos apud Euphrateſes & Orientales, ut Sophenus, Taxenus, Kambyſenus.

pag. 149. Maxime ſimiles iis qui apud Dacos Pliſti nominantur.

pag. 150. Eſſe quoſdam Thraces qui ſine uxore vivant qui Ctiſtæ vocentur eoſque conſectari propter gloriam & ſecurè vivere: atque hos ſummatim omnes à Poeta dici, admirabiles Hippemolgos, Lactiphagos & Abios queis non juſtiores alii.

pag. 151. hoos me, ne radios Dei (.*i. Solis*) contumelia afficerent. *Aniſchontos* exoriente Deo, Exor. Sole.

pag. 152. epi ta phaka in Lenticula unguentum?

pag. 153. Cur tanquam opus veneratione dignum & quaſi habitaculum divinum eſſe exiſtimantes Solis Clima illud intuentes hymnos preceſque Deo offerimus?

pag. 154. Gortheni autem & cæteri Eſſeni vicini aliis ſunt.

pag. 156. Sed & cum Ezras poſt reditum ex Babel civitatem Ieruſalem ædificaret, flagitantes Samaritæ ſibi etiam ut liceret auxilia ſua ædificationi impendere, impediti ſunt ab ipſo Ezra & Nehemia.

pag. 158. *in fine.* Et tunc Sebuæi irâ & furore commoti trajecêre tempora prædictorum feſtorum &c.

pag. 165. Sic & vos ubi feceritis omnia injuncta vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quia quod debuimus id fecimus.

pag. 166. qui juraverit per templum.

pag. 167. Alcimum autem ſummum Pontificem volentem murum Templi veterem & à Sanctis Prophetis conſtructum diruere plaga quædam repentina à Deo immiſſa invaſit.

Et infra ex Euſebio, Profanus iſte Alcimus deſtructurus parietem atrii Sanctorum pœnas dedit amarè moriens.

Quæ pag 170. occurrunt verſa invenies paulo poſt in margine pagina 238.

Paulo poſt eis koinobious, in eos qui unâ vivebant & qui ſoli. Poſterior diviſio ton Koinobioon in conjuges & cælibes.

pag. 137. *Cum multos ex bonis & Haſiis gentis interemiſſet.*

pag. 181. Et filii Sopherim habitantium Iabis, Tharathæi, Samathæi, Suchathæi. Hi ſunt Kinæi qui deſcendêre

ex Æmath patre domus Rechab.

Pag. 189. *lin.* 1. Rechabi ut religioſi admodum frequenter ſacra Scriptura meminit.

pag. 195. Amplius etiam eum priſcum ſacerdotium adminiſtraſſe invenimus. Propterea etiam permiſſum ei fuit ſemel quotannis Sancta Sanctorum ingredi quemadmodum ſummis ſacerdotibus lex injunxerat. Sic enim & ante nos de eo multi prodidêre, ut Euſeb. & Clemens & alii. Sed & laminam in capite geſtare ei licuit, veluti prædicti fide digniſſimi viri in ſuis commentariis teſtati ſunt. *Et paulo poſt*, Et quoque Ioannes is qui in pectus Domini recubuerat ſacerdos fuit laminamque geſtavit & teſtis & Doctor.

pag. 127. Aliorum quidem genere, aliorum verò hæreſi.

pag. 202. Hinc ipſis ad medelam morborum radices medicæ & lapidum proprietates inveſtigantur.

pag. 205. *ei ma tines.* Niſi quidam eorum in contemplatione & perfectione vitam agentes, a turba ſemotam habeant domunculam, quos Anachoretas & *eſuchaſtas* .i. requieſcentes vocare conſuevêrunt.

pag. 206. Stramenta ſunt vulgarioris materiæ, ex quibus viles admodum quaſi thori humi ſtrati ex papyro. vid. indigenâ.

Et paulo poſt de Lecticis, conviviorum in quinquageſimis.

pag. 207. Circum autem Selli habitant, ſubvates, illoti pedes, humi cubantes.

pag. 208. *Invenias autem, Philologe, & hujus hypotheſin, ubi legeris Philonis commentarios in libro quem de Ieſſeis inſcripſit*

Paulò poſt, Deipara ex David F. Ieſſai juxta ſucceſſionem ſeminis.

pag. 209. Alii autem ſe ipſos Nazaræos appellarunt, Fuit enim hæc Nazaræorum hæreſis ante Chriſtum, Chriſtumque non novit.

pag. 211. Iudæorum nomen, Oſſæorum verò, Nazoræorum & Naſaræorum opinionem. *Et paulo poſt*, Vſi ſunt libro hoc Oſſæi, Ebionæi & Nazoræi.

pag. 213. Et conſervaturos ſe ſimiliter ſectæ ſuæ libros & Angelorum nomina. *Et paulo poſt locus Apoſt.* ne quis vos ergo judicet in cibo aut potu aut parte feſti aut Neomeniæ, quæ ſunt umbra futurorum, corpus a. Chriſti. Nemo vobis jam partum palmarium præripiat, ſpontaneus in humilitate & religione Angelorum. *Et linea interjecta, broſis.* nimirum ſalem & panem tantum. *Poſis* nempe aquam. *Et paulo poſt, katabrabevein* eſt præripere palmarium, præaccipere Coronam *(quæ ex Oleaſtro) Et*

pag. 214. *Pauſanias*, Cum autem cum uno adverſariorum adhuc relicto pugnaret de Oleaſtro, hic quidem præripuit, Is autem qui adverſus pugnabat *&c.*

Et paulo poſt pag. 214. *locus Chryſoſt. Katabrabeuthænai* enim eſt cum penes alium quidem eſt victoria, penes alium vero brabium ſive palmarium.

pag. 214. id eſt voluntariè ſeu ſpontaneè humilis, Spontaneè religioſus. Nam *ethelot. & ethelothr. vocat apheidian ſomatos. Apheidia ad verbum ſonat* imparſimonia, *Eraſm. vertit Coloſſ.* 2 23. Læſio *Ambr.* Vexatio, *Arias*, ſubductio, *Beza*, in eo quod non parcant corpori.

Lin. 3. *pag. novæ*, neque guſtaveris, neque tetigeris.

Lin. 8. voluntarius, ſponte operam dans auctario Legis

pag. 215. Soli orienti ſupplicare. *Ioſephus*, Ante exortum ſolis nihil profani loquuntur, ſed patrias quaſdam ad ipſum preces celebrant quaſi ſupplicantes ut oriatur. *Sic Philo*, Sole autem oriente petentes diem verè felicem, utque mentes eorum cœleſti repleantur lumine. *Sic*

apud

apud Gel. locus hic legitur.

pag. eâdem, locus Epiph. Hic itaque rurſus aſſociatus fuit prædictæ ſectæ, Oſſenorum dictæ, cujus adhuc reliquiæ extant in eâdem terrâ Nabaïtide & Petræa ultra Moabitidem, quorum genus nunc Sampſæorum vocatur.

Paulo poſt, locus ejuſdem de Hemerobaptiſtis, Deum autem unum dicunt & colunt ipſum lotionibus quibuſdam utentes. Iudæis autem in omnibus aſtipulantur. Quidam ex ipſis etiam ab animatis abſtinent.

pag. 216. De appellat. Sampſaioon. Iuſtum enim eſt ut quo nomine ſe ipſos hi appellaverunt, eodem nomine & nos utamur ad exprimendam adulteratam ipſorum appellationem.

pag. 217. Hypocritas autem docet inquiens peccatum non eſſe, ſi ita fors tulerit, idola adorare tempore perſecutionis inſtante, dummodo in conſcientiâ non adorent. Eandemque rationem eſſe ſi quid confiteantur ore, non a. corde. Non pudet autem impoſtorem & teſtem quendam adducere; dicit enim Phineam quendam ſacerdotem ex genere Levi & Aaronis vetuſtique illius Phineæ Babylone in deportatione adoraſſe Dianam in urbe Suſis atque ita effugiſſe periculum mortis quod Darius Rex intentabat.

pag. 219. phantazontai. Imaginantur hunc vocari virtutem ſeu potentiam opertam. *Iel* enim vocatur potentia, *xai* verò opertum

pag. 223. Sampſai quidem in Peræa quorum jam in alijs ſectis meminimus qui & Elceſai vocantur.

Quæ ſequuntur theom bena, ſupra ad pag. 215. reddita ſunt.

pag. 225. Maſſalianoi, Maſſaliani hi vocantur, quod eſt ſi interpretêris, precantes.

Et paulo poſt, epi to euchestai precibus & hymnis vacaverunt.

Rurſus in fine paginæ, tinas, quaſdam domos ſibi ipſis conſtruxerunt aut locos amplos inſtar fororum, atque adoratoria vocarunt.

pag. 226. apotaxamenoi, qui renunciarint mundo & de propriis bonis ſeceſſerint.

Paulo poſt. In aliis verò locis, inquiunt, etiam Eccleſias ad ſimilitudinem quandam ſibi ipſis fecerunt, & ad veſperam & mane multis lucernis ac luminibus incenſis congregantur, ac diu & per longum tempus lectiones quaſdam per doctos ſuos & laudes quaſdam in Deum facientes velut per lectiones & laudes Deum placantes ſe ipſos decipiunt.

pag. 227. u zoa. Non ſacrificantes animalia ſed operam dantes ut proprias mentes ſanctitate ornent.

Paulo poſt, Ioſephus, Ad templum donaria mittentes, ſacra ibi non perficiunt quod ſanctionibus Ceræmoniis ut putant, utantur: quapropter excluſi a communi fano ſeorſim ſacrificant.

pag. 229. Senioribus verò obedire & plurium quorumque decreto pro re pulcra habent. Vbi decem ſimul conſederint, nullus invitis novem loquitur.

Matth. 18. 20. Vbi duo vel tres in nomine m. fuerint congregati, ibi in medio eorum ero.

pag. eadem, tas de lalias. Loquendi autem vices ſibi invicem tradunt.

pag. 239. lin. 5. ut illa *Antiphona,* quod cantionibus reſpondentibus & Antiphonis canebant.

Locus Philonis, multis metrorum carminumque generibus nunc ſimul conſonantes, nunc antiphonis concentibus geſticulantes manu & ſaltantes. Iuſtinus,

Simpliciter canere inſipientibus non convenit ſed inſtrumentis inanimatis canere idque cum ſaltatione & crotalis. Quapropter in Eccleſiis ſublatus eſt ex cantibus ejuſmodi inſtrumentorum uſus

Digitized by Google

Digitized by Google

Google